D. MAGISTRI IOANNIS ISAACI HOLLANDI, VIRI IN PHILOSOPHIA, POTISSIMUM vero in arte Chymica celeberrimi,

OPERA MINERALIA, ET VEGETABILIA, SIVE de lapide Philosophico, quæ reperire potuimus, omnia.

NVNQVAM ANTEHAC Edita, ac nunc primum ex optimis manuscriptis Teutonicis exemplaribus fidelissime in Latinum sermonem conuersa.

ARNHEMII,
Apud IOANNEM IANSONIVM.

ANNO M. DC. XVI.

DE
M. IOANNIS ISAACI BATAVI PHILOSOPHI OPERE
Minerali iam demum in publicum prodeunti.

AVRIS Batava, crassa si fuisti
Cum te diceret esse Martialis;
Qualem dixerat esse desiisti,
Cum Desiderius tuus, tuumq́;
Pro! desiderium esse te negaret,
Negaret simul & simul probaret.
Stat sententia tum negationis,
Stat sententia tum probationis:
Alter qui neget, ille quod negauit
(Auris Batava) prodit & tacendo
Confirmat prius ille quod probarat;
Vt vel martius æstimator ille
Causam iudicet ipse Martialis.
Prodit Batavus insolentiore
Arcanæ genio refertus auræ.
Euge plaudite quotquot inter umbras
Ignoti procul ambulatis horti:
Hic filum simul ingredi volenti,
Et filum dabit exitum paranti;
Manum porrige, meta te sequetur,
Et finem feret ultimum labori:
Si finis modo semper ambigenti
Aut meta, amplius usque quæritanti est.
*At ô! quam ***** te beasti,*
Huius muneris explicatione?
Quam nos, illius applicatione?
Viue Belgia, parcicepsq́; viue
Auris Batavæ notioris auræ.

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA
13932

In

In editionem operis Mineralis M. IOANNIS ISAACI, nunquam antehac visi.

FAma vetus, spolium pretiosi Velleris aureum
Colchidos Æsonidē diripuisse solo. (hortis
Creditur Hesperidum Alcides bona plurima ab
Vexisse in patriam, cum aurea mala tulit.
Pone tuos fastus, nec tecum tolle triumphos
Græcia; non soli gloria tanta tibi est.
Maior apud Belgas nunc erit Romanus Iason,
Maior & Alcides Taurona rura beat.
Qui quantū inter oues Aries supereminet omnes
Fulnus, & Hesperidum gloria præstat agri:
Tantum hic Alcida est, & maior Iasone: idipsum
Ex certis poterit cuique liquere notis.
Quippe semel prædā hanc tulerint heroes opimā
Quæ tamen hinc natis commoda nata suis?
Cumq; pares nequeat tanto in certamine vires
Promere Posteritas, excidit vsque bonis.
Adde quod, & rapuisse pudor, spoliasse cruentum,
Contra naturæ fœdera iisse, parum est.
Teminor Alcides ergo, Minor ipsius Iason
Iane, quod auspicio sit patefacta tuo
Semita, qua Crasso parasangis pluribus auro
Præstes, Naturæ conveniente modo.
Et Chymiæ claras animum dimittis in artes
Naturæ effœtæ subsidium arte ferens.
Salue Iane redux, tenebris emerse profundis:
Cum ante fores tenebris semisepultus atris.

ENOCH STERTHEMIVS.

CORNELIVS HERLS MEDIcinæ Vtriusq; Studiosus, in doctissimum spagyrum IOANN. ISAACVM.

HErmetē Alchymiæ Regē, produxit Egyptus:
Raymundū Hesperia, & Gęcia Aristotelē:
Ast non inferior fuit his, quem Belgia Belgis
Ædidit, ingenio, nec minus arte parem.
Sicut enim fuerat Hermes ter maximus illis
Dictus, sic nobis noster ISAACVS erit.
Nam Vegetabilium naturas novit, & omne
Fossile, tum quidquid spiritus intus alit.
Hic monstrat cœlum terræ cōiungere, & ignem
Iungere aquæ, Iustæ fœdere amicitiæ:
Hic fixum solvit, docet hicq; e volare solutum,
Hacque via certum, fingere elixitium.

LECTO-

LECTORI SALVTEM.

ACcipe, Lector benigne, rationes & causas quæ me impulerunt, vt authorem hunc latinitate donatum in publicum ederem.

Principio quia comperiebam multo hodie à multis de arte Chymica in lucem dari, quorum fere nulla est nec Veritas nec authoritas. Multosq; hoc tempore huius artis nasci studiosos, qui infinitis laboribus, nec minoribus sumptibus eo aspirant, vt tandem in hoc studij genere excellant: Putabam optime me de iis mererip sse: si D. M. Ioan. Isaaci scr pta, cuius nomen per totum Christianum Orbem est celeberrimum, Latinitate donarem, atque prælo subijcerem.

Est & alia ratio, quæ me ad hunc laborem impulit: nempe, quod magnam in manu scriptis exemplaribus comperi varietatem: multis multa deesse, nonnulla ea etiam continere, quæ authoris stylum parum sapiunt. Denique in quibusdam ordinem omnino esse inuersum. Quorum primum est, quod temporis lapsu (vt fere fit) quædam scripta ab alijs elaborata, sub nostri Philosophi no-

 mine

mine subornari, vulgoq; obtrudi potuissent. Ex quo quantum damni schola Chymica acciperet, dici vix potest. Huic malo non melius remedium adhiberi (mea quidem sententia) potuit, quam si postquam doctissimi viri in hac arte peritissimi, varia huius authoris exemplaria inter se contulissent, tandem clariss. Isaaci scripta optima fide, prælo committerentur.

Et quanquam plures in hac arte Philosophus conscripserit libros scilicet Vegetabilium, Mineralium atque Animalium, &c. Tamen ab ijs quæ de Mineralibus & Vegetabilibus tractauit, incipiẽdum putaui, vt ex ijs quis de reliquis fructus exspectandus sit, primum periculum facerẽ: ea tamen sententia, vt, si ex isto meo labore fructus non pœnitendos ad istius artis Candidatos peruenire intelligam, breui reliqua etiam (Deo dante) luci expositurus sim.

Duos de Mineralibus (quos hic exhibemus) vnum de Vegetabilibus conscripsit librum. In primo Mineralium varias enunciat huius operis rationes. docetq; ex Saturno, Luna ac lapide quodam (quem album vocat) simul iunctis, tincturã Lunificam componere. Ostendit etiam varios fixandi, incerandi, atq; fermentandi modos. Multisq;

tisq; de erroribus qui in hoc opere interdum committuntur, studiosos cautos facit. Annotat insuper: quomodo ritè lapidis proiectionem facere cõueniat. Ac quinam lapis ex mero Sole ad rubrũ: itemq; oleum quo metalla tingenda, immutandaq; sint, conficiantur. Tradit quoq; rationem formandi lapidis ex luminaribus vna iunctis. Postea tractat de sale Sapientum. Denique aperte, qui Lapis multiplicetur, demonstrat.

In initio libri secundi varias difficultates, quæ in opere physico incidere possunt, enumerat. Deinde multa tum de subiecto, tum de operatione magni operis disceptat. Proponitq; varias rationes vacerãd Lapidem, quo fusibilis efficiatur. Multorum hominum errores in hoc opere refutat. Proponit deinde opus quod vocant Solificum & Lunificum: ac quomodo ex Mercurio, Sole & Luna conficiatur, commonstrat. Tandem tractat de salibus sole: sq; quibus metalla tinguntur. Postremo varias particulares tinctur as docet.

Atq; hac summa libertum Mineralium. In de qui est de Lapide Vegetabile ex vino, docet ad huius Lapidis confectionem, quatuor elementorum cognitionem esse inprimis necessariam, de quorum natura de partibus copiose generatim &

ſigillatim diſſerit. Oſtendit quoq; quo pacto Elementorum partes, quarum altera æterna & incorruptibilis altera corruptibilis decreari piſſint: de variis erroribus qui hoc in ore aliquando committuntur huius artis ſtudioſum commonefaciens. Tum confectionem Lapidis vegetabilis aggreditur, monſtratq; varios diſtillandi, rectificandi, ſublimandi, calcinandi, fixandi & ſoluendi modos. Egit etiam de Oleo combuſtibili eiuſq; virtutibus: ac de Sale Sapientum. Indicat inque quo pacto huius quoque Lapidis proiectionem & multiplicationem facere oporteat. Denique quo modo puluis ex auro conficiatur, atque oleum vegetabile, dicte facturi puluis ad oleum ſimul reducantur: atq; ita hunc tractatum de Lapide Vegetabili concludit.

Translatio eſt ſimplex, atq; omnino incompta fateor. ſed tamen eiuſmodi, qualem nutamus artiatque operi maxime conuenire. Et nimirelicta omni verborum pompa, atque orationis ornatu: in hoc vnum incubuimus, vt nudam authoris mentem, quam potuimus, clariſſime atque integerrime exponeremus. Hunc ad ſcopum ſummo cum ſtudio collimamus, in hoc laudem quarentes, quod maxima pars eorum, qui autho-

res

res transferunt, vitio nobis verterent: qui putãt vix laudem se aliquam meruisse, nisi vbiq; inani verborum strepitu omnia repleant. Quod facit vt quam plurimum ab authoris mente toto cælo aberrent, atq; lectoribus suis molestiam incomparabilẽ pariant. Qui nostra vel potius authoris spreta simplicitate atq; candore, populo suas proponit ineptias, nã ille Lectori facile imponit.

Si vnusquam non, Lector benigne, in tautologiam impinges, scies nos maluisse Philosophi nostri vitium sequi (si alioqui vitij nomen id meretur, quod sponte atq; data opera tantus vir expressit) quam vt latum vnguem ab eius sentẽtia, vana eloquentiæ ostentatione recederemus. Et (vt paucis dicam) tibi inseruire mens nobis fuit: tuæque vtilitati consulere, ne sub præclaro titulo D. Magistri Isaaci nostra commẽta tibi obtruderentur. Opera viri tanti condignis laudibus celebrare, mearum virium omnino non est. Hoc vnum (quod omnes facile comperient) dicam vix quenquam huius artis studiosum tria verba sine summa admiratione degustaturum. Certe illum qui legere authoris nostri scripta incipit, tantum capit desiderium, tantaq; afficitur voluptate, vt non prius à lectione abstinere possit, quam principio finem attexuerit. Vti-

Vtitur quidem mira in scribendo author noster simplicitate, atque multoties, ac varie vnam eandemq; rem inculcat. Quod tantum abest, vt quenquã à studiosa indagatione lucubrationũ eius auertat, vt eum potius ad diligentiorem inuestigationem earundem alliciat. Quid enim magis veritati consentaneum, quam simplicitas, veritatis vera lux, atque indiuidua comes? Quamobrem vbi valedicto omni candori, ad verborum involucra confugitur, suspicio erroris, ac falsitatis ibi statim enascitur.

Quanquam (ne quenquam fallam) hoc mihi hic addendum est: Philosophum nostrum, nisi cum singulari iudicio, magnaq; cum diligentia atque attentione legatur, parum Lectori profuturum. Neque enim inertes Philosophia vnquã prosiliis suis amplexa est. Sed eos qui studiis insudantes, scientiam magno labore emunt: quam equidem nullo alio pretio, auro (puta) aut argento quispiam comparare sibi potest. Caterum, clarius Chymiæ artem à nemine hactenus Philosophorum traditam fuisse, multorum doctissimorumq; hominum iudicio constat. Itaq; Philosophus noster me linea tenens, & nimiam simplicitatem & obscuritatem nimiam, in tractanda

da sua arte omnino vitavit; ne si, in alterutro modũ excessisset, aut sancta objicere canibus, aut Chymicæ artis studiosos à regia via abducere, aut verborum involucris fallere eos videretur. Vbique omnia sententiis sunt referta, & ne quid Lector in eo desideres: Habes de ijs quæ tractat veterum Philosophorum habes & recentiorum sententiam. Denique habes hic de quavis re authoris iudicium firmissimum: vtpote quod & demonstrationibus infallibilibus, & experientiæ stultorum magistræ innititur

Quid dicã amplius? Habes in hoc vno Philosopho artis Chymicæ absolutissimum compendiũ. Adeo vt mirum non sit, si is qui semel istius auctoris lucubrationum energiam degustauit, relictis infinitis libris qui de eadem materia vbique extant semotisque authoribus vulgaribus, parumque probatis, vno nostro Philosopho sit contentus. Etenim si id temporis quod in evoluendis variorum aut horum scriptis maxima pars impendit, vni nostro Philosopho darent: profecto longe vberiores fructus ex ista studiorum suorum ratione colligerent.

Addam & hoc, Paracelsum arcanorum (vt ita dicã) Monarcham, quicquid in hac arte

habuit

habuit cognitionis, ex isto authore fere id omne hausisse. Nam illud quidem extra controuersiam est omnem: nostrum hunc ante illum Philosophũ natum: hoc etiam: Paracelsum vbique, maxime vero in iis quæ de Principiis rerum scripsit, authorem hunc nostrum esse secutum. Adeo vt si quis libros Paracelsi pro doctissimis Philosophi nostri commentariis accipiat: haud multum in ista hac sua opinione fallatur. Neque id Paracelsus ipse (si viveret) Præceptori suo clarissimo inuideret. Non pigebit itaque istius artis candidatos illo vti magistro, qui talem habuit discipulum, cui vix ab origine mundi quispiam hominum par extitit.

Porro denuo ad translationẽ, laboresq; nostros redeamus. Scio operam hanc meam quam plurimis fore ingratam. Iis primo, qui artis Chymiæ omnino ignari, eam multis modis lacerant. At quid mirum, si (quemadmodũ in prouerbio est) ars inimicum non habeat nisi artis ignorantem?

Sed & ab iis exiguam gratiam referam, qui ab inuidia canina pene consumpti, sibi soli viuunt, eos puto, quibus huius authoris manu-scripta exemplaria ad manum cum sint: mallent doctissimas clarissimorum virorum lucubrationes

nes

nes à tineis corrodi: quam vt iis in lucem mittendis publicæ vtilitati consulatur. His vt satisfaciam non magnopere laboro. Arcana naturæ (aiunt) me omnibus, maximeq; iis indignis communia facere: Philosophiam me prodere, quæ non nisi filiis suis vult innotescere. Quasi vero doctissimorum Philosophorum scripta antehac ab ipsismet Philosophis nunquam sint evulgata. Quasi etiam propterea statim omnibus palam fierent abstrusa naturæ, quod Philosophorũ scripta omnium hominum manibus teruntur. Meminerint isti homines eius, quod aiunt olim Aristotelem Alexandro Magno respondisse, qui istorum opinione imbutus Aristoteli significabat nonparũ se dolere, quod libros de Philosophia, priuatim sibi in schola prælectos evulgasset; Libros scilicet illos editos fore tanquam non editos, quia nemo illos intellecturus esset, quam qui ab ipso Aristotele eosdem audiret. Omitto me ideo nostri authoris opera latinitate donasse, ne homines omnino indocti, quique non nisi maternum idioma callent per me ad hanc artem admittantur.

At rogabit fortassis quispiam, quem quis fructum ex istiusmodi Philosophorum scriptis colligere possit: cum experientia abunde doceat, eos

fere

fere ad extremam miseriam, paupertatemq; pervenire, qui se inani spe lactantes, huic studij generi insudant? Respondeo: Illud palam esse, eum de Republica non male mereri, qui vt publico malo medeatur, summã dat operam. Nunc quia tertiũ est, huius mali fontem in eo consistere, quod plærunq; artis Chymiæ studiosi, in perscrutanda hac arte, authores sequuntur, aut nimium obscuros, aut parum probatos (qui cum cæco de coloribus disputant.) Quis non videt illum de Rep. optime mereri, qui istiusmodi devijs erroribusq; captis, & maxime probatos, & præter cæteros candidos tradit authores, vt ab erroribus suis purgati ad meliorem tandem redeant mentem: vtque miseriam suam cum summa felicitate, animiq; quiete commutent. Sanæ mentis est, errores corrigere, non errorum causa artem ipsam tollere, aut statim sepelire velle. Addam & hoc, quod nunquã me meorum nec laborum, nec sumptuum pœnitebit, modo eorum fructus ad aliquos quantumvis paucos pertigerit, à quibus tandem ad infinitos homines defluat.

Hæc sunt, de quibus monendũ te, Lector in hac liberorum publicatione putari. Vale & fruere, ac studium nostrum boni consule Arnhemij III. Calend. Septembris CIↃ. IↃ. CXVI.

Tractatus de Lapide vegetabili ex vini.

Cap. 1.

VT perveniamus ad medicinam illam quæ omnia morborum genera curat, sanatq́; sanas in sanitate, senes in senectute, vsq; ad extremum vitæ terminū, ipsis à Deo præfixū benè ac salubriter conservat ante omnia necesse est, habere cognitionem quatuor elementorum, & penitus introspicere illorum naturam, tam intrinsecam quam extrinsecā, eorundemque virtutē, vires, fæces, nec nō id quod in illis cōtinetur; In ipsis enim duæ sunt naturæ: vna cadula & corruptibili, altera incorruptibilis & perpetua; ideoq; de prędictis quatuor elemētis sermonē hîc instituere necessariū duximus; Ex hic enim quicquid in mundo subsistit ortū & compositū est: Scias itaque mi fili, quod apertis verbis, omnibus peregrinis terminis omissis, veritatem hîc te docere velim, quô ad hanc artem atque medicinam planè admirabilē pervenire possis. Et primū quidem scire debes, hanc divinam medicinam in triplici cognitione, atque tri-

bus operatiõnibus consistere; quæ etiam tria distincta habent nomina, tametsi reipsa vnum sunt: quemadmodum in sancta Trinitate tres sunt distinctæ personæ tria distincta habentes nomina, nimirum pater, filius, & spiritus sanctus. Et tamen Pater non est filius, & filius non est Pater, neq; spiritus sanctus, & spiritus sanctus, neq; Pater, neq; filius, sed vnusquisq; est distincta persona; Nihilominus tres istę distinctæ personæ vna sunt essẽtia, & coęqualis in potẽtia & virtute. Ad eũdẽ etiam modũ res sese habet, cum prędicta medicina cuius tres supra nominatæ species ita sunt distinctæ, vt una ab altera differat: Et tamẽ in essentia, natura atque potẽtia sunt tuũ; habentque distincta nomina nimirum, Vegetabile, animale & minerale. Sub vegetabili intelligendũ est quicquid provenit ex terra, veluti herbæ, aromata, arbores, fructus, & omnia quæ è terra nascuntur; Cuius generis etiam sunt radices, flores & eiusmodi. Porro sub animali complectimur quicquid vitam & potentiam sensitivam in se habet, ut sunt homines, animalia bruta, bestiæ, volucres, pisces, vermes, & cætera omnia viuentia. Sub minerali continetur aurum, argentum, & omnis generis metalla, marchasitæ, gemmæ, & omne id quod ex fodinis provenit. Hæc sunt tria distincta nomina, & tres distinctæ naturæ in essentia, & in tres peculiares

sub-

ſubſtantias diſcretæ, tamen ſi redigantur ad extremam illam potentiam ad quam â Deo creata ſunt, vnũ fient in natura eruntque pares potentia & viribus, in vna eademq; eſſentia, & perpetuo in ea manebunt, vt deinceps (Deo auxiliante) latius dicetur.

Cap. 2.

IAm verô proximum, mi fili, ſcitu dignum exiſtimabis, primum quod creatum fuit, fuiſſe aquam: hac in aqua Deus ſuam terram poſuit: Et ex terra progenita ſunt & ſuccreuêre omnia quæcunque vitam & exiſtentiam acceperunt, præuia inquam voluntate diuina, & virtute corporum ſuperiorum, Solis nimirum & Lunæ, nec non planetarũ atq; ſtellarum, quæ omnia vim & efficatiam ſuam infundunt in hæc inferiora, id quod Deus ſuo conſilio ac ordinatione ita prouidit, ut paulo poſt amplius declarabitur. Sunt ergo duo elementa quæ manifeſtê apparent, videlicet, aqua & terra, præter quę ſunt adhuc alia duo, in priora quaſi influentia in illiſque abſcondita & latẽtia, videlicet aër & ignis. Aër porro latet ſub aqua, & ignis ſub terra, ſuntq; ſibi inuicem ita coniuncta, vt nullo rem quam tempore vere ſaparari queant. Ex hiſce quatuor duo ſunt fixa, nimirũ terra & ignis, reliqua vero duo ſcilicet aër & aqua ſũt fugitiua. Et propterea aſcendit aqua cum aëre, verum terra & ignis remanẽt in fundo. Rurſus inter

hęc quãtuor elementa ignis & aqua sibi invicem è diametro contraria sunt, quemadmodum etiam terra & aër. Ac aër quandã habet sympathiam, cum igne in calore, & cum aqua in humiditate; similiter aqua quandã sympathiã habet cum terra in frigore & terra cum igne in siccitate, adeoq; manifestum est vnum quodque elementum habere sympathiam cum duobus elementis, & quô ad qualitate singula sibi invicem esse contraria.

Cap. 3.

SCies porro, mi fili, quod in vnoquoque elemento duplex sit essentia: Altera corruptibilis & putredini necnon aduſtioni obnoxia, altera omnis corruptionis expers, quale est incorruptibile Cœlum, estque naturæ cœlestis, quæ nullo modo putrefieri aut igne consumi potest. In his autem duabus naturis adhuc quicquã aliud latet, quod cum ipsis commixtum est, quæ putridæ & malê olentes fœces, dicuntur, quæ ita cum illis naturis commixtæ sunt, ut omnes illarum vires infringant ac debilitent, ut aut nullam aut planê exiguam vim ac robur ipsis relinquant, adeoq; efficiunt vt elementa illa tetro odore inficiantur ac putrefiant, de quibus in sequentibus plenius tractabitur.

Cap. 4.

AMplius dilecte scire debes, duo esse aquarum genera; Vna est aqua nubis, Maris

Maris, fluviorum atq; torrentium. Altera elementaris, quæ pro ipso elemento aquæ habetur, & ipsamet est aqua illa philosophorum, quam indocti planè ignorant. Ad eundem modum reperitur terra elementaris, quæ est alba, dilucida nitida & æterna, estq; terra Philosophorum, præter quam invenitur & alia quæ est nigra, fœtida, & combustibilis. Sic etiam est ignis elementaris, qui perpetuus & Philosophorum ignis est; Sed præter hunc adhuc alius qui combustibilis & corruptioni obnoxius est. Rursus extat aër elemẽtaris, videlicet aër philosophorum; Est aër putridus & corruptibilis. Et illa ipsa quæ modo recensuimus ita inter se commixta & confusa sunt, vt ipsa elementa exinde magnã corruptionẽ sentiant; & eam ob causam nihil in mundo est, quod diu subsistere queat. Affert enim talis confusio mortem & interitum omnibus naturis etiam generosissimis.

Cap. 5.

His ita præmissis, filio meo viam monstrabo, quâ æternam istam naturam elementarem, separare possit à natura caduca & pernitiosa, erudiens simul quantum ipsa noceat, & quid mali hominibus, animalibus brutis, atque bestijs afferat. Sed ut perveniatur ad id quod naturæ non est noxium, necesse est vt sciamus, qua ratione separari debemus, id quod est perpetuum ab illo quod

est corruptibilè; fætidum, & combustibile. Scies ergo mi fili in elementarũ separatione multũ errari. Inueniuntur enim nonnulli indocti, qui herbas vel species ponunt in putredinẽ resoluenda, dicuntq; quod tunc elemẽta inde separare velint in hunc modũ: Postea quam species illas ex putrefactione extraxerunt, detrahunt ipsis aquam ex balneo vel igne; quo facto materiam ex qua aquam distillarunt conterunt cum ipsius propria aqua, illamque iterum ex igne destillandam ponunt; tum vero exibit inde flaua quædam aqua: quam cum in balneo separent, aqua illa tandem transit clara, materiâ flaua in fundo permanente, & ex balneo ascendere nolente, & hanc elementum aëris esse affirmãt, sed quid dicant nesciunt; cum sit quædam immundities ignis & aëris, quæ cum aqua ascendit vi ac virtute ignis aut potentioris flammæ, quam in destillatione adhibuerunt, ita vt aliquid cum aqua ascenderit. Atq; hoc ita peracto, sumunt id quod infra in olla remansit, & conterunt materiam illam cum sua propria aqua, atque sic contritam ponunt per sex aut septem dies patrefaciendam, & postea iterum destillandam, ex igne; tum vero transit crassa, pinguis & rubra materia, quam illi esse elementum ignis dictitant, eamque separant per balneum & tum transit aqua, prædictâ pingui crassâ & rubrâ materia

in fun-

in fundo remanente, nec ex balneo ascendere volente, quam cum extraxerint, dicunt se iam habere elementũ ignis. Ac tum quod infra in olla remansit calcinant, sive in pulverem vel calcem igne redigunt: ac sal ex fæcibus extrahunt: tum vnumquodq; elementum per se rectificant, quod cum fecerunt, se jam quatuor elementa dextre separasse affirmare non erubescunt, sed quid dicant aut faciant planè ignorant, semetipsos non intelligentes, rationem operis non capientes, & in cognitione elementorum hallucinantes. Ratio hæc est, quia cum primum ponunt ad putrefaciendum, calor qui extrinsecus accedit ex putrefactione vel ex balneo in quo positum est, fugat calorem nativum, qui est in ipsa re quam putrefaciunt. Iam autem calor ipse nativus, qui in vnaquaque re viget est quidam spiritus singularis, cũ quo commixti sunt triplices spiritus, quorum vnus est color apparens in vnaquaque re naturali, sive sit herba, flos, aromata, seu quæcunque alia res naturalis, quarum quælibet suo colore nitet, estquæ ruber, viridis, purpureus aut alius quilibet color, in vnaquaque herba, fronde flore & alijs apparens. Alter spiritus est sapor. Tertius est fumus siue aër quem quælibet res emittit, qui inter tres prædictos spiritus est subtilissimus, quamvis reliqui etiam sint valdè subtiles, & adeo agiles, vt invisibiliter

liter & incomprehensibiliter auolent & euanescant. Philosophi illos nominarunt spiritus feros, propterea quod fixari vix possunt, & tamen fixare illos possumus celeritate & agilitate in operando. Præterea tres illi spiritus tales sunt, vt in re naturali augeantur & crescunt; Simul atque enim res illa naturalis siue sit corpus vegetabile siue animale, crescere cœpit, ac formam suã accepit, prompta & parata est, ad tres illos spiritus in se recipiendos, & tum prædicti spiritus corpus illud ingrediuntur, vnusquisque sua ratione modoque præuia voluntate Dei, & secundũ ordinationem quam ipse in natura constituit & crescunt sensim cum ipso corpore, ita vt quo corpus fit maius, crassius, & fortius, eo robustiores, crassiores & fortiores fiant etiam tres illi spiritus, quilibet in suo genere & viribus, vnus in colore, alter in sapore, & tertius in odore vel aëre, quousque corpus naturale cui inhærent ad extremas vires pervenerit, hoc est, quando integrum accepit incrementum, tam diu tres illi spiritus vnã crescunt & paulatim fiunt robustiores & fortiores in calore nativo, vsque quo res illa naturalis ad supremum gradum ascenderit, hoc est, quando ad summã accretionem perducta fuerit, & ita accreverit, vt amplius crescere nequeat, aut crescere desinat. Vnde, mi fili, admonendus es, in operatione eiusmodi

herbas

herbas sumendas esse, quæ non ex parte sed integrum acceperunt incrementum & ad maturam perfectamque ætatem pervenerunt. Neque tũ illas in vsum nostrum sumere debemus cum incipiunt torrescere; tum enim declinare & deficere incipiunt.

Cap. 6.

SIc itaque mi fili, res sese habet; vnaquæque res cum ad summum progressa est incrementum, tum summas etiam sortita est vires, post vero statim incipit retrogredi ac declinare, & cum illa simul & vna incipiunt declinare ac diminui tres illi spiritus, scilicet in sapore, colore, & odore, idque tam diu quo ad res illa in nihilũ redigitur & interit. Etenim tunc tres prædicti spiritus simul discedunt, & mox ubi discesserunt, res naturalis in qua sedem fixerunt, sive sit vegetabilis, sive animalis, torrescit, moritur, fit fœtida & putrescit. Et hæc omnia accidunt in putrefactione. Bona & integra res est, quando in illam immittitur, sed quando extrahitur tres illos spiritus amisit, & est mortua fœtida atque putrida.

Cap. 7.

NVllus tamẽ ex hisce tribus spiritibus est de elemẽtis elementalib⁹; sed Deus ipsa elemẽta tribus illis spiritibus adornauit, &

conveſtivit, & hoc ipſum eſt eorum vita atq; anima. Ecce tum illud ponunnt deſtillandũ, ex balneo, eidemq; extrahunt ſuam aquam, ſumuntque id quod in fundo remanſit, illud que conterunt cum ſua propria aqua, inde atque iterum quo putrefiat ponunt, in fimo aut balneo per ſpatium ſeptem, octo, decem aut plurimum dierum, & ſi quid de tribus illis ſpiritibus ibi permaneat boni, quod integrè extrahere poſſent, id in totum vitiant atque corrumpunt. Sed qui ita faciunt, forſitã nobis obijcient; Nos lutamus vaſa vndique diligentiſſimè, antequam illa in putrefactionem immittimus; Sciat filius meus, etiamſi vitrum eſset ſpiſſitudine vnius pedis, atque etiam fortiſſimè eſſet lutatum, & ſigillo Hermetis ſolidatũ, tamen ſi in putrefactione poſitum incaleſcit, ipſi autem ſpiritus ſeſe elevare incipiunt, vitrum illud in mille rumperetur particulas, id quod per experientiam ipſemet facilimè probare poteris. Lutent qui velint vitrum aliquod ea materia lutamentorũ cui confidunt, etiam ſpiſſitudine vnius pedis, ſolidiſſimo lutamento ex argilla aut luto fortiſſimo, quocunque etiam modo aut ratione præparato; Nihilominus tamen tres ſpiritus illi ſunt adeò ſubtiles, vt vitrum illud inviſibiliter & incomprehenſibiliter ſint penetraturi. Cujus rei exemplum capias, de bene olentibus herbis, quæ per quadraginta

dies

dies in putrefactione positæ & exinde extractæ, omnem naturalem amisêre odorem, eruntque malê olentes & fœtidæ, quam fertiter etiam vas illud lutatum fuerit.

Cap. 8.

ALtera ratio hæc est: quando id iterum extrahunt ex putrefactione, tũ in testa aut vase fictili in arena siue cinere ponuut, atque ita ex igne destillãdo flaua transibit aqua, quam elementũ aëris esse affirmant; sed quid dicant nesciunt: ignorant enim, elementum aëris, nullo modo separari posse ab elemento aquæ; Separatur quidem aqua à terra elementaris vero aqua ab igni aut aëre, separari nequit. Breviter, tria illa elementa, nimirum ignem elementarem, aërem elementarem, & aquam elementarem à se invicem separare nemo potest, nisi solus Deus, qui potestatem illam habet & nemo alius. Sunt enim ita inter se unita, & ni vno quasi thoro coniuncta, vt nec nunc nec vllo unquam tempore disiungi aut separari queant. Separare quidem ab ipsis possumus aquam nubium, quæ est aqua humida & fluida, quemadmodum etiam ab ijsdem separantur omnis generis fœces & corruptiones cum ipsis commixtæ, eadem reducendo ad cristallinam claritatem; Verum prædicta elementa sunt inseparabilia. Scio equidem

equidē indoctos comprehendere non posse, quod ignis sine aëre esse nequeat: Verum ita res sese habet: Nam si aër subtractus esset igni, tum calor ignis plane suffocaretur & extingueretur: Rursus si detraheremus ignem aëri, nihil aliud esset quam aqua: Aër enim est calidus & humidus, partticipans partim ignem, partim aquam; Itaque, si ignis ex aërè extractus esset, tū nihil esset quam aqua, & si ex aërè extracta esset aqua, nihil aliud esset quam ignis. Atque ex his intelligi potest, quod prædicta tria elementa, aër ignis & aqua sunt inseparabilia. Possumus quidem eadem separare à terra, sed non totaliter; Necesse enim est vt aliquid terræ remaneat: alias impossibile esset corpus aliquod in speciē, quod palpari posset inde fabricare. Firma itaque est & manet nostra sententia, elementa de quibus supra, esse per se inseparabilia.

Cap. 9.

SCies porro, mi fili, quod prædicta tria elementa, nimirum ignis aër & aqua, ex crassiore parte terræ subtilem quandam secum attrahant particulam, qua corpus fiunt: adeo ut sicca & palpabilia existant, sed tamen non fixa: Nihilominus si fixare illa velis, omninō requiritur, ut crassam illam terræ particulam secum habeant: Sed necesse est, ut crassæ illæ terræ particulæ ab opifice subtiles efficiantur,

ficiantur, antequam illas coniungat, quem admodum in posterioribus de hoc latius dicemus. Quod autem vt supra dictum est aqua flaua exeat, ratio est, quod ex igne destilletur; Ita namque calor ignis partem aliquam aëris & ignis sursum pellit cum aqua, unde flavescit.

Cap. 10.

His peractis, vt diximus, in balneo ponunt, & aquam transire faciunt, aëre & igni in fundo vasis manentibus cum magna copia fœcium commixtes; idque custodiunt sumuntque quod in fundo ollæ aut vitri remansit, & contundendo in pulverem redigunt, postea cum sua propria aqua conterunt eaq; imbunt: iterumque per octo aut decem dies putrescendũ ponunt, tum eximunt, fornaci super imponũt, & per ignẽ destillãt, exiguum initio deinceps fortiorem, quem ita vsque ad finem operis continuant, & per vim illius ignis, quicquid possunt ebullire & trãsire faciunt, adeò vt etiam vas cum materia illa candescat: quo facto, ignem cum aqua transijsse aiunt: Inscij tamen quid asserant, & quid transierit non intelligẽtes, quando quidẽ non modo ignis verũ tria illa elemẽta scilicet aër ignis & aqua simul & vnà transierũt, & cum tribus illis elementis transijt quoque simul per vim fortioris ignis particula quædã

terræ

terræ & insuper etiam oleum combustibile nec non: ✱: quæ ambo in ipsis elementis latent, & cum illis commixta sunt.

Cap. 11.

SIcuti autem tres supradicti spiritus in elementis absconditi sunt; Ita etiam hæc tria, nimirum oleũ supra nominatum, ✱, nec non sordidæ fæces in ijsdem elementis latẽtes; sed prædicti spiritus adeo sunt fugaces, ut primi omnium transeant aut ab elementis se separẽt; hæc autem tria posteriora nimirũ oleum quod igni consumitur, ✱, nec non fœces diutius in illis manẽt, & tardissime ab ijsdem discedunt.

Cap. 12.

SCias autem mi fili, quod vnicuiusque rei quæ in mundo existit materia prima fuit. ☿. Ab initio enim erat aqua, & spiritus domini quiescebat super aquam sed quæritur qualis nam illa aqua fuerit? An ne aqua nubium siue humida, & quæ fundi potest? minimẽ vero; sed fuit aqua sicca & fæculenta; In hac Deus posuit suã terram, quæ erat suũ sulphur, ita vt terra coagularet aquam; Atq; inde profecta sunt quatuor elementa, quæ quatuor eleméta in prędictis duobus cõprahensa & concluſa erant, mandato ac voluntate diuina. Atque. ☿. soluit sulphur; Et sulphur coagulat illum. ☿. Nec vnum sine alte-

ro

ro esse potest, adeo vt ubi sulphur ibi etiam ☿. quandoquidem etiam sulphur in ☿. commutatur. Propria enim natura aridi sulphuris mundat & congelat suum. ☿. Sicuti autem hæc duo alterum sine altero esse non possunt: ita nec absq; sale consistere queunt. Et hoc ipsum præcipuum medium est, per quod natura, in omnibus rebus quæ in mundo existunt, suam operatur generationem, siue sint vegetabiles, siue minerales, siue animales. In omnibus inquam rebus quæ in mundo sunt, hoc benè notandum est. Arrige ergo aures mi fili, vt capias ea quæ jam loquor. Nisi inquam natura haberet ☿. in sua generatione, & in principio primæ compositionis omnium rerum creatarum, nulla res creata componi, neque composita conseruari posset in naturali humiditate: quod unum ex præcipuis est ad rem aliquam in essentia conservandã. Præterea hoc quoque certũ est, quod partes humidæ, nullo modo congelari possent, si non adesset sulphur; Et rursus nisi haberetur sal, res quasi intermedia inter reliqua duo, quę eadem conectit, & vnum in alterũ ingredi facit, illa ipsa duo nulla cum re sese commiscerẽt neque vnirẽt: putà, si nulla adesset acrimonia ad ingrediendũ: Ex quo clarè apparet quod tria illa nimirum. ☿: sulphur & sal semper sint coniuncta, & quod vnum sine altero subsistere nequeat, adeò vt

ubi

ubi unum invenitur, ibi etiam reliqua duo: & nulla res creata in toto mundo existit, in qua tria illa non inveniantur. Ex illis enim omnis res subsistens progenita est. Porro illa ipsa tria quatuor elementis inhærent, cum ijsdem ita commixta, vt sint vnum in corpore vno; Inter quæ sal omnium profundissime in elementis absconditum latet, eaque per suam acrimoniam & siccitatem conjuncta retinere debet, quamvis in se spiritus sit, & sua natura etiam fugax: nihilominus tamen quia sedem tenet in infimo fundo istius materiæ, ibi à pingui & combustibili oleo supra nominato, cui adhæret, quasi constrictũ jacet. Etenim sal in oleo illo combustibili jacet quemadmodum luteum in ouo: oleũ vero illud combustibile in extrema profunditate elementorum jacet, & ultimum etiam est quod à terra discedit vnâ cum fæcibus & sale: Sal autem sepultũ jacet in fundo terræ & prædicto oleo, atque hac ratione nõ potis est auolare a terra, nisi violentia ignis, aut necesse est, vt tres prædicti spiritus primum abeant à commixtione elementorum, quæ anima est omnium rerum creatarum, earundemque quinta essentia, cuius opera & auxilio omnis elementorum commixtio cõtinetur & conservatur. Illa autem extracta commixtio illa planè corruit & dissipatur: nec tum opus est vt sal illud per ignem fuge-

mus

mus sive expellamus a terra: Nam cum omnia elementa se separent a fœcibus, sal etiam vnâ discedit cum illis. Illud ipsum tamen sal, de quo loquimur, indoctis planè incognitum est, propterea quod in extrema elementorum profunditate absconditum jacet, & quicunque id non cognoscũt, maximè errant, siquidem sine illo nullatenus effici potest vt nulla res in mundo existens ingrediatur aliam, aut in sua compositionę maneat.

Cap. 13.

IN superioribus, mi fili, de tribus illis spiritibus sermonem habens, inter alia dixi, quod nvisibiliter & incompræhensibiliter in putrefactione aufugiant, & quod adeo sint subtiles vt fixari vix queant; Iam vero eo non obstante illos ipsos spiritus fixari posse affirmo, nimirũ in crassioribus partibus terræ, quando subtiles factæ sunt ab opifice, qui ipsemet in suo opere sit subtilis, adhibito etiam sale jam jam prædicto, quod sal quasi medium est inter istas crassas, fixasque partes terræ, & tres illos spiritus fugitivos, in calore nativo requiescentes, putà saporem, odorem humidũ, & colorem; quæ tria sunt anima & vita, sive quinta essentia omniũ rerũ creatarũ, & ejusmodi conditionis, ut alterũ sine altero minimè esse possit, instar patris, filij & spiritus sancti, quæ tres personæ adeo sunt

conjunctæ & vnitæ, vt vna nunquam sit sine altera: ad eundem modũ res sese habet cum tribus illis spiritibus, quorum alter absque altero esse nequit, suntque ijdem omnium rerum creatarum anima & vita, hoc est, vnicujusque rei naturalis quinta essentia, ignotis abscondita & pro ludibrio habita. Illa inquam si applicentur fixis & crassioribus partibus terræ, quando nimirum factæ sunt subtiliores, & adhibeatur atque cum illis misceatur illud ipsum sal, alterum in alterum intrare & inter se vniri facit, eademque in vnum corpus fixabit, in crystallinum instar Rubini perlucidum rubedinem, de quo inferius plura dicere constituimus. Verum enimvero qui sal illud non cognoscunt, in æternum nullum in hac scientia profectum facient; Philosophi hoc appellarunt aquam siccam, qua voce indocti denotasse illos putarunt ☿. Appellarũt etiã sal animatum; atq; ita nomen eius clarè exprimere noluerunt; Rursus tres illos spiritus appellarunt. ☿. Et terram nominarunt sulphur; sed indocti illa non noverunt, quorum conditio secundum ea quæ supra dict, vt unum sine altero esse non possit. Nihil autem in tota rerum machina creatum existit, quod hæc omnia in se non contineat, virtute quatuor elementorũ quæ ita inter se commixta & unita, vt unam eandemque faciant mixturam, & unum corpus.

itaque

itaque cohærent & cohabitant, ut alterum sine altero esse ullo modo non possit, ut in prioribus satis superque dictum fuit.

Cap. 14.

Iam aque statuo, omnes qui ita destillant & ex igne vnum cum altero fugant, nescire quid faciunt, omnemque eorum operationem, maximam esse insaniam. Nam, quod in hoc opere præcipuum est, tres illos spiritus non norunt; quintaq; illa essentia quam ipsi quærũt in putrefactione avolavit, quam quoniam per violentiam ignis fugant, fugant etiam & in vitrum transire faciunt prædictum oleum & fœces, nec non partem aliquam quatuor elementorum, atque ita alterum cum altero corrumpunt, quemadmodum mox uberius edocebimus; ipsaque elementa neque intrinsecus neque extrinsecus dignoscũt, multõ minus nobilem illam substantiam, cujus virtute & efficacia coniunguntur & vnita manent, quaque Deus ipse illa ornavit; Vnde meritõ dicere possumus, quod omnia illorum facta in furore fraude doloque consistant, & quod rationem operis non intelligant, argumentis supra in medium adductis.

Cap. 15.

Sed ut proprius ad rem accedamus edocebo nunc filium meum, quod nam primum

& præcipuum sit in opere vegetabili; quodque primum in opere vegetabili principium est. Etenim inter crescentia nihil invenitur illo nobilius neque subtilius: sub quo etiam est omne id, ex quo quinta essentia provenit atque transit. Nomen ejus est nobile vinum: sub quo etiam continetur, & est, triticum, & omnis generis grana, similiter quoq; omnes fructus arborũ, & quicquid est ex quo quinta essẽtia prodire atque transire potest. Præbeas mihi aures tuas mi fili; & ausculta sermonem meum: Iam enim docebo te rationẽ conficiendi lapidẽ vegetabilem, qui longe præstantior est lapide minerali & etiã animali: Dat enim lapidi minerali & animali vitam, & non est corrosivus, quemadmodũ prædicti duo. Neque etiã corrosivum est ex illo proveniẽs, quemadmodum ☉ ex reliquis duobus. Ideoque omnium optima est humani corporis medicina, qua breui tempore omnes profligare possumus in hominum corporibus existentes morbos, sicuti infra latius dicemus. Et illam ob causam maius in se secretũ continet, quam cæteri duo sicuti etiam facilior & breuior est ipsius operatio, & minori labore atque sumptibus comparatur.

Cap. 16.

REcipe igitur, dilectẽ, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti vinum bonum, ve-

vetustum & clarum, boni odoris & saporis, quod non sit mixtum, nec compositum cum alia materia, sed in se simplex atque purum, sicuti ex suis uvis pressũ est, ita vt in ipso nihil quicquam sit peregrini, quodque ab omnibus fœcibus sit purgatum, & ad hũc finem, per tres aut quatuor vices de fœcibus suis detractum, & singulis vicibus in aliud dolium mundum infusum. Hoc facto recipe magnum cacabum vel vas aheneum siue æreum, in fornace vel furno structum, habens ab vno latere rostrum quod ex parte extra vas illud sursum sese erigat, ex parte deorsum, propè ad fundum vsque descendat, in quod rostrum aquam cum effervuit vel exhalavit denuô infundere debes. Porro prædicto cacabo vel vasi æneo impone cantharum lapideum, octodecim aut viginti quartas colonienses tenentem, illumq; pene imple prædicto vino: tum veruculum saligneum quia orificio cãthari quadret paratum habe, aut per turnionẽ quędã accommodari cura; vt iustê & æqualiter orificio cantharo respondeat & adæquatũ sit, ita vt immissum orificium illud vndique repleat & claudat: Quo facto super impone Alembicum, & ad rostrum Alembici pone Receptaculũ, quod Receptaculum debet habẽre canalem ex vẽtre illius exeuntem; & ad illam canalem debet poni adhuc aliud receptaculum in quod

nobiliores spiritus se recipere queant; & si velis, aliud adhuc vitrum secundo receptaculo adjungere potes; sic enim spiritus illi latius habebunt spatium liberè ambulandi, nec violentiam luramenta ab illis patientur quo illa pertransire atque exhalare possint. Si placet, quatuor, aut quinque vitra adhibere potes semper unũ alteri apponendo, ut solitũ est; sed scias, quod nobiliores spiritus semper in ultimo vitro sedem occupabunt. Figuram operis præsens hæc pagina demonstrat. Tu vero ea ratione destilla vinum tuum, phlegma quod remanet custodi & reserva, omnes tuos spiritus vel aquam vitæ confunde, & aquam vitæ infunde iterum in cantharum lapideũ, immisso in orificiũ ejus supra dicto veruculo, ex salice confecto, impositò Alembico, & adhibitis rostro tribus aut quatuor receptaculis, altero alteri inserts; pro vt præsens figura demonstrat. Quibus omnibus prævijs destillationem tuam sensim incipe ex balneo. Sed diligẽter observare debes, an etiam aliquis vapor in Alembico appareat; Etenim si quædam humiditas cũ spiritibus ascẽderit illa in Alembico conspicitur, & si nulla ascenderit, Alembicus undique mundus & instar Crystalli clarus erit, maximo opere itaque necessarium est curam habere an nebulosus quidam vapor in Alembico conspiciatur. Id vero tibi ad finem pro-

pemodum



pemodum destillationis accidit, tum simul atque aliquid ejus vaporis percipis, operæ prætium est, ut à destillatione tua statim desistas. Quod in cantharo remansit separatim retineas; Id enim iterũ de novo destillare oportet: Et ideô omnes istas reliquias, quæ ex omnibus illis destillationibus remanserunt, in unum congrega: Etenim omnes destillationi iterum mandare, & in prædicto cantharo, ex balneo destillandas ponere necesse est, donec omnes spiritus ex aqua tibi comparaveris, & ad illum finem destillationem tuam toties repetere debes, donec omnia sine humido vapore in Alembico apparente transiére; quo effecto destillationem illam in cantharo lapideo, ex balneo perfe-

cisti: Ideoque ab illa cessare operæ pretium erit; Restat tamen vt spiritum ex igne rectifices, in vitro, testæ, in qua cineres qui per cribarum ab immunditie & rudioribus particulis purgati sint impositio, quod vitrum debet esse oblongum, sed tamen sine Alembico, instar figuræ hîc appositæ.

Cap. 17.

DEstillabis autem igne lento: Ponderosi enim spiritus propè angulos vitri deorsum labuntur, ad fundũ usque, instar fibrarum vel lineamentorum. Crassi enim sunt & pondus habent propterea quod ipsis adhuc inest quoddam phlegma, & spiritus subtiliores transeunt per rostrum vitri, quodque adhuc graue est deorsum labitur in primum receptaculum, quod autem subtile est in receptaculo manet hærens, & transgreditur in secundum & tertium receptaculum, quemadmodum in præcedenti figura videre licet: Vbi etiam notandum quod in tertio Receptaculo spiritus sint subtilissimi. Necesse etiam est, vt semper aliquid retineas, de eo quod est in vitro, in testa cum cinere, posito; Et omne id quod est in duobus primis receptaculis semper iterum super fundere, quod autem in tertio receptaculo est seorsum retinere & custodire oportet in vitro benè obstructo atque occluso, illud iterum

destil-

destillando, vt nisi paullulũ remaneat, quod retinebis, vt non omne per destillationem transeat: Iam quicquid retines, id omne in



vnũ vitrũ fundas, & omne id quod in tertio receptaculo invenis etiam in vnũ cõgreges: Hoc enim subtilius, sed quod retines crassius est, quod sæpius & toties destillare oportet, donec totum in tertium receptaculum redegeris: Et quando omne in receptaculo illo habes, aliquoties id in vnum vitrum fundendo, tunc id quod retinuisti iterum superfunde & destilla, semper paululum detinẽdo, & tam diu destillationem continuando, donec omne in tertium receptaculum transitum fecit, sed vt etiam supra admonuimus, sedulo observandum erit, an aliquis vapor aut humiditas in vitro appareat. Tunc enim de nouo ex balneo destillare oportet,

& deinceps ex supra præfigurato longo vitro singulis vicibus parva particula relicta, usq; quo uniuersum in tertium receptaculum receperis, sæpius illud ipsum congregans in unum vitrum, donec omne in unum redegeris, & tunc omne id quod in unum redegisti, ex tertio receptaculo fundere debes in longum illud vitrum & destillare in aliud receptaculum, in cuius ventrem quoque immissa sit canalis benè obstructa & lutata, donec alterum vitrum ex quo destillatio fit receptaculi loco adhiberi possit, & tunc unum saltem receptaculum, ad canalem illam ponere debes. Nam cum omne ex vitro in cinerem posito destillatum est in Receptaculum, tunc cinerem removere & Receptaculum in quo vinum est, laminula vel vitro plano atq; polito in superiori eius orificio cooperire, illudque undiq; lutare & fortiter obstruere debes aperiendo deinde canalem in ipsius ventrem immissam, illidque canali alterum vitrum ex quo jam jam destillationem feciſti applicando, ita ut vitrum illud jam sit loco receptaculi; Cujus canalem in ventrem ejus immissam fortiter obstruere, atque hac ratione ex uno vitro in alterum hinc inde iterum atque iterum destillare debes: & hac ratione non opus erit ex uno vitro fundere in alterū. Quod si transierit, vitrum illud quod in testa cum cinere positum erat, ex cinere

eximere,

eximere, & alterum vitrum in quo receptum fuit; ei imponere, vitrum illud vacuum ad canalem applicare, & destillando hinc inde semel atque iterum transmittere debes; aut necesse est ut fabricentur duo dimidij Pellicani, quos nominare licet duos fratres, quorum vnus destillet in alterum, nec operiri opus habent, nisi quod illos vicissim hinc inde transponere & commutare oporteat, ita vt modò unus, modo alter sit loco receptaculi. Transmitettur autem hac ratione facilimè & tam brevi tempore ut admirari fas sit; Idq; continuari debet per sexdecim aut viginti destillationes, quibus peractis paulatim tardescere incipiet; nec tam facilè transmeabit, sed singulis destillationibus transibit aliquo modo tardius: Etenim spiritus incipiunt crassescere & spissi fieri & propterea tardiùs quam antea transire, ita ut demum vitrum oporteat in inferiori parte candefacere, ut tandē sublimare possit; sed non opus est tam diu iterum iterumque transvehere donec sublimaret: Nimium enim temporis hoc modo consumeretur, antequam ad id perduci posset, quamvis sit possibile. Ipse-met enim feci & alios facientes vidi; Sed aliæ multæ viæ sunt ad sublimationem perveniendi, quā tam longa tēporis mora, quemadmodū postea dicetur. Tu vero cum ita tardè incipit transmeare, ab opere tuo desiste: Tūc

enim

enim vinum tuum benè rectificatum est à suo phlegmate; Atque illud in vitrum mundum atque purum, immittere, vitroq; optimè occluso atque obstructo ibi custodire debes, vsum illius paulo inferius à me expectans. Proximum huic est vt filius meus rectificet omnem suam aquam quam ex vino extraxit: Oportet enim aquam tuam extrahere ex igne & terra, sicut illam extraxisti ex terra; Vnde meritò Aristoteles: quando habes aquam ex aëre, & aërē ex igne. Et ignem è terra, ipsam habes artem; atque hinc provenit quidam lapis, qui tamen lapis non est, neque etiam naturam lapidis habet. Recipe igitur, mi fili, omnem illam aquam eandemque ex cantharo lapideo, Alembico super imposito, in balneo rectifica: Et quando aqua destillando transiuit, exime cantharum ex balneo, & invenies in fundo materiam nigram instar picis, in qua materia absconditū est, Elementū ignis, & Elementū terræ, vnâ cū oleo combustibili, & aqua ficca, quę est sal armoniacum. Iam verò materiam illā nigram ex cantharo eximere debes, vt nihil in eo remaneat, nihilq; pereat, illamque custodi. Et vt eandem ex prædicto cantharo eo melius eximere possis, aquam nōpenitus de illa destillare, nec materiam illam planè exsiccare oportet, sed ita vt aliquid aquæ ibi remaneat aliâs enim illam instar piscis supra dictam mate-

materiam, tam benè & commodè ex cantharo aut vase eximere non poteris, sed semper quædam particulæ adhærebunt; Tunc vero aquam in aliud vas latius habens orificium, ex quo commodius eximere queas, euaporare & ad extremum exsiccare sinas, quo facto illam ipsam aquam iterum infunde in prędictum, cantharum illamque simul iterum destilla ex balneo, vt supra; Et quando penitus transijt, adhuc in cantharo invenies materiam picis instar nigram, quam etiam penitus & exactè eximas, quemadmodum materiam nigram priorem, cui etiam hanc addere, & custodire debes. Quo facto aquam iterum ex balneo destillare oportet, illamque destillationem ex balneo, tamdiu continuare, donec nihil amplius materiæ reliquum maneat, omne id quod singulis vicibus remansit, ad primum cumulum aggregando; Et quando aqua tota transijt, nulla amplius materia ibi remanente, tunc habes aquam purã, ab igne & terra abstractam.

Cap. 18.

TVm mi fili, recipe omnem prædictam materiam instar picis nigram, eamque simul & vna immitte in cantharum lapideum sexdecim aut viginti quartas Colonienses tenentem, & pone illum in balneo eique infunde illius aqua, quam antea detraxisti, tantum,

tantum, ut cantharus ille usque ad unam quartam aqua sit refertus; Deinde recipe Cochlear ligneum, quo multoties materiam circumagitare debes, ut cum eadem aqua cum aqua benè misceatur & involuta sit; Fac balneum fervidum, ita tamen ut non ferveat usque quo nigra illa materia in aqua sit liquefacta & cum illa benè commixta: Quo facto sinas balneum paululum refrigescere, tamen ut ita calidum maneat quò manum sine læsione immittere possis; Et in eiusmodi calore teneas, spatio duorum dierum & noctiũ, singulis tribus aut quatuor horis, cochleari ligneo circumagẽdo, ut quod in fundo est sursum evehatur, & singulis vicibus, cantharum operculo ex vitro plano atque benè polito præparato, & ad orificium canthari iustè accommodato, cooperiendo & obstruendo.

Cap. 19.

SCias itaq;, mi fili, quod tunc aqua extrahet ignem elementalem & rubra fiet, instar sanguinis. Neque etiam præter ignem elementalem quicquam aliud in se trahet.

Cap. 20.

SIc enim est mi fili, in omnibus rebus quas Deus creauit, & quæ sub vegetabili comprehenduntur primum aërem ex aqua per destillationem detrahere oportet, ut supra

pra monstratum fuit; Et quando aërem ex aqua extraximus, tandem aquam per destillationem ex igne & terra eruere opus est, quemadmodum etiam supra docuimus. Sed admonendus est hic meus filius, quod tunc nõ amplius per Alembicum destillare oportet, quando ignem è terra extrahere volumus: Etenim quando aqua semel separata est ab igne & terra, tum sese nullo modo commiscet cum fœcibus, adeo ut quamvis accideret ut quædam fœces sese aquæ immiscerent, aqua à illas pellet, & in fundum demergi sinet, ignem elementalem in se retinens, qui rubicundus est; Fœces autem cum terra & oleo combustibili, in quo sal est; sive aqua sicca, vel sal ammoniacum, aqua simul sidere in fundum sinet, retinẽs in quam in se ignem elemẽtalem qui rubicundus est. Nam quando aqua nubium semel rectè & perfectè separata est ab elementis & à fœcibus Elementorũ cum quibus illa commixta sunt; tunc illa ipsa aqua nubium, hoc est, phlegma nullo sese tempore cum vllis fœcibus commiscet, à quibus separata est. Et hæc aqua, de qua nunc loquimur aqua nubium est, non Elementalis, quemadmodum supra probatũ fuit. Atq; sic sciet filius meus, quod hæc aqua extrahat omne id quod Elementale est, ex fœcibus Elementorũ, illudq; in se retinẽs, fœces demergi & deorsũ labili-

nit.

nit. Scies etiã, mi fili, quod in omnibus rebus quæ sub animali consistunt, siue sint herbæ, siue aromata, siue animalia, siue bestiæ, siue homines, aqua primum transeat; Aërem autem & igné simul & vna extrahimus ex aqua nubium, vt posthac (Deo annuente) in opere animali latius edocere statuimus. Verum in omnibus quæ sub vegetabili continentur, aër primũ transit. Cuius generis est vinum, mel, triticum, auena & omnis generis grana; similiter quædam semina, omnes fructus arborum, quidam fructus herbarum, & plura alia quæ sub vegetabili complectimur, in quibus ante omnia aquam ab aëre benè & exactè separare oportet, quemadmodum hîc monstramus, deinde etiam aquã ex igne terra & fœcibus trahere necessum est; Et tunc destillatio tua perfecta erit. Tandem verò trahimus cum aqua illa ignem è terra; Et rursus cum eâdem aqua terram ex fœcibus; similiter quoque sal vel salarmoniacum ex oleo combustibili, vti postea docebimus. Atque sic filius meus notabit, quod in opere vegetabili frequentiores destillationes fieri debeant, & quod plus laboris, temporis, & majores quoque sumtus, quam in opere animali requirantur. Nam in omni opere animali transit aqua nubium prius, aër autem ignis & terra cum fœcibus manent in fundo vasis; Et cum iam aquam claram detractam habes,

habes, ita ut planè nihil remaneat, tũ aquam superfunde, quo facto aër ignis & aqua simul exibunt de terra & fœcibus. In summa brevius semper est opus animale quam vegetabile, per rationes supra adductas.

Cap. 23.

SEd ut ad opus nostrum redeamus, cum cantharus iste, spatio duorum dierum ac noctium in balneo stetit, ut supra dictum fuit, tũc illum ex balneo eximias, & per duos aut tres dies seponas, & quod inest subsidere sinas: quo facto sumas alium cantharum vel vas mundum, & materiam detrahe per philtrum, aut cum panniculis secundum artem, de suis fœcibus, cumque omne ita pertractum fuerit, cantharum optimè cooperire debes, & sumptum cantharum cum fœcibus & terra, iterum colloca in balneo & superfunde rursum ex illa aqua, quo usque cantharus sit repletus usque ad unam quartam; Id quod inest, cochleari ligneo benè circumagitare, ut ante dictum, debes, ut optimè commisceatur, reserua illud ad hunc modum in balneo spatio duorũ dierum, & tum iterũ ex balneo exime, & seponeper duos aut tres dies, ut fœces cum terra deorsum delabi possint, postea per philtrum extrahe, & ad primũ extractũ infunde, & vas in quo infusum est iterum cooperi: quo peracto,

Immitte canthatum cum fœcibus iterum in balneum, & rursus superinfunde aquam, & fac similiter uti antea, idque toties reiterare debes, aquam nimirum super infundendo, in balneum collocando, illinc rursus eximēdo, & reliqua omnia prædicto modo faciendo, donec aqua non magis colorem attrahat, sed perlucida & clara super fœces remaneat: Ecce hac ratione habes ignem ex terra: Et tunc fœces, cum terra mixtas in aliud vas, ex cantharo lapideo transfundere debes.

Cap. 24.

IAm verò omnem illam aquā, in qua ignis est, infunde in vas aheneum magnum, & recipe magnam quantitatem albuminis ovorum, illamque tam diu concute donec tenuis fiat instar aquæ: Postea sume partem quandā de aqua illa in qua ignis elementalis ineſt ex base aheneo prædicto, illamque superfunde Isti quantitati albuminis ovorum, & illa duo cochleari ligneo, in quadam olla vel cātharo benè circumagita, & tandē simul in vas Aheneum prædictū reliquæ aquæ affunde, illam cochleari ligneo benè circumagitando ita ut albumina ovorum cum aqua & igne Elementali inter se probe commisceātur, atque sic appone vas aheneum igni, & fac ut materia quæ in est ebulliat, ita tamen ut calor ignis continuò maneat æqualis; Ecce albumi-

na

na ovium sese coagulabunt, in se trahentes fœces quæ remanserunt & nondum probe subsedere, atque omnia munda reddent. Tum remove ab igne, & sepone, ut materia in fundum delabatur, detrahe postea per philtrum, vel suspende in sacco & probe excolare sinito, atq: sic aquam tuam & ignem benè clarificata habebis.

Cap. 25.

EST tamen adhuc alius modus clarificandi. Si aquam illam, destilles in balneo ignis infundo manebit ignis enim ex balneo non ascēdit: Et tunc aquā iterum superinfundere & benè circūagitare debes, ut inter se commisceatur; Tum fœces illius deorsum labentur, deinceps. De fœcibus detrahere, & cum balneo ut supra procedere debes, idq; toties reiterare, donec nullas amplius fœces relinquat, & tunc aquam tuam & ignem omninò clara & pura habebis. Et hæc est via optima ad clarificandū, quamvis plus temporis majore etiam sumtus, quo ad ignem, requirit. Fœces autem cum coagulato albumine ovorū connexas, semper accumulare debes, cum reliquis fœcibus, ex quibus ignis extractus fuit, sciat etiam meus filius, quando aqua extracta est ex igne, terra, & fœcibus, rursusque superinfunditur, quod tunc nihil in se trahat, nisi quod purum est, &

quod omne impurum deorsum labi sinat; Idque non modo accidit in hoc opere, verum etiam in omnibus aliis, ubi aquam abstrahimus, aquam rectificatam nullis remanentibus fœcibus rursus super fundimus, sive igni sive terræ, sive sali, vel sali armoniaco, eaque simul circumagitamus vt inter se benè commisceantur, ut solvantur, perque diem unum aut duos ponimus, ut subsidat, tum fœces suas in fundum labi sinet. Nullæ etenim fœces solvuntur, nisi aqua iterum ex balneo abstracta, materia rursus exsiccata, & aqua iterũ super infusa sit, quemadmodum supra dictum fuit. Atque hac ratione ignem, terram & sal armoniacum ad Crystallinam claritatem firmiter congelata reducere possumus; ubi tamen notandũ quod unum durius erit quam alterum. Etenim ignis coagulatur clarus & lucidus fiet, non tamen habebit duritiem; Erit enim similis caseo qui flecti potest, vel instar frustuli casei recentis, quod ad longitudinem unius digiti extendi valeat, vel instar frustri de cornu vaccæ vel tauri, quod aliquandiu in aqua fervida jacens, se ad utrumque latus flecti patitur; ad eundem modum res sese habet cum elemento ignis, quod fit siccũ, durum, & perlucidum instar crystalli, rubicundum sicut rubinus; nec tamen est fragile quamvis se flecti patiatur, id quod fit ratione humidi-

miditatis elementi ◁, & aëris, quæ in ipso hæret, & cum illo commixta est, secundum ea quæ supra docuimus, quod videlicet aërem &, △, nullatenus separare possimus. Sed cum elementum terræ clarificatum est aqua nubium, tum fit durum, siccum, fragile, clarum, perlucidum & album ad instar crystalli; Etenim elementum terræ frigidum & siccum est.

Cap. 26.

SCias insuper mi fili, cum * armoniacum fuerit clarificatum ◁ nubium, quod tum fiat album, clarum, perlucidum, durum & fragile; calidum enim est & siccum. Atque hac ratione intelliget filius meus, quod omnia quæcunq; in mundo sunt, ad claritatem crystalli, ▽ · nubium, reduci possint, si illa semel purè detracta fuerit è re aliqua quam clarificare volumus; Debet autem tam clarè esse extracta, ut nullas omninò post se relinquat fœces, & deinceps rursus superinfundi, inter se benè commisceri, & ad submergendum poni: Et tum fœces suas deseret, solum id quod perfectũ est in se retinens; Tandem vero per philtrum fœcibus exutũ, & in balneo per Alembicum hinc inde per tractum, donec siccum fiat; Et hoc opus tam diu continuabis & iterabis, donec nullas post se fœces relinquat, tum iterum exsiccatum fiet

durum, clarũ & perlucidum instar crystalli, quemadmodum supra diximus, & postmodum (volente Deo) amplius dicetur. Estq; hic verus modus, omnes res ad Crystallinam claritatem reducendi, non modò in opere de ☥. de quo hîc tractamus, verum etiam in omnibus rebus à Deo creatis sive sint hominibes, sive bestiæ, sive aves, pisces, herbæ, arnores, fructus, metalla, lapides, & omnes aliæ res, in vegetabili, animali, & Minerali subsistentes; sub his enim tribus speciebus omnes res à Deo creatæ comprehensæ sunt, quæ omnes, per hanc artem quam Deus filijs suis, sapientiæ amatoribus largitus est, ad crystallinam claritatem reduci possunt. Etenim post diem novissimum Deus omnia separabit, & instar crystalli clarificabit, nec non rubicunda faciet instar Rubini, & tum nulli amplius corruptioni subiecta erunt adeoque in æternum durabunt. Anne putas, mi fili, omnia hæc inferiora à Deo creata, die novissimo in nihilum redigi debere? minimè vero, ne unicus quidem capillus, Dei voluntate ac nutu existens magis, quam incorruptibile cœlum, peribit; verum Deus secundum suum placitum omnia transmutabit, efficietq; crystallina, in quibus erunt quatuor elemẽta simplicia, fixa, & omnibus numeris absoluta atq; perfecta, & quicquid erit, erit quinta essentia & lapis philosophorum,

phorum. Et illudipsum probari potest in hoc mundo, nostrâ quam profitemur, arte qua docemur, omnia à Deo creata ad crystallinam reduci posse claritatem, & quatuor Elementa congregari posse in unum, ut sint essentia simplex atque fixa, adeò ut à nemine ullo modo mutari possint, neque etiam. ☿. & sal, illa corrumpere aut comburere potis sit, sed in æternum pro ut sunt integra manebunt; quæ omnia sagacitate nostri intellectus & subtilitate operis, quæ Deus filijs suis sapientiam quærentibus ex mera gratia largitus est, assequi possumus. Atque hinc est, quod tota philosophorum cohors, in suis libris profatur, Artem esse in omnibus quæcunque Deus creaverit; quod quidem verum est: sed quibus medijs illa eruenda sit, silentio prætereunt, aut non satis apertè dicunt: Et indocti vel in hac arte imperiti, eorum dicta atque prolata, intellectu valde obscura & difficilia præ mentis caligine, capere non possunt. Quod hæc omnia tam longa serie ita enarraverim, nullæ me aliæ rationes movere, mi fili, nisi ut te admonerem, quam necessarium tibi sit, omnia ex fundamento intelligere, & scire quid & quomodo operari debeas, ut si in opere à recta via aberres, & nescio quo fato, aut propria negligentia, alijsve remoris interve-

nientibus, tibi malè cederet opus quod sub manibus habes, quod tunc ante omnia errorem quem commisisti, corrigere debeas, antequam in opere pergas. Hunc ergo librum, mi fili, sæpissimè lege & relege, quò benè & penitus illum intelligas: Nullis enim hîc parabolis tecum loquimur, aut verbis obscuris aliquid narramus; sed in vero & genuino sensu omnia proponimus, ne aberres, & ipsemet proprio marte dicta nostra capere & intelligere queas.

Cap. 17.

SEd, ut ad opus nostrum redeamus cum jam ignem clarificavimus, albumine ovorum, vel in balneo detraximus, rursusque infusionem, nec non submersionē fœcium, modo prædicto, tam diu donec nullæ amplius fœces remansêre, iteravimus; Tunc oportet mittere in vitrum magnum veneticum & aquam inde penitus detrahere ut planè fiat siccum; Illudque tunc refrigescere sinas; Et ubi refrixerit, vitrum tuum frange atque exime: Ecce ignis tuus clarus erit, instar crystalli, & rubicundus instar Rubini, quem usque quo ad usum illo opus habebis, reservare debes. His ita peractis, cura tibi præparari à figulo vas magnū luteū de terra fortiori & optima, quod ignem benè tolerare, nec ab illius ardore, sive flammis vim

ullam

ullam pati, aut rumpi possit; Fac deinceps ut vas illud ad superius orificium fortiter ferruminatum sit, & insuper luto forti undique in circuitu suo munitum, duorum aut trium digitorum spissitudine. Et prædicto luto ita accommodato, necesse est, ut id benè fiat



siccũ, ipsum autem vas, ejusmodi habeat figurã quã præsens hæc pagina tibi prænonstrato. Atq; in vas illud infũde omnes, quas habes, tuas fœces, in quibus tua adhuc inest terra, oleum cõbustibile, & sal Armoniacũ. Deinde recipe cantharum lapideũ viginti quartas Colonienses tenentem qui ejusmodi sit figuræ ut ex delineatione hîc apposita videre licet, Illumque reple aquâ nubium, usque ad mediũ. Porro prædictum vas ut moris est impone fornaci ejusmodi opificio convenienti super craticulam, ut eo melius flagrantem flammam undique excipere atque sentire vas possit; Deinde orifi-

cium vel collum vasis fœno obstrue, tum collum vasis linteo circumliga, quo fœnum non excidat; cantharum postmodum in quo aqua inest, ad vasis collum appone, ne quis exeat aër. Inter alia etiam curam habe, ut priusquam ignem fornaci supponas, lutum quod applicasti, ex omni parte sat bene sit siccum. Quod cum factum fuerit, tunc demum ignem fornaci supponere licet, ab initio quidem lentum & exiguum, ut totum saltem calefiat, quem tamen per sex horas æquali calore ita continuare; Illis autem sex horis elapsis in tantum augere debes, ut prædictum vas mediocriter ignescere incipiat, ita ut elapsis adhuc alijs sex horis undique penitus ignitum sit; Et tunc ignem in tantum adaugere oportet, ut vas tuum vehementissimè ignescat, atque ita spatio quinque aut sex horarum ignitum maneat. Hoc facto, cura ut sua sponte frigefiat, removens tandem cantharum ab orificio vasis, in quo invenies oleum combustibile, atque sal armoniacum, quod in intimo prędicti olei combustibilis sinu sepultum, cumque illo, quemadmodum etiam cum terra & fœcibus commixtum fuit; à quibus jam separatum est, propter nimiam ignis violentiam, quæ oleum illud combustibile, cum sale armoniaco à terra & fœcibus fugavit. Oleum autem combustibile supernatabit

aquæ

aquæ instar fœcis, eritque nigrum & crassum; sed sal armoniacum, quod jam ab oleo combustibili separatum est, aquæ commixtum erit, quam etiam albam reddidit ad modum lactis; Et linguæ ad motum valdè corrosivum est. Iam verò, ut ulterius progrediamur, oportet habere testam magnam benè concinnatam, ex argilla confectam, in quam omne id quod in cantharo est infundes; Et tunc aquam tuam fervere facies, parteque illius aquæ in cantharum infusa, id quod intus est undique ablues, ut nihil amplius canthari adhæreat de oleo illo combustibili, Ideoque aliquoties cantharum intus abluere oportet, donec totus expurgatus sit; Atque id quod ita abluis semper in testam supra dictam infundes.

Cap. 29.

RECipe tunc vas ligneum, quamvis ex argilla confectum præstantius esset; quod à figulo parari sineres, & primum coqui in clibano non ferruminatam; Et cum ita coctum sit, tum demum ferruminari, sed ut vas ad usum hujus operis benè cõcinnetur, sumat figulus duas partes menij, vnam partem squamę æris, & mediam partẽ cineris stanni, eaq; inter se invicem, cum sale & aqua cõterat, & prędicto vasi, more suo applicet, ea ratione vas tã solidè ferruminabitur, ut nulla

corro-

corrosiva penetrare possint; Et ad eundem modum, omnia vasa quibus in hoc opificio uti velis concinnãda curare debes. Figuram hujus vasis habes inferius delineatam, Baculus autẽ ex ligno debet esse cõfectus, quemadmodum etiam tabula & orbis cum foraminibus baculo infra adhærens, nec non operculum vasis, quorum figuræ æquè hîc sunt appositæ. His ita præparatis, oleũ combustibile, in testa ut supra dictum fuit, supernatans, læniter excipe, illudque huic vasi infunde, & cum oleum ita penitus exceperis & expiscatus fueris ex aqua tua, aquam rursus infunde in cantharũ ex quo illam antea effudisti, ibique eandẽ custodi, donec qua via sal armoniacũ rectificare debeas, edoctus fueris; Eximè postea terra ex vase luteo, eamque similiter custodi quousque te edocuerim, quid cum ea facere, & qua ratione illam calcinare oporteat. Postquam autem oleum combustibile vasi immissum fuerit recipe







cipe aquam tuã, illamq; ferre factam, in prædictum vas, oleo combustibili superfunde, & festinanter baculũ, ad hoc opus, cũ orbe pleno foraminibus infra affixo, accommodatum, in vas illud immitte nec non præparatum operculum ligneum vasi firmiter impone, & undique linteis panniculis circũvolve, quo facto baculum illum in vase sursum deorsum move, ad dimidium usque unius horæ, instar fæminarum quæ butyrum coagulare volunt. Et dimidio horæ præterito ab opere illo desiste, operculũ deme, baculum inde extrahe, eumque atque operculum, quibus particulæ quædam olei combustibilis, procul dubiæ adhærebunt, aqua tua fervente diligenter ablue, & quodcunque abluisti vasi infunde, idque per unum diem atque noctẽ ita sepone, quo materia deorsum labatur, accipiens tunc magnam testam ex argilla confectam ac bene ferruminatam, & emitte omnem aquam quæ in vase est ex vase illo in prædictam testam, per siphũculum sive canalem vasi immissam usq; quo oleum com-

combustibile prodire incipiat, quo viso, ab opere illo cessa,& aquam quam ita depromsisti, infunde in cantharum in quo est aqua tua uva cum ✱: cui oleum combustibile detraxisti. Etenim adhuc aliquid salis armoniaci ipsi adhęret. Sed tũc non opus est ut aquã tuam iterum adhibeas, satis enim est habere aquam vulgarem destillatam, quam ferve factam in vas super oleũ combustibile infundes,& iterum ut antea baculo tuo sursum deorsum movere debes,ad modum eorum qui butyrum coagulare ex lacte volunt, spatio dimidiæ horæ id continuans, qua elapsa desine, & aqua fervente oleum combustile, à baculo & operculo quibus adhæret absterge, in vas prædictum infunde, & iterum per unum diem & noctem sepone ut adimum delabi possit; Rursus in testam ex vase per canalem ut supra immitte, donec oleum prodire incipiat. Et si quid olei simul per siphonem seu canalem exire contingat cum aqua, illud leviter excipiatur & in vas ubi reliquum est oleum infundatur; mittendo demum aquam in cantharum aut vas separatum, quandoquidem ibi adhuc inest aliquid Elementi terræ, quod cum oleo combustibili & ✱ transijt. Postquam autem ita fuerit purgatum, aqua omnis evaporanda erit, idque ad terram quæ adhuc ipsi in-

est,

est, calcionandam; Cum etiam * rectificaveris terram, quę exinde provenit in unum congregare, eamque simul calcinare debes; Et hoc facto recipe aliam aquam destillatam & ferve factam, eam infunde super oleum in vas prædictum, modo quo supra, & iterum atque iterum baculo tuo move sursum & deorsum instar eorum qui agitando lac butyrum extundere volunt, & fac reliqua omnia, ut supra recensuimus, emittendo aquam, eamq; in unum vas congregando, aliamque aquam destillatam fervente super oleum fundendo; Quæ omnia etiam toties repetere debes, donec aqua tam clara effluat, quam infusa fuerit. Atque sic oleum combustibile optimè est clarificatum; Verum aquam omnem quam in unum congregasti evaporari necessum est, & quod remanet, mittendum ad terram, ut cum illa calcinetur.

Cap. 30.

ECce oleum combustibile quòd sic rectificasti, jam clarum est, & liquidum, nec nõ rubrum instar sanguinis, & pingue sicuti aliud oleum; Estque calidum & humidum: cujus usus magnus est, in refrigeratis & arthriticis nervis illinendis atque ungendis, sicuti

ficuti etiam in omnibus mutilis, dissolutis & refrigeratis membris curandis & sanandis. Multum etiam conducit illis qui paralysi aut apoplexia laborant, & valdè utile est in unguentis & Emplastris quæ pro fundis vulneribus ad incarnandum vel ad carnem accrescendam applicantur.

Cap. 31.

ILlud etiam mi fili, te admovendum duxi, quod, si oleum combustibile non esset in omnibus rebus quæ ex terra nascuntur, nos nullo modo vivere aut vitam sustentare posse, quemadmodum etiam impossibile est vivere sine aqua nubium seu fluviorum. Nullum enim cibum rite apparare, nec ullam in medicina mixturam efficere sine aqua valemus: Nemo etiam tinctorum præstare potis est ut panni ullum imbibant colorē, nisi adhibeatur aqua; In summa, quicquid in mundo eo modo tractare, præparare, aut efficere volumus, aquam operi adesse omninò necesse est, ita ut sine illa hominū vita brevi tempore duratura esset, illosque perire oporteret; verum etsi hoc per se ita sit, tamen multò minus oleo combustibili in hac vita carere possumus; Etenim sine illo, nulla res ex terra crescere potis esset, neque frumentum, neque alij fructus, neq; arbores, neque herbæ, neque ullæ aliæ res prodirēt, Mater inquam olei

olei cõbustibilis pinguedo terræ est, ex qua omnes terræ fruges alimentum suum accipiunt; nisi enim oleum combustibile abunde terræ inesset, frumentum aliaque grana, neque herbæ ullam oleum combustibile in se haberent. Iam frumentum, grana, & quicquid è terra nascitur subinde oleum combustibile atque pinguedinem ex terra ad se trahunt, quantum cuique opus est, quousq; ad suam perfectionem pervenerit, tũc enim non amplius ad se trahunt, adeoque arescere incipiunt. Et quod res ita sese habeat, exemplo tibi sit arena, in qua oleum combustile non invenietur, in quam si spergamus frumentum aut aliud semen, id nullum accipiet incrementum, sed arescet, & in nihilum redigetur. Similiter aspice agricolam qui agrum suum per septem aut plures annos coluit, nec stercoravit, ager ille tam aridus fiet & macrescet, ut planè inutilis sit futurus ad producendas fruges, instar arenæ de qua supra admonuimus; Ratio in prõptu est, quia nimirum frumentum aliæque fruges quæ in agros illos crevere paulatim oleum combustibile ad se attraxere, ut nihil ibi remanserit, quo reliqua frumenta quæ in illum projecturus es, alimentum adeoque incremẽtum accipere possint. Sic etiam suppeditare tibi possumus exemplum in pascuis, quæ si otiosa sinantur, eorumque gramina non metantur

neque depascũtur, permittanturque ut hyemali tempore gramina super illis putrefiant, adeoq; oleum combustibili iterum revertatur in terram vide quam luxuriosi pinguis & fertilis isti agri futuri sint, oleo combustibili singulis annis in ipsis quasi duplicato. Atque ut breviter priora repetamus, impossibile est sine oleo supradicto vitam ducere; quando quidem omnis res alimẽtum & incrementũ ex eo accipere debet. Est tamen illud ipsum oleũ aliquo modo etiã noxium, & ejusmodi ut nobis mortẽ afferre possit. Vide enim helvones & potatores, an diu vivãt? Minime verò; nulla autem alia causa est, quã quod plus aliméti sumunt, quã ipsorũ natura exposcit, illiq; necessariũ est; Ex nimia enim copia & superfluitate olei combustibilis, superflui & pernicioſi generantur humores; ut sunt carbunculi, Apostemata, Cancer, Fistulę, & alia mala ulcera, nec nõ innumerabiles morbi quorum omniũ causa principalis est, quod oleũ cõbustibile nimiũ in nobis crescat, & augeatur, extractũ videlicet ex cibo & potu, quem ultra modũ & plusquã naturę necessariũ est, atque conducit assumimus. Et hac ratione ut exẽplo rem declaremus, si medicus aut chirurgus vulnus aliquod sanare cupiẽs unguẽto nimiam pinguis olei addat copiã, carnem adeo luxuriantẽ reddet, ut inutile incremẽtũ accipiẽs noxia caro succrescat. Quod si ejusmodi pingue unguentũ continuare, nec pi-

guedinẽ tẽperare velit, putrefactioni tam in carne quã in nervis causam dabit, ita ut tãdẽ fistulæ, cancri, & omnis generis ulcera manãtia inde exoritura sint quę omnia oleũ combustibili efficit, atq; producit: Etenim omni oleũ, omnisq; pinguedo originẽ suã trahunt ex oleo combustibili, quod ex terra attraxerũt. Atq; sic ex prædictis patet oleũ combustibile, præterquã quod est salutare remediũ ad vitam nostrã conservandã, etiã valere ad illã ipsam extinguendã, mortẽq; nobis inferendam. *Cap. 52.*

REperitur etiã oleũ cõbustibile in mineralibus alio nomine sulphur appellatũ, quemadmodũ etiã Philosophi omne oleum cõbustibile quod in Elemẽtis reperitur sulphur vocant, dicẽtes. Sulphur nostrũ nõ est vulgare sulphur & sulphur nostrũ est incõbustibile, & hoc quidẽ vere. Id autẽ dicẽtes, loquũtur de igni Elemẽtari ex cõbustibili oleo extracto, quod illorũ sulphur est, de quo ipsi tractãt. In summa dubitãdũ nõ est, in omnib⁹ rebus quas natura producit quæq; integram perfectionẽ nõ habẽt, adeoq; etiã in mineralibus, oleũ cõbustibile inesse, solo auro excepto: In quo uno prędictũ oleũ nõ invenitur, ideoq; fixũ est, & ab igne destrui aut consumi nullo modo potest, de quo in lapide minerali, plura dicẽtur: Miraberis forsã, mi fili, quod tã diu hic inhærẽã quasi præter modũ

tam multa verba de oleo combustili facerē. Verum scias, curæ mihi esse te ita edocere, ut naturam omnium rerum penitus intelligas, utq; cognoscas ipsa elemēta tam internè quā externè quidque & in ijsdem absconditum sit: Ne facile in opere tuo aberres, & si quicquā vitij in eo acciderit, seu per quempiam defectum, aut nescio per quum negligētiam, ut causam mali succesſus eo melius intelligere & invenire, erroremque commissum facilius corrigere possis. Fac igitur ut verba mea, dextrè intelligas eorumque veram sententiam & genuinum sensum benè assequaris, quo errores evitare possis.

Cap. 32.

VIdebimus nunc mi fili, redeuntes ad opus nostrum, qua via sal, sive aqua nostra sicca, aut si mavis sal armoniacum sit rectificandum vel à fœcibus expurgādum. Ad quem finem recipe cantharum illum in quo inest prędicta aqua nec non ✱. cui oleū combustibile detraxisti, eumq; mitte in balneum & super impositō illi alembico destilla aquā ut tota transeat, & materia penitus exsiccata sit; Depone tunc alembicum, & superinfunde aquam quam destillas iterum in cantharum eiusque orificium contege & undique occlude scandula aut vitro plano & benè polito, & ita cantharum duarum vel triū horarum

tarum spatio in balneo sine postea illum ex balneo exime, & sepone, quô materia quæ inest in imum descendere possit. Et hoc facto, aquam illam claram per philtrum abstrahe, & de abstracta aqua rursus aliquid super fœces infunde, materia benè circumagitata & deinde ad fundum iterũ delapsa; cui tandem aquam clarã & supernatantem per philtrum ut antea rursus detrahere illamque ad priorem aquam affundere debes, gustando fœces tuas, an adhuc acrimoniam in se habeant, & si illam gustando inveneris, iterum aliquid de aqua illa, superfunde, & fac ut antea; sin minus adjunge fœces tuas terræ, ut simul & vna calcinentur. Etenim adhuc illis aliquid de Elemento terræ inest quod fugatum fuit per violẽtiam fortioris ignis, quando oleum combustibile cum * fugatũ fuit. Tum verò recipies omnem aquam, mittesq; in cantharum, & tandem cum cantharo in balneum Alembico superimposito, & aquã illam ita destilla ut tota transeat, & materia planè sicca fiat Alembicum postea remove, & aquam in cantharum rursus infunde, atque ita in balneo per tres aut quatuor horas ferventem finito, quo salarmoniacum solvi queat; Exime tunc cantharũ & repone illum quodã loco per spacium unius aut duorum dierum, ut materia in fundum declinet, abstrahe aquam claram iterum per philtrum de

fœcibus, ut supra edoctũ est; Id quod toties repetere debes, donec nullas amplius post se fœces relinquat; Tunc enim satis erit, & nihil aliud restat, quam ut aquam desuper abstrahas per balneũ cum Alembico, ut sal armoniacum planè siccum fiat, fœces quæ singulis vicibus remanent, ad terrã accumulando, ut unâ calcinentur. Iam verò cum sal tuũ armoniacum planè siccum est, eximas illud, & erit album instar nivis, quod in paterã sive scyphum vitreum immittes, & in tua stupha sicca vel alio loco tepido & benè sicco sepones; Etenim si aëri frigido exponeres, solveretur, quod benè præcavendũ. Nec inconsultum erit ut mittatur ubi spiritum aut aërẽ tuum, nec non ignem Elementarem custodiẽda reservasti. Ibi etiã unã pone & reserva prædictũ sal armoniacũ, donec ad usum quẽ paulò post à me edoceberis transferre velis.

Cap. 34.

PRæterire autẽ hîc mi fili, nõ possum, quin te admoneam, illud ipsum sal armoniacũ de quo nobis sermo est. Esse sal sapientum, de quo ipsi in libris suis multa, sed omnia obscurè profantur. Et est ejusmodi conditionis, ut sine illo nullus philosophorum lapis confici possit. Equidem si lapidi illi prædictum sal non ineesset, nullam etiam ingressionem ipsemet permittere posset. Vocant ipsi etiam interdum aquam siccam; Etenim sine

aqua

aqua nulla rerum naturalium in toto mundo compositio fieri nec effici potest, ut una res aliã ingrediatur vel cum illa cõmisceatur, ut supra dictũ fuit: Ita ergo suam aquam siccam nominant. Nã sine hac aqua sicca, elementa quæ separata & rectificata sunt nulla ratione alterum in alterum ingredi queunt: Imo iterũ composita nullatenus consistere, nec lapis ullus ex illis confici, sive sit in opere vegetabili, sive animali, sive minerali. Aquã dixi, siccã philosophi appellãt. Quam insipiẽtes & in hac arte imperiti ♄. esse putãt, quæ res in gravissimos errores illos præcipitat. Et scientiæ hujus magistri propterea multa & diversa huic sali nomina tribuêre, ne manifestũ facerent, sed præclusum & absconditũ indoctis tenerent, modo aquã siccam, modo sal sapiẽtum, modo aquilã volantẽ id appellãtes, quod qui pro ♄. accipere velit, ipsum magis delirare & insanire, quã sapiẽtũ verba intelligere, nemo est qui dubitet. *Cap. 35.*

SEd ut hæc in medio relinquẽdo ad opus nostrũ redeamus, proximũ nunc erit, ut viam tibi, mi fili, monstremus, ad calcinandã sive reverberãdã terrã. Sumito ergo terrã tuã eamq; in patellis planis ex argilla aut luto cõfectis ponito, q̃ pollicis vel digiti crassitudine, in fornace reverberatoria unã juxta alterã: Et omnib⁹ patellis ita in fornacẽ immissis subjice ignẽ ex ligno benè arido, ut flãma ei⁹

ſuper patellas illas leviter exardeat, donec leviter igneſcere incipiant, quas leviter ignitas retinere debes, ita ut terra non liquefiat, & in vitrum nõ redigatur. Etenim ſi nimium eam igneſcere vellemus ad illum modũ quo ferrum ferro conſolidare ſolemus, procul omni dubio liquida fieret ad inſtar vitri, propterea quod adhuc multas in ſe fœces contineat. Verum etſi per negligentiam aut aliud inconveniens eveniret, ut non ſervato modo in ſupponendo igne terra cum fœcibus liqueſceret & in vitrum redigeretur; tamen opus tuum non in totum perditum foret; in tali enim caſu terram illam liquefactam eximes, eamque in mortario ferreo benè contundes contuſamque ſuper lapidem ſpatſam optimè conteres cum aceto deſtillato, ita ut manibus contrectari non poſſit, eandemque in cantharum mittendo acetum deſtillatum ſuperfundes, & cantharum balneo impones, per unum diem atque noctem; Quo ſpatio elapſo, cantharum ex balneo eximes, & tantum illi temporis quô materia in fundum delabi poſſit permittes; Id quod ſupernatat per philtrum abſtrahes, aliudque acetum infundendo ſuper fœces, illas benè circumagitabis, & in balneo pones per diem unum, tum rurſus eximes, & per philtrum iterũ abſtrahes; Illis omnibus ita peractis, omnia ſimul in cantharũ infundes, cãtharum in balneum

iterum

iterum immittes, acetũ inde destilla ut terra tua sicca & arida fiat, & erit illa ipsa terra, quam antea habebas, ex fœcibus extracta; solve illam in tua aqua, si fortassis aliquæ adhuc fœces illi inessent; Idque fac bis aut ter, quo à fœcibus planè purgetur. Et teneat hîc filius meus, etiam si eveniat ut terra cum fœcibus instar vitri liquefiat terram propterea non esse deteriorem. Id enim solummodo factum fuit, quod nimis fortem illi supposuisti ignem, cujus violentia illam liquefieri coegit; Ad fœces quod attinet quæ in terra sunt, liquescere non possunt, nec unquam liquefiunt. Sed sunt cum terra ita mixtæ, & cum illa unum quasi sint corpus, quamvis plus quam decies major sit copia fæcũ quam terræ; Iam vero quando terra liquescit, cum fœcibus coagulat & arida fit, atq; sic in substantiam vitream convertitur: quę primum est nigra, actum nebulæ vocantur: at si longo tempore in igne retinueris tandẽ albescit & inclarescit. Si terra cõburi & evolare posset, vitream substantiam comparare non esset possibile: Cuius exemplum tibi suppeditare licet in Opificibus illis, qui scientiam conficiendi vitrum profitentur; Illi postea quam cinere quibus utuntur combusserunt, ille ponunt in fornace reverberatoria ad dies 14. & lentè calcinant, donec instar nivis candidi fiant, tunc eosdem patellis im-

positos in fornacem mittunt ad liquescendū supponendo ad hunc finem fortem ignem, & ita liquefactos tenent in fornace per tres aut quatuor dies donec materia facta sit: satis lenta aut flexibilis: Et tunc vitra ex illa efficiunt. Quod si cinerem illum quemadmodum primò ex folijs lignis, graminibus herbis aut simili materia per ignem præparatur, statim in patellas, & cum patellis in fornacem immitteres, supponendo illi tantum ignem quo liquefieret, non nisi nigrū fœdū & obscurū, minimè autē perlucidum efficeres vitrum; coagulatū enim est elementum terræ cum fœcib', adeò ut etiāsi materia illa spatio unius anni in igne servata fuerit, tamē nullo modo dealbescet: quia solidum & firmū corpus est, ita terra cum fœcibus coagulata est; Ideoque necesse est, ut vitrarij, cineres suos ante omnia tam diu reverberari curēt, donec fœces illorū instar nivis dealbuerint, ita tamē ne cineribus istis nimiū caloris aut violentia ignis supponatur, quo liquescant. Nā quādiū cineres à liquefactione præservantur, fœces illis nō inclusæ sed separatim manebūt atque ita calore continuo retineri possunt, donec planè dealbescāt; Quo facto satis idonea materia erit, ad vitra perlucida ex illa cōficiendum. Quæres forsitan, mi fili, cur hæc ita in medium proferam? Scies id ideo fieri, ut notū tibi fiat, elemētum terræ nullatenus ab igne comburi posse; Etenim elementū est elemē-

tale, Idcirco si nullas haberet fœces, & tantũ ipsi supponeres ignem ut liquefieret, etiamsi inesset testæ satisq; terræ ineſſet, eam tamen penetraret: 10. pedes spissæ. Ex his autẽ quæ hacten' dicta sunt intelligere, dilecte, poteris, si modũ in igne nõ servaveris, & propterea in prædicta operatione erraveris, qua ratione errorẽ istũ corrigere, terramq; tuam elementalẽ cũ fœcibus in unam massam consolidatam, ex fœcibus extricare debeas.

Cap. 36.

CONtinuando textum quẽ supra reliquimus, hîc te admonere fili, proximũ est, ut materiam in patellis fornaci immissam & ignitã factã, in uniformi ignis calore ita teneas, donec instar nivis dealbuerit, quod ut meli' cognoscere possis, extrahe forcipe quadã ex fornace unã de istis patellis, & permitte illi tantũ temporis ut refrigescat; si frigida facta nõ appareat tã candida quam nix, mitte patellam iterũ in fornacẽ juxta reliquas patellas, ut ibi tam diu maneant, donec materia instar nivis dealbescat, quo facto patellas omnes ex fornace extrahe & terrã q̃ in illis est immitte in vitrũ veneticũ vel etiam in regione Hassiæ cõfectũ dudũ: summo studio cave ne prædictã terrã immittas in cantharum lapideũ. Etenim si terra in suam aquã resolveretur, procul dubio penetraret, etiãsi cantharus ad decẽ pedes, spissus esset: adeo subtile est elemẽtum terræ postquã à fœcib' suis

exoneratum est. Habetur pro minimo inter elementa, sed tamen omnium est subtilissimum, ut postea amplius docebitur. Et hanc ob causam necesse est ut immittatur in vitrũ duplicatum, ne pertransire possit. Quando ita immissum est, aquam tuam superinfunde, & pone in balneo spacio unius diei ac noctis fac ut balneum ferveat, deinde ut iterũ frigescat, exime tunc vitrum, & sepone spacio duorum dierum & noctium, ut fœces subsidere possint. Deinde aquam leniter iterum per declinationem effunde in aliud vitrum magnũ & funde super fœces cursus aliquid de tua aqua, pone iterum in balneo & fac similiter in omnibus ut antea, diffundendo rursus per inclinationem, de fœcibus & mittendo in prędictum vitrum magnum ad primam aquam. Atque sic procede tertia vice, omnia faciendo quę secũdum prædicta, prima atque secunda vice peregisti. Remove tunc fœces, & pone vitrum cum terra in balneo, superimposito Alembico, atque ita destilla aquam tuam ut terra ita planè fiat sicca ut instar pulveris spargi possit. Postea fac ut balneum iterum frigescat, quo facto aquam rursus superfunde, & suppone illi ignem per tres aut quatuor horas donec terra iterum solvatur: Tum exime vitrum ex balneo, & sepone per unum diem & noctem quo materia subsistat, quo facto id quod supernatat

leniter

leniter defunde de fœcibus in aliud vitrum; Deinde mitte rursus in balneum, superimpositoque Alembico destilla aquam, ut antea, donec materia tota fiet sicca; aquam denuò superfundendo fac ut iterum solvatur; Exime tum vitrum ex balneo, & cura ut materia ad fundum labatur, quemadmodum antea, defundēdo id quod supernatat de suis fœcibus, uti supra; Idque toties repetere debes, donec nullæ amplius fœces remaneant: Et nullis fœcibus remanentibus destilla tandem omne quod destillari potest, ut materia quæ remanet tota ita sit sicca, ut instar pulveris spargi queat: Ecce habebis tunc terram Elemētarem, clarā atque purā, & ad instar nivis candidam. Sciat autem filius meus, hāc terram quemadmodū etiam * & ignem clarificari aut rectificari posse: Non quidem albumine ovium, ut in superioribus edoctus fuit, sed oportet ut per tres aut quatuor vices clarificetur si vis ut nullas amplius fœces relinquat. Id quod ita probare poteris: Recipe nimirum parvum vitrum, aquam evaporatum iterum superinfunde aliam aquam, tum vero solvi finito. Ecce si nullas relinquat fœces, satis clarificatum erit: Sed si adhuc quædam fœces remaneant, amplius clarificatione opus erit. Necessarium quoque fore opinor, si clarificaveris, ut aquam immittas super fœces, unâ cum albumine ovorum, quod

despumasti, vel quod sacco ad clarificandum pręparato, adhęret: Etenim illi quod clarificas adhuc aliquid inest, quod naturam elemētalē sapit sive de igne, sive de aēre, sive de sale armoniaco, sive de terra. Sed quicquid sit, omninò cōsultum est, ut aliquid de tua aqua superinfundas, & postea iterū detrahas, curando ut materia tū in fundū declinet, & quod supernatat per inclinationē sive filtrū defunde, nec nō ad reliquam aquam clarificatam adjunge; si mavis adhuc semel illā clarificare poteris, antequam ad aquam tuā clarificatam affundas. Hæc est facillima via ad clarificādū; Potes enī hoc modo bis clarificare uno die; Altera via quam supra monstravimus est quidē optima & utilissima, sed lōgiore indiget tēpore & labore, Penes te erit eligere ex his eam quæ tibi maximè arridet.

Cap. 37.

REdeūdo ad nostrū opus in præsēti capedocebo filium meū, qua ratione spiritum sive aērem imbuere debeas terra & sale armoniaco. Recipe igitur mi fili, terram tuam & sal armoniacum, eaque duo (curando primitus, ut sint benè sicca) contere super lapide, in stupha sicca vel alio loco planè sicco, quod nullo aē frigidus aut humidus, nec aquens humor eo penetrare possit; Hoc facto terram cum * benè inter se commiscere eaque in ampullam vitream, aut vitrū ad formā

nam ovi figuratum, instar præsentis picturæ immittere debes, spiritū ibi superinfundēdo



& permittendo ut terra & sal armoniacum spiritū sive aërē benè imbibant; Et quando terra & sal armoniacum spiritum aut aërē planè imbiberunt, tunc vitrum illud sigillo Hermetis sigillare debes, atque sic in fornace secreta suspendito, supponendo illi ignē tanti caloris, ut manū sine læsione tenere possis in foramine quod in fornace est, tam diu quam quis salutationē Angelicam, ave Maria, legere aut recitare queat in isto calore teneas per 20. dies & noctes; deinde semoto igne fac ut frigescat, & quando frigidū est frange vitrū, & videbis aërem sive spiritum congelatum cū sua terra & sale armoniaco, in lapidē perlucidum, album & clarum instar crystalli; Etenim elementum ignis cum illo nondum est conjunctum. Recipe materiam illam & fac ex illa pulverem subtilem, eundemque mitte in ollam vitream, habentem crassum & latum fundum, superimpone illi alembicum magnum, & applica receptaculum ad canalem Alembici, illamque fortiter luta, supponendo eidem ignem prius exiguum, deinde paullatim majorem, gradatim donec spiritus & sal armonaicum in vitem se sublimen-

ment, instar clari & perlucidi crystalli, albedine sua ad nivem se referentis, & cum satis sublimatum est ita ut non amplius ascendat, permitte ut frigescat; Frigefactum exime, fracto nimirũ alembico: Etenim quod sublimatum est tam fortiter Alembico adhæsit, ut non possibile sit illud removere, aut è vitro eximere in causa est sal armoniacũ, quod spiritum secum ita coagulat, ut ambo tam fortiter vitro adhæreant. Quod si spiritum solum per suam terram sublimare velis, sine sale armoniaco, spiritus vitro tam fortiter non inniti posset, sed sublimaretur instar nivis, ejusmodi simul albedinem præ se ferens. Hisita peractis materiam illam exime, eamque custode in tua stupha sicca. Et tunc recipe terram ex olla vitrea, eamque solve in aqua tua rectificata, solutam tene pauliſper in prædicta aqua. Ecce particula de albis fœcibus in fundũ labetur; Detrahe id quod supernatat & clarum est per philtrum in aliud vitrum, postea pone in balneo & superimposito alembico aquam destilla, ut quod in fundo est totum siccum fiat, ad modum materiæ ad pulverisandum præparatæ; sdq; tunc iterum exime, & in tua stupha sicca cõtere cum spiritu & sale armoniaco, quæ simul sublimata fuêre, eaque iterum ad sublimandum pone, quemadmodum antea monstratum fuit, Et hanc sublimationem toties

iterare

iterare & commutare debes, ad eundē modum ut prędictū est, donec terra nullas amplius fœces relinquat. Et tunc spiritus, sal armoniacum & terra tua benè rectificata habebis, satis superque idonea ad opus tuum perficiendum, & ex illis lapidem conficiendum. Forsitan hæc res, mi fili, scrupulum tibi injiciet, ut quæstionem mihi movere operæ prætium existimes, an videlicet spiritus, aut aër, nec non sal armoniacū nō rectè aut benè rectificata erant, antequā terræ commixta fuerunt; similiter num terra rite rectificata erit, priusquam prædictę tres species, inter se commixtæ aut unâ conjunctæ fuerē? Sed ut hunc nodum tibi solvamus, sciendū est, duas esse species fœcum in omnibus rebus, quas Deus in terris creavit, una species est extrinsecus altera intrinsecus, in intimo uniuscuiusque rei naturalis sinu. Atqui internas fœces expellere nō possumus; nisi externæ prius sint remotę: Et ijs remotis res illa ex qua internas extrahere cupimus fœces, prius est calcinanda, qua calcinata tandem internas fœces extrahere licebit. Illę si non extractæ fuerint, res cui inhærent nunquam apta erit, ut lapidem ex illa conficere possimus, sive sit vegetabilis, sive animalis, sive mineralis. Ista autem calcinatio fit in fornace secreta sive in Tripode, ibi inquam spiritus aut aër cum ✱ invicem calcinantur,

& propterea fœces suas, quas intimè in sese habebant, in sublimatione reliquerunt. Præparata ita custodi, in stupha tua sicca, vsum à me in posterioribus expectans.

Cap. 38.

SEd ut vlterius in opere nostro progrediamur, recipe mi fili, ignem Elementalẽ, & immitte illum in vitrum, superfundendo aliquid de aqua tua rectificata, illudque immitte in balneum, vt ibi solvatur. Hoc facto, recipe tuam terram, illamque immitte in aliud vitrũ, similiter superfundendo aliquid de aqua tua rectificata, & permittendo vt sese solvat; Ista duo in diversis vitris soluta confunde tandem in vnũ vitrum, eaque inter se benè commisce, & in balneo pone ac destilla inde aquam, vt materia planè fiat sicca, & ad pulverisandum idonea. Deinde materiam exime & in vitream ampullam aut ovum vitreum immitte, quemadmodum de spiritu & ☌. supra traditum fuit, sigillo Hermetis id consigna, & in Fornace secreta illudipsum suspende, spacio viginti dierum, vt ea ratione ibi calcinetur, supponendo illi tantum ignem; quantum in calcinatione spiritus & salis armoniaci adhibuisti, sicuti supra docuimus, vel etiam paulô fortiorem; Etenim ignis non tam fugax

est

est quam aër seu spiritus & *. Idcirco tantũ ipsi ignem adhibere debes, vt manum vix inter parietes fornacis & ejusdem foramen tenere possis; Et quando spacio viginti dierum in prædicto fornace ita positum fuerit, tunc exime frangendo vitrum in quod immissum fuit: Ecce invenies terram & ignem fortiter indurata, clara, perlucida & rubicunda ad instar rubini. Recipe illa & immitte in aliud vitrum super infundendo de aqua tua rectificata, eademque in balneo solve; Hoc facto exime ex balneo, & pone, vt materia in fundum delabi possit spatio duorum dierum & noctium, detrahe aquam supernatantem per philtrum, immitte rursus aliquid de aqua tua rectificata, & materiam vel fœces benè circumagita, & fac vt in fundum demergat, detrahendo id quod supernatat rursus per philtrum; mittendo ad id quod primum detraxisti, & fœces illas abijciendo, tandemque aquam per alembicum detrahendo, vt planè siccum fiat quod intus est: Et tunc infunde iterum aliquid de aqua tua rectificata solue, ut antea, & detrahe rursus per philtrum, sicuti supra dictum est. Atque hoc toties repetere debes, donec nullæ amplius fœces remaneant; quo facto aquam rursus planè detrahe, quantum possibile est, ut materia penitus fiat sicca: Ecce hac ratione habebis terra & ignem inter se ita commixta,

mixta, & conjuncta, ut in æternum separari aut disiungi nequeant; similiter habes spiritum aut aerem & sal armoniacum ita combinata & vnita, ut æquè in æternum dissipari non possint; Eaque omnia rectificata & ab omnibus fœcibus tam internis quam externis purgata sunt, nec non ad fabricandum ex illis lapidem Vegetabilem satis idonea & parata. Fortassis hic in mentem veniet filio meo ejusmodi dubium: cur ignem elementalem, non calcinaverim vna cum spiritu aut aëre & sale.* sed sciendum est, inter elementa duo esse fixa, & inter eadem duo esse fugitiua; & tamen eo non obstante prædicta Elementa adeo inter se sunt commixta, ut dextrè vnum ab altero separari non possit, ut supra probatum est. Tenendum etiam tibi est, aërem esse calidum & humidum, multum aquæ in se habentem, sed parum ignis; Similiter aërem & aquam esse fugitiva instar spiritum; Rursus ignem esse calidum & siccum, non multum aquæ penes se habentem, ita tamen ut non omni careat aquâ; Etenim nullum inuenies ignem sine aëre: Aërem autem nunquam sine aqua. Itaque cum igne aër & aqua commixta sunt verum aëris & aquæ copia quam ignis continet, non est tanta, ut potentiam habeant in sublimatione ignem ex terra secum attrahendi, & in altum ducendi. In summa quando ignis est

penes

penes terram, quam etiam inter fixa elementa numerare licet, terra ignem semper secum tenet, ut in altum sublimare non possit; Etenim terra cum aëre & aqua nihil participat, quemadmodum ignis, siquidem aerem & aquam a terra separare licet, quantum possibile est. Nihilominus tamen sciat filius meus, & in aere, & in aqua, & in igne esse quoque quandam particulam terræ, quanta libet illa sit, quippe si nulla planè in illis esset terra, adeoque illa ipsa meri spiritus, profecto neque oculis conspici, neque manibus palpari possent, & nullo modo idonea essent ad coagulandum. Neque tamen tantum in se terræ habent, ut ipsis impedimento sit, quo minus in destillatione aut sublimatione sub volare possint: Aliter sese res habet cum igne, in quo magna inest particula terræ, propterea quod ambo sint elementa fixa: Verum non habet in se tantum aëris aut aquæ, ut subuolare potis sit, nam penes terram maneret, quando cum aëre siue sale *. calcinaretur, nulla siquidem elementa calcinari possunt, nisi cum terra commixta sint, alioqui statim avolarent: Et si illa calcinaremus, ignis cum aëre, & aqua sicca siue sale non subvolaret; rursus hæc duo fugitiua fœces suas internas in fundum mergere denegarent, ut illas extrahere possemus, solvendo & congelando, sicuti cum

igne factum fuit, propterea quod multum humiditatis in se habent: Idcircô fugitivis hisce duabus partibus internas extrahere oportet fœces, cum siccitate calida propter ipsorum humiditatem, aliâs fœces illas extrahere impossibile esset, similiter ignis fœces suas quas in intimis penetralibus habet prolabi non permitteret, in siccitate calida, propterea quod ipsemet calore & siccitate abundat: Corpus ipsius in sublimatione clausum foret; & etiamsi ita sublimare illum possemus (quod tamen impossibile est) eo multo firmius fœces suas secum retinebit. Etenim per naturam contrariam aliam naturam aperire & soluere oportet; Non video qua ratione id quod durum & forte est, eo quod simili modo durum & forte est aperire & occludere possis: Id inquam, impossibile est; Vnaquæque res per suum contrarium aperienda, ipsiusque natura per aliam naturâ priori è diametro repugnantẽ extrahenda est; Miror qua ratione id quod fugitivum est cum re similiter fugitiva, fixare velint. Impossibile inquam est, & nihil aliud quam oleum & operam perdere: Et tamen plærique qui in hac arte philosophari volunt, tam insipientes sunt, ut illudipsum nullo modo comprehendere possint, ideoq; in infinitos labi errores necesse est. Verba mea mi fili perpẽdas obxniè rogo, ne à recta

via declines: Multi inveniuntur, qui rem aliquam optimè aperire posse sibi persuasum habent, verum id faciendo illam multo magis concludunt, quam vnquam concluſa fuit; propterea quod non sequantur naturam, adeoque frustra laborando oleum & operam perdunt. Ignis itaque, cum spiritu aut aëre nequaquam est calcinandus, per rationes supra adductas, quas mi fili, in recenti memoria tenere & sæpius in animo revoluere omninò operæ prætium erit.

Cap. 39.

PRoximum jam est, vt tradamus, qua ratione Elementa quæ rectificavimus, ad supremam & extremam rectificationem sint redigenda. In quo ut recta methodo procedas, primum comparare tibi debes receptaculum, admodum longum; In quod injicies sal armoniacum cum aëre siue spiritu, unâ commixta & in vnum corpus compoſita superinfundendo paullatim aliquid de aqua tua rectificata: Et prædictum vitrum aut receptaculum, in testa referta cinere per cribrum à rudioribus particulis benè expurgato, immittendo, & ita fornaci imponendo. Prius tamen id obſervandum ut os receptaculi in superiori parte super lapide ad hoc idoneo benè fit politum, ut vndique juſtam

& æqualem recipiat planiciem, & ut super ôs illud imponatur parvũ vitrum orificio magni vitri ferro ut vitriarij solent, adaptatũ, & super lapide adhoc idoneo benè politum, quo receptaculum prędictum ab omni parte sit coopertum. In quem finem super vitrum illud sine operculum, etiam pondus aliquod plumbeum superponendum. Atq; his omnibus ita præparatis ignem exiguum suppone fornaci, ut materia calefiat, & calefacti æquali igne in fornace ita positam tene spacio duodecim horarum: Ecce materia ista solvetur, & habebit speciem rubicundi rubini. Quod si materia non omnino soluta esset infunde adhuc aliquid de aqua tua rectificata, ea prius tamen tam calida facta, quam calida est ipsa materia vitro immissa, & receptaculũ adhuc spacio duodecim horarum in fornace tene in eiusmodi calore, ut supra admonitus es: Et si adhuc nondum penitus esset soluta, infunde iterum & fac ut antea, idque toties donec materia, in aquam rubram planè sit soluta. Miraberis forsitan hîc, mi fili, cur ab initiò tantum aquæ simul non infuderis, ut solui potuerit; Sed scias, quod non plus aquæ infundere oporteat, quam quantum satis est ad rectè solvendũ; non plus inquam humiditatis aquę nubium, materiæ convenit, quam quantum necessariò requiritur ad solutionem illam perficiendam.

endum. Etenim præter hunc vsum & finem materia illa, aquâ nubium planè nõ indiget; vt res aliqua solvatur & vnum alteri commisceatur mediante aqua nubium id fieri oportet, sed si soluta est, aquâ illâ amplius planè non opus habet. Ad eundem modum, si unâ res in aliam intrare debet, ita ut perpetuò sint conjunctæ, & nunquam altera ab altera separanda, necesse est ut adhibeatur aqua sicca, quæ est earum sal, siue sal *. aliâs se invicem nullo modo amplecti, neque sibi invicem cohærere possent. Elementa ipsa etiamsi optimè essent rectificata, tamen si carerent aquâ siccâ, illa alterum cum altero fixare impossibile esset, etiamsi vsque ad extremum Dei judiciũ fixationem illam continuares. Firma enim manet regula, neque spiritus neque corpora ulla sine aqua sicca, quæ est sal armoniacum, fixari posse. Aqua enim sicca ut spiritus cum corporibus concorporentur efficit, atque in se invicem solvantur, modo quodam invisibili; Sicuti aqua nubium solvit duas res diversas & invicem sibi contrarias, modo tamen visibili efficiendo id, quod aqua sicca facit invisibiliter. Veluti cum diversas materias ante oculos nostros in illa liquere facimus. Id quod non minus efficit aqua sicca, etiamsi illudipsum oculis cernere nõ possumus, spiritus & corpora solvẽdo & inter se commis-

cendo, ut in æternum separari nequeant. Si imperiti philosophi capere possent naturæ secreta, intelligentes simul & cognoscentes aquam siccam, quæ quasi mediatrix est inter spiritus & corpora, profectò omnia illorum opera feliciter succederent. Duas itaque solutiones intervenire necesse est ter & (si modo perfecta solutio futura sit) vnam externam, quæ fit aquâ nubium, quam oculis cernere possumus, alteram internam quæ fit aquâ sicca, qua est invisibilis. Sed hîc iterum fili, scrupulum inijcere posses, eô quod docuerim, non plus aquæ nubium dandum esse rei quæ solvenda est, quam ad solutionem ipsam perficiendam opus erit, nec amplius; quærendo forsitan hujus rei rationem, & si aliter fieret quam prædictum est, an propterea labor & opus tum perditum sit? Ad quod tibi respondemus, opus tuum non quidem perditum iri, verum si plus aquæ quam opus sit infusum fuerit, id sine omni controversia per balneum detrahendum erit. Etenim quandoquidem in materia illa solui debet ☉. nimium aquæ nubium nunquam confert: Sed tamen adeo damnosum non est, ut opus tuum propterea perditum iri oporteat, modo per balneum quod superfluum est detrahatur. Rursum vero mihi dicere posses. Instruxisti me de aqua nubiũ ad faciendam solutionẽ extrinsecus, & tamẽ

dicis

dicis nullam fieri posse compositionem inter corpora & spiritus nisi mediante aqua sicca, quæ corpora & spiritus penitus, & invisibiliter simul soluit: quid si accideret, ut vellemus corpus aliquod cum spiritu quodam conjungere, ut conjuncta invicem manere debeant, & nullam haberent aquam siccam, quantum quæso aquæ siccæ adhibendum esset ad coniunctionem illam benè efficiendam? Ad quod respondemus, si corpus & spiritum quendam coniungere velis, tunc vnumquodque per se & singulari vitro aquæ immittere debes: quo facto recipe aquam siccam tanti ponderis, quantũ pondus habet dimidia pars prædicti corporis, eamque solve in aqua clara & ab omnibus fœcibus pura, infundẽdo tandem tres illas aquas in vitrum quoddam, illas inter se benè miscendo, & vitrum illud super cinerem calidum tenendo, ut prædictæ aquæ se solvant in aqua pura, nullis remanentibus fœcibus in fundo. Hoc facto satis composita est aqua, de qua in tractatu de lapide minerali satis edocetur. Scies insuper, etiamsi nimium aliquid aquæ siccæ adesset rebus invicem solvẽdis & conjungendis, quod nihil admodum interesset; Etenim cum fixaret, non plus penes se retineret, quam opus haberet, & fixare posset, quod super abundaret, auolare sineret. Atq; hæc dicta sint de corpore & spiritu altero alteri

teri conjungendis modo non versemur in casu quo elemẽta separare velimus: Nam ubi elementa separanda sunt in quocunque rerũ genere ex tribus illis lapidibus id fieri debeat, aquam siccã adhibere nullo modo necesse est. In omnibus siquidẽ rebus quæ in mundo existunt, aqua illa sicca inest, hæcq; est illarũ sal, ut supra dictum fuit. Dexrrè, rogo, mi fili, intelligas mea verba, si à rectâ viâ declinare nolis.

Cap. 40.

IAm vlterius progressum faciemus in opere nostro. Ecce quando totum solutum est in aqua pura, fiet aqua rubra, clara & perlucida; In qua id quod soluisti ita custodire debes spatio trium septimanarum, super fornace quadam, in calore tepido qualis est solis mense Martio: quo Elementa benè commiscerí & vnum in alterum intrare possit. Id quod elapsis tribus illis septimanis ita factum erit, ut vix illa separare possibile sit, quamvis planè fixa non erunt, sed ex parte fixa ex parte non fixa, & insuper ex balneo in æternum non ascendent, etiamsi ibi per totum annum continuo ebullientia posita essent, nihil inquam prodiret aut ascenderet: Sed si illa immitteres in vitrum admodum spissum & forte, in testa cinere repleta, tan-

toq;

toque prædicto vitro igne suppositō, ut vitrum infra candescēret, & ita candens æquali sustentaretur flamma, ecce paulatim ascenderet sub specie rubri & perlucidi olei, quod etiam ad instar Crystalli clarum erit: Et mox vbi frigidum factum fuerit, congelare incipiet, & congelatum erit instar lapidis clari & rubri quemadmodum Rubinus. Congelabit, inquam, in aëre, & solvetur in calore & siccitate: Et verē loquendo, ita res sese habet, & ejusmodi conditionis lapis ille esse debet. Idcirco si spatio trium septimanarum vitrum in testa cinere repleta permānserit, suppositō & sustentato igne, ut supra dictum fuit, tunc aquam ex vitro in Pateram vitream infundere debes, imponendo pateram cum aqua illa infusa cineri calido atque aquam nubium exinde evaporare sinito; Et videbis remanere pulverem rufi coloris aliqua ex parte se referentem ad calorum rubrum. Quo facto recipe retortam vitream, in illamque immitte pulverem vt supra, & pone Retortam in testam cinere per cribrum à rudioribus partibus benè purgato repletam, & mitte super fornacem; Deinde sume receptaculum vitreum, illique accommoda atque annecte prædictam Retortam: & partes ubi duo ista instrumenta connexa vel sibi invicem accommodata erunt luto undique fortiter conclude, suppositō fornaci igne,

primum

primum parvo & tepido, deinde paulatim fortiori, quem gradatim ita augere debes; donec retorta rubedinem induere, & candere incipiat; Candentem ita in æquali detineas calore donec totum in Receptaculum transierit; Deinde remoue receptaculum â retorta, illudque pone in testa cinere repleta, supposito igne, ut cinis calidus fiat: Ecce quod in receptaculo est liquescet sicuti cera, quod tandem immittere debes in parvnm vitrum dum adhuc calidum est; Et statim ubi frigidum factum fuerit, durum & clarum erit instar Crystalli, & rubrum instar rubini, atque ex parte fixum, ex parte fugitivum, & congelabit in aëre frigido, verum soluetur ad ignem. Atque sic opus vegetabile optimê absolutum & perfectum erit. Deo soli gloria in infinita secula pro sua bonitate & donis admirabilibus, quæ philosophis suis elargitus est. Hic est lapis ille, qui omnes morbos in corpore hominis enatos sanare potest brevissimo tempopore, modo planè mirando & incompræhẽsibili, si ægroto tantum de prędicto lapide in vino des bibendum quantum pondus habet granum tritici; Mirabilia inquam videbis, plus quam credere, fas est. Sapienti sat dictũ; & plura de ipsius virtute, & efficacia in fine tractatus de tribus lapidibus, vbi de illorum projectione verba facturi sumus, adijciẽtur.

Inte-

Interea rationem & methodum lapidem illũ conficiendi in superioribus, fili, edocui, qui etiam inter tres illas species optimus esse merito perhibetur.

Cap. 41.

IAm vero mi fili, viam tibi monstrabo, ut efficaciam illius lapidis millies multiplicare possis: Ad quod recipere debes prædictũ lapidem, solvendo illum in aquâ rectificatâ in vase quodam vitreo, & postea eundem iterum congelando ad hunc modũ: Contere lapidem ut fiat pulvis, uel frange illum in paruas particulas, & mitte in ollam vitream habens amplum orificium, quod orificium super lapide quodam seu mavis cote optimè polire debes, immisso tandem in vitrum illud prædicto lapide, atque lapidi prædicto tantum aquæ tuæ rectificatæ superfunde, ut lapis ferè aqua sit obtectus; quo facto mitte vitrum in Cinerem calidum, vbi lapis statim solvetur, eoque soluto contege orificium vitri vitro plano etiam benè polito, & tene lapidem ita solutum in vitro illo spatio duodecim horarum; Deinde remoue operimentũ vitreum, auge ignem tuum & fac ut aqua rursus evaporata lapis ille planè siccus fiat; Et tunc illum iterum solve in aqua tua rectificata, eo modo ut iam dictũm est, solutumque tene rursus per duodecim horas in vitro. Ecce congelabitur iterum ut antea, idque to-

ties repetere oportet, donec non amplius congelare queat, sed maneat tanquam oleum; Et tunc sat præparata est materia in qua ☉. optimè soluere possumus. Tum demum recipe aurum purum, Id qnod cementare debes, cemento ut vocant regali, & quidem cemento triplici, hoc est cementatione ista tribus vicibus repetita. Interrogabis forsitan, mi fili, cur aurum cementare oporteat, cum tamen purum sit? Ad quod respondendum, quod omni auro ex quo pecuniam aut nummos conficere velimus necessariò aliquid addi debet, aliàs nummi nimis essent molles nec tam benè manibus tractari possent. Quicquid sit, tribus aut quatuor vicibus id cementare oportet, ut certò nobis constet purum esse; Amplius interrogare posses, quomodo & qua de causa accidit quod res dura sæpius solvendo & congelando fit mollis, manens tamen instar olei, nec amplius congelare volens, quemadmodum nuper docuimus? Ad hoc sciet filius meus, quod nullam rem in oleum reducere possimus, quamdiu aliquas fœces penes se retinuerit, sive extra sive intra: Sed quando à fœcibus suis planè purgata fuerit, tunc sæpius solvendo & congelando in oleū reducere possumus. Etenim quoniā sæpius in aquam ducitur & corpore suo exuitur, nec nō singulis vicibus in corpus iterum redigitur,

digitur, tandem ita subtilis & agilis fit, ut seipsam corpore planè exuat, & adeò se subtilem efficiat, ut in vitro etiam fortissimo vix retineri posset diuturnitate siquidem illud penetraret, quemadmodum oleum corium penetrare solet, quam libet fortis & spissus etiam fundus vitri sit, propter ipsius nimium subtilitatem. Atque ita ex prælectis audivisti mi fili, quomodo res dura in oleum redigi possit.

Cap. 42.

SEd ut redeamus ad opus nostrum, recipe ☉. eo modo ut diximus cementatum, & fac ut fabricentur ex illo folia ad instar eorum quibus pictores utuntur ad rem aliquã deaurandam. Illa porrô folia super lapide benè polito, quo pictores colores præparare solent, cõterere debes adhibito melle elignato, aut gummi arabico in aqua pura soluto, eaq; tamdiu conteres, donec fiant instar coloris qui ad pingendum aut scribendũ literas accommodatus est, quo facto abluc mel vel gummi arabicum aquâ destillatâ & mitte aurum quod remanet in scyphum vitreum, aquam calidam destillatam superfunde, id benè circumagitando vacillo quodam mundo, Illique tantum temporis spatium permittendo ut aurum iterum subsidere possit, quo facto defunde aquam supra

natantem & superfunde aliam aquâ destillatam, illamque rursus benè circumagitando in fundum mergere sine, & aquam iterû defunnde. Idque fac toties quo vsque aqua defluat clara, sicuti erat cum illam infunderas. Tunc enim sat erit: Et quod remansit super cinerem calidum ponendo, illud exsicca, & habebis pulverem valdè subtilem, eum pone in fornace reverberatoria, in qua vitra conficiuntur, reverberandum per viginti quinq; aut viginti sex dies, aut tam diu donec ☉. tuum extumescit & fungosum fit, instar spongiæ; Caue tamen ne calor ignis sit adeò fortis quo liquescat sed solum modo ignitum aut candens maneat; Aut si mavis potes ☉. tuum solvere in aqua forti, & superfundere aquam puram destillatam, atque ita per dimidiam horam in vitro ponere ebulliendum, postea illi permittere tantum temporis spacium ut ☉. tuum ad fundum delabatur. Porrò aquam illam lentê defunde, atque aquam communem rursus superfunde, fac ut ebulliat, & iterum permitte illi tantum spacium ut subsidere possit; Defunde iterum aquam & fac ut antea per tres aut quatuor vices, & tam diu donec ☉. tuum benè ablutum sit aqua forti quæ confecta esse debet ex sale nitri vel petroso & sale armoniaco: & quando pulvis tuus ita fuerit abluitus pone reverberandum. Cum vero, pulvis

iste

iſte in aqua forti ſolutus ponitur in fornace, non tam facile liqueſcit quam pulvis qui ſuper lapide eſt contritus, & facile dies decem hac ratione lucrari poſſumus in reverberando: Et tamen vtrumque æquê eſt bonum. Itaq; utrolibet, modo pro libitu facere potes, cumquæ jam pulvis ſpongiæ inſtar extumeſcit tunc ſatis eſt reverberatus. Illum tum exime, & recipe acetum Vini bene deſtillatum, & ingere pulverē in vitrum cujus orificium ſit amplum & benè politum, deinde fac ut præparetur vitrum planum rotundum, benè politum, & orificio illi aptè accōmodatum, quo facto affunde pulveri acetum vini ita ut duæ partes vitri aceto ſint repletæ, id benè circumagito, & impone fornaci in teſta cinere repleta, & orificio illius vitri cooperto prædicto vitro plano atque rotundo, da illi calorem ignis ad inſtar caloris ſolis, ſingulis diebus illud circumagitando per tres aut quatuor vices, & ſingulis vicibus prædictum operculum aut vitrum planū rotundum ſuper orificium vitri reponendo; Ita pulvis tuus paulatim in aceto ſolvetur, ut acetū admodum belle flaveſcat, & quando flavum eſt aquam de pulvere defunde in vitrum mundum illudque obſtrue & ſepone, aliud acetum ſuper infundendo illudque benè circumagitando & rurſus fornace imponendo, fac ut antea, vſque quo acetum ite-

rum flavo colore fuerit tinctum. Tum priori illi aceto antea diffuso illudipsum affundere debes, adhuc aliud recens acetum pulveri super fundēdo, & simili modo ut antea procedendo, donec acetum nullum amplius attrahat colorem, tū defunde id quod in fundo remansit, illudque in cineribus calidis exsicca: atque iterum pone reverberandū per octo aut novem dies, ut supra. Tum exime & rursus in vitrum immitte, acetum destillatum superinfunde, illud benè circumagitando, & superfornacem ponendo, fac simili modo ut antea, usque quo acetum flauescat, quo facto mitte illud ad primum acetum coloratum & defusum, aliudque acetum de novo superfunde, pone super fornacem, & fac ut antea, donec acetum non amplius attrahat colorē. Et si adhuc aliquid remansit, quod opere prætium putas, iterum reverberandum repone, procedendo omni modo ut jam monstratum fuit, donec pulvis penitus sit solutus. Remanebunt quædam fœces, etenim involauit cinis, ex fornace, & sol ipse intrinsecus quasdam fœces habet, adeò ut fieri nō possit, quin aliqua fœces remaneāt. Quod si tibi operæ prætium esse videbitur, ut iterum imponatur, fac omninò ut antea, si non videbitur consultum, relinque. Nihilominus tū fœces illas custodire oportet, ut si quid residuum mansisset, id elicere possis.

Inte-

Interim mi fili, omne acetum coloratum, recipe, atque illud in vas vitreum apertum mitte & pone congelandum super cinerem calidum, & remanebit puluis flavus: Illum primum solue iterum in aqua communi, deinceps in aceto, & iterum congela, quo facto solve rursus in aqua communi. Accidit quidem vt adhuc aliquid fœciũ remaneat, quod est de internis fœcibus ⊙. parum habẽs momenti, prioribus tamen fœcibus omnino accumulandũ; Idq; iterũ congela super cinerẽ calidũ, ut fiat pulvis, sed caueas ne nimis fiat calidus, alioqui enim coagularetur: (pulvis enim liquefieri potest) & liquescere instar cerę. Et postquã ita fuerit congelatus rursus solue in aqua communi, ut antea, solutũ penitus defunde; Et si quid fœcium remaneat in fundo, fœces intrinsecæ sunt quas etiam ad cęteras fœces mittere, & ipsum rursus cõgelare debes. Hunc modum solvendi & cõgelandi toties repetendo, donec nullas amplius fœces in fundo inveneris; Tunc enim satis erit. Et quando vltima vice congelatum fuit; Recipe laminam vitri vel marmoream, ad hũc finem præparatam & pulverem super illam hinc inde dispergе, mitte in cellam humidam & suppone illi vitrũ & totus solvetur in aquã, quod si iterũ cõgelaris super cinerẽ calidũ, vt fiat pulvis, præparat' erit ut cõjungatur cũ oleo ex lapide vegetabili cõfecto.

Cap. 43.

PProximum nunc erit te erudire qua ratione oleum vegetabile cum prędicto pulvere solis sit conjungendum, ita ut ambo composita vnũ quasi oleum fiant. Ad quod perficiendum, recipe oleum vegetabile, illudque pone in iusta trutina, & tantundem ponderis etiam sume de pulvere ☉. Deinde diuide istam quantitatem pulveris solis in tres acervos, quo facto mitte oleum in vase vitreo super ignem, & da illi calorem nativũ ad instar caloris solis media æstate lucentis. Tum in oleum illud conijce vnum de tribus illis acervis pulveris ☉, & circũvolve bacillo benè mũdo, ut cum oleo optimè commiscea-tur, detinens illam commixtionem in æquali calore per septem aut octo dies. Quo spacio elapso mitte in oleum secundum acervum pulveris solis, illumque bacillo benè mundò commisce oleo, & materiam commixtam iterum spacio septem aut octo dierum detine in æquali calore; Tandem mitte in oleum tertium acervũ pulveris solis, fac ut antea, & detine adhuc per septẽ aut octo dies in æquali calore, quo peracto ad summã perfectionẽ redactum erit, medicina quæ potis est ☿. congelare in aurum, & si tenuem laminam

C immittas in hoc oleũ, mutabitur in

Amplius si sumis centũ partes ☿. sublimati, sublimati inquam per decem

aut

aut duodecim vices, & quidem per ☿. & ☿—. Et iterũ ſublimati vſque quo nullas amplius fœces poſit ſe relinquat, infuſa tandem una parte prædicti olei, in illas centum partes, ℥. ſublimati, atque ita ſimul miſſis iſtis partibus compoſitis in ovum, & deinde in fornacem ſecretum, per quadraginta dies & noctes, profectò totũ in medicinam convertetur. Age igitur, mi fili, gratias Deo quas potes maximas, & expecta de hoc plura, ubi de lapide minerali verba facturi ſumus.

Cap. 44.

ECce mi fili, jam te erudivi de prima parte huius operis; Nimirum de lapide vegetabili; Et quando aliquid operari velis ubi aër primũ tranſit vt pote in melle & fructibus arborum, aut in tritico aut alijs granis, adeoque in omnibus ubi aër primum tranſit, eodem modo procedere debes ut in præcedentibus dictum eſt; ſi alio modo procedis errabis & oleum & operam perdes; Fraus tibi pro labore pretium erit, & Lapidem Vegetabilem non invenies. Sciat filius meus varios eſſe modos comparandi lapidem Vegetabilem, nimirum ex herbis, arboribus, folijs, radicibus, ſeminibus, lignis, & alijs ſpeciebus, quæ omnia numerantur inter res Vegetabiles, & ſingula ad Lapidem redigi poſſunt.

possunt. Id verò duplici efficitur viâ, quarum primam hîc te edocui, estque illa ubi aër primum transit; In qua sequi oportet operationem quam in hoc libro tradidimus, generaliter inquam, in omni lapide Vegetabili ubi aër primum transit.

Deo soli gloria.

Operum Mineralium M. IOANNIS ISAACI Hollandi, siue de Lapide Philosophico, *Liber primus.*

NVNC Filium meum docere volo primum modum in Alchymia inuctum, omnia metalla quæ mortua & impura sunt, ad verum Solem & Lunam reducendi: scietq; filius meus hanc rationem in Alchymia primum ordinem vocari, quia prima est quæ in rerum natura inuenta fuit, ad imperfecta metalla perficienda.

Opus primi ordinis.

Cap. 1.



PRIMVM recipe Saturni ℔. 12. eum in cineres mouendo redige in oblongo vase luteo, ita vt exiguo cribro transmittere possis: tum ablue prædictos cineres Saturni, aqua munda pura, donec aqua pura defluat: quo facto exsicca tuum Saturnum igni

1 In opere primi ordinis Saturnum sumēdum docet, ac quomodo is parandus.

pusillo donec puluereſcat. Deinde ſumito ſal populare ſiue non decoctum; proijce in aquam frigidam, ac quicquid in aqua frigida reſolui nequit, abijcito, prorſus enim inutile: Sal verò reſolutum in eam ſiccitatem congela, vt puluereſcat. Accipito tum partem illius ſalis & Saturni tantundem, ſimulque ſuper lapide cum acri aceto ex vino confecto conterito: tum lento igni ſiccato vt pulvereſcat: Deinde in vas calcinatorium luteum ita coctum vt ignem ferre poſſit, immittito, factum in hunc modum.

Salis pars 1. & Saturni ana.



Lutabis id forti operculo, poneſque in fornace calcinatoria calcinandum per dies noctesq; 12. ſineſque hoc pacto modicè candere, ita vt Sal non liqueſcat: vas verò adeò firmũ eſſe debet, vt prædicto 12. dierum ſpacio nec findatur, nec rumpatur: quibus exactis exime, ac ſalſedine ablutà, calcẽ moue, & identidẽ reſidere ſine, rurſuſq; ſuperinfunde, moue & ſine reſidere, donec aqua pura defluat, guſtumque ſalis non ampliùs retineat: tum calces tuas terendo ſuper lapide cum aqua munda tam tenues effice vt ijs penicillo pingi queat: tũ denuò laua calces aqua pura calida toties, donec aqua tua pura defluat; deinde exſiccabis in

Calcinandũ 12. dies & noctes.



sartagine ad lentũ ignem, donec in pulverẽ redigantur. Hoc facto calces in aceto destillato soluendas pones in cantharo lapideo mundo, aut vitreo: ac si non omninò resolvantur iterùm calcinandas pones cum sale, vt supra dictum est per tres dies, ac facito vt supra: quibus exactis iterùm solvendas pones in aceto, ac breui soluentur. Tum congela aut acetum decola, ac remanet tibi pulvis subtilis qui in aquam non resoluetur, tumque Saturnum tuum paratum habes.

Calcinandum vt prius 3 dies.

Saturnus paratus.

Cap. 2.

NVNC scies, mi fili, tibi sumendam esse Lunam Cupellatam puram, eamq; in laminas tenues, rediges, ac calcinabis cum sale communi præparato, vt supra, per tres dies, quibus exactis Sal aqua calida ablues, quodq; non est calcinatum denuò calcinandum, vt prius, pones, donec omninò in calces fuerit redactum, tum calces aqua communi calida lauabis, & à sale repurgabis, donec aqua pura defluat: tum exiccabis calces ac soluendas in aceto destillato pones, ac singulis octo diebus acetum effundes, recensque denuò infundes, donec omne solutum fuerit: ac si omne resolui nequeat, sale rursum calcinabis, vt supra, per diem ac noctem, salque elues, & calces exsiccabis, ac pones soluẽdas in aceto destillato, donec omninò solutæ fuerint: tum congelato, ac

ij. Sumendam Lunã, & quomodo paranda.

Singulis 8 diebus acetum recens infundendum.

Luna tua facilè ſoluetur in aqua communi deſtillata: ac ſi nõ omnis reſoluatur in aqua cõmuni deſtillata, ignefiant calces, vt prius dictum, & reſolue iterùm in aceto, ac denuò congela, ac facilè in aqua communi deſtillata ſoluetur, atque Luna tua parata erit.

Luna parata.

Cap. 3.

iij. Sumendum eſſe album lapidem, acquomodo is parandus.

TVM verò ſumes album lapidem tibi notum, eoque in ſubtilem puluerem conterendo redacto, recipe alumen per diem integrum calcinatum igni puſillo, vt tantummodo candeſcat, nec amplius: tum recipe Sal commune præparatum vt ſupra, etiam partem aluminis calcinati, contere ſimul cum aceto deſtillato in denſam pultem: tum in vas ſublimatorium infrà latum impone, alembico magno & amplo ſuperimpoſito, luta receptaculnm ad roſtrum, eiq; exiguum ignem adde, vt humiditas abſumatur, qua deſtillata ſublimabitur in alẽbico ſubtiliſſimus ſpiritus cõbuſtibilis: quod cùm videbis ignem minues, tamque exiguum efficies, vt ſoli media æſtate lucenti, calore ſit ſimilis, ac tamdiu in eo calore retinebis, donec certus eris nullam humiditatẽ ampliùs ſupereſſe: tum ignem inſigniter minues: humiditate enim deſtillata, & ſubtili ſpiritu deſtillante, niſi ignem minueres, ſubtiles illi ſpiritus vnâ cum aqua deſtillarent in receptaculũ: idcirco per diem vnum

Vas ſublimatorium infra latum.

Ignis minuendus cùm ſpiritus combuſtibilis ſublimatur.

ad

ad pusillum ignem habeto, donec certus eris nullam humiditatem restare: tumq; augeatur ignis per gradus, ita vt validè sublimare incipias, sublimaque ad horas 24. igni mediocriter vehementi, ita vt materia vnâ cum olla sublimatoria infra candeat ad horas 2. tùm finito vt frigescat, & alembico sublato, exime id quod sublimatum est: fæces remoue; an verò nihil præter fæces remanserit super carbone ardente, aut lamina ærea aut ferrea candente probabis.

Cap. 4.

TVM denuò sublimabis id quod semel sublimatum est, per materiã recentem, facies verò modis omnibus vt suprà: istamque sublimationem tertiò iterabis, semper per materiam recentem: postremò sublimabis per se, 1. sine vlla alia materia, donec nihil amplius remaneat: tum lapis purus est. Primùm enim ab omni suo sulphure combustibili repurgatus est, ità vt non amplius sit igni consumptibilis: est etiam perpurgatus à sua terrestritate quæ ingressum prohibebat: nam terrestritas illa & sulphur combustibile vtraque cum fæcibus relictæ sunt. Sulphur combustibile urebat priùs corpus eius cum igni admoueretur, ac terrestritas ingressum prohibebat, vt in metalla ingredi nequiret: ab his duobus iam separatus & liber est, vti dictum.

Cap. 5.

IAM etiam sciet filius meus lapidē istum adhuc materiam in se habere, quæ fixationem eius adimit : quamdiu enim materiam eam in se habet, nō poterit hic lapis vllo tempore fixari. Et in hoc multi decipiuntur qui hanc materiam non nouere. Quærat verò filius meus quæ sit ista materia? Habeat itaque filius meus pro magno arcano, huic lapidi tam albo quā rubro, inesse quendam spiritum subtilissimum tam fugacem ac subtilem, vt lapis nunquam fixari posset, quamvis vel 1000. annos in igni esset: cùm enim fixabitur siue cum fermēto, siue cum aliquo corpore, tam pusillus ei ignis adhibendus erit, vt nihil prorsus sursum sublimetur, alioqui fixum non fiet cum fermento aut corpore, atque ita denuò identidem agglutinandum esset, quomodo vllo tempore id fixari queat? Habet verò lapis iste subtiles illos spiritus quorum nihil ascendere potest. Itaque subtilis spiritus à lapide separandus est, sicuti rudis illa terrestritas, siue materia terrea ingressum prohibens. Ita 2 istæ materiæ à lapide separandæ erunt, antequam lapis cum vllo fermento aut corpore fixari possit.

Lapidi insunt spiritus quidā subtiles.

Medius spiritus est sumendus aut materia quæ semper medio loco reperitur, estque is spiritus quem quærimus qui est inter fixum

&

& nõ fixum. Nam si eam materiã crucibulo vitreo indideris, ipsa prius liquescet quam evolare incipiat: nec citò volabit, sed ad modum ceræ purè ac sensim ab igni ascendentis. Ita materia lapidis temperata est inter fixum & non fixum, cùm ei adempta est eius superfluitas. 1. primùm Sulphur combustibile, deinde eius terrestritas ingressum prohibens aut adimens, eiusq; subtiles spiritus cõbustibiles fixationem lapidi tollentes. Et in hoc errant omnes Alchymistæ, eò quod lapidem non nouerunt neq; naturam eius, ac superfluitatem ei non adimunt: hoc est, quia superflua eius non tollunt, nec possunt temperata inter fixum ac non fixum servare: estque hoc maximum in hac arte secretum. Quocirca disce lapidem, eiusque naturam nosse, & non errabis.

Lapis partim fixꝰ est, partim non fixus.

Lapis à 3. superfluitatibus mundificandus est, videlicet, à Sulphure combustibili, à terrestritate ingressum prohibente, & à spiritu subtili fixationem impediente.

Superflua à lapide remouẽda, temperata autem in eo seruanda sunt.

Cap. 6.

NVNC sumet filius meus lapidem cum simul omnis ascendit, ita vt nihil remaneat, ac ollæ vitreæ aut lapideæ indet, & alembico superaddito, ponet super fornace sublimationis, receptaculo ad rostrũ probè lutato, perpusillum ignem addet, paulò calidiorem quam Sol æstate media, eumq; calorem seruabit ad horas 10. deinde augeatur ignis paulatim modicè per gradus ad horas 12. post augebis adhuc ignem insigniter per gradus ad horas 12. ita vt olla ferè in fundo

Quomodo spiritus subtilissimus à medio separetur.

candeat, ita tamen vt vix percipiatur vtrum fundus candeat nec-ne, sicq; retine per horam vnam aut duas in eo calore: tum sinas frigefieri: ac tum ablato alembico, subtilis spiritus ascenderit in superiorem partem alembici, aut circa marginē eiusdem: hunc deme subtiliter, estq; spiritus iste ad nullam rem vtilis, præterquam ad corrodendum in ferro aut chalybe, &c. Et materia lapidis quæ omnibus naturis assimilatur, est & in medio, ad collum ollæ sublimata non tam altè ascendit, quam subtiles illi spiritus combustibiles. Nam materia lapidis non potest, neque valet ad eam altitudinem ascendere, ad quam spiritus ille subtilis ascendit: habet enim materia lapidis aliquas partes fixas in sua natura, quæ volatiles illas partes retinēt, vt tam altè ascendere nequeant, quam subtiles illi intemperati spiritus, quibus nullæ partes fixæ sunt permistæ. Nobilem verò materiam lapidis exime ac serua, est enim verus ille lapis quem nobis Deus omnipotens gratis donauit, estque ad opus nostrum paratus: est enim in omnibus suis æqualis ad operandum, idque in omnibus operibus Philosophorum. Pone enim lapidem istum in crucibulo vitreo ad ignem, liquescet ad modum ceræ, prius quam sit ascensurus, tumque sensim ascendet, vt cera, aut aliud quippiam quod per ignem ascendit: idque effici-

efficiunt partes eius fixæ quas in se habet, hæ retinent apud se partes illas volatiles, adeò vt cum ipso liquescere debeant, antequam ascendant: atque ita ascendunt etiam partes illæ fixæ interdum vnâ: partes enim volatiles lapidis sunt maiores quam fixæ, idcircò partes volatiles partim secum attollunt partes fixas vi ignis. Scito hoc, mi fili, notitiam huius lapidis opus tuum ad exitum felicem perducturâ, ope Dei Optimi Maximi, ignorantia verò lapidis multos errores parit.

Cap. 7.

TENEBIS item nunc, mi fili, te imprum corpus tibi præparasse. 1. Saturnum, & animam. 1. Lunam, quam ei infundes aut indes, & lapidem qui spiritus est, qui animam & corpus cõtinet, vt nullo vnquam tempore separentur: quique hoc medium non intelligit, is nullo vnquam tempore in arte nostra quicquam proferet.

Cap. 8.

SCIES prætereà fili mi tibi sumendas 10. ℔. Saturni præparati ac ℔. 1. Lunæ præparatæ quæ efficiunt 11. ℔. simul, tum sumes pro 12. de spiritu tuo præparato, ac probè simul miscebis, tũ teres super lapide cum aqua communi, ita vt pictor penicillo pingere ea materia possit, tum humiditatem evapo-

Quomodo materiæ præparatæ sint miscendæ.



evapora super balneo, donec puluereſcat, tumq; pone in ampla olla vitrea aut lapidea facta in hunc modum, ollam verò ſuper æquali lapide levigabis, eiq́ue operculum etiam levigatum impones, eiq́ue pondere plumbeo ſuperimpoſito, in fornace Philoſophorum collocabis, in teſta cum cineribus, tribus concavitatibus fornaci ſuperimpoſitis, ita vt tam ſupernè quam infernè calorem recipiat: ac quicquid agas exiguum ignem adde primùm ad ſex hebdomadas, quibus exactis ignem gradatim augebis, donec magnum ignem ferre poſſit, idq́ue ſæpius proba eximendo parum laminæ impoſitũ, vt videas num fixum ſit: ſi nondum eſt fixum ſtare ſinito, cumq́ue fixum evaſiſſe vides, exime drachmam, indo crucibulo vitreo, igniq́; imponito, ſinaſq́ue candere 4 partem horæ, tum verò ſinas frigefieri, ac appendas, vt videas an pondus tuum habeas, ſi non habes, iterùm impone donec fixum fiat. Tum habes bonam Lunam in omnibus probis, eaq́; Luna exiguo labore ad bonum Solem reduci poſſet. Atq; hoc modo Iupiter ad Lunam reducitur, vt hic de Saturno traditum, & ſi ponas Solem fermenti loco, fies Sol ex Saturno: ſed in opere Iouis nihil præter Lunam efficere poſſis. Eſtq́ue hic liber primi ordinis de Ioue &

Satur-

Saturno ad Lunam & Solem reducendis: si verò Saturnum ad Solem voles reducere, lapis ruber erit præparãdus, sicuti de albo traditum est, sumendusq; Sol in suo esse, saltem vt in calces redigatur.

Opus secundi ordinis.

Cap. 9.

IAM tenebit filius meus esse præterea aliud opus secundi ordinis, idque est ad medicinam parandam in metalla mundificata proijciendam, quæ iam viuificata sunt.

Primùm para Saturnũ sicuti à me edoctus es, ac deinde tuum fermentum vt vicissim te docui in opere primi ordinis, lapidemq; itidem præpara vt edoctus es. Tum sume 4 partes, fermenti, 2 partes tui spiritus præparati, cætere subtiliter super lapide duro cum aqua communi destillata, ita vt penicillo ijs pingi queat: quo facto iterum siccabis in vase vitreo in quo operari vis, aut super balneo, pelvi cum arena superimposita in phialam vitream immissum: exsiccabis verò donec puluerescat: deinde in tale vitrũ immittes, in superiore parte leuigatum super æquali lapide, vitreo leuigato operculo impositio, cui pondus plumbi superimpones, ac in for-

Prædictis materijs quomodo vtendum.



nace

nace secreta collocabis, in cuius superiore & inferiore parte æqualis sit calor. Adhibebis verò initio ignem pusillum continuè ad 12. dies & noctes lampade, deinde ignem augebis paululum per gradus, provt ignem aut calorem posse ferre videris. Id verò hoc modo perspicere aut animadvertere poteris. Sume aliquantulũ tuæ materiæ instrumento argenteo, laminæque argenteæ impone, qua carbonibus ardentibus superimposita: sines interdum calorem magis magisq; augeri: tum facilè videbis quam calidum possis efficere: materiam autem quam ex vitro sumes pondera prius quam laminæ imponas, cùmque eam à lamina removes, rursum pondera, si fortè quid impuri abierit: ita nosse poteris numquid sis perditurus nec ne, & secundum id ignem augere poteris: ac quicquid agas nunquã ignem augeas, quin prius aliquid eximas, ponderes, ac laminæ argenteæ imponas, vti prius dictum est: & quin videas quem calorem ferre possit, antequam ascendat: ita facilè in igni errare non poteris, estque hoc secretum tam magnum quàm est in arte. Nam si tantum adderes ignem vt sublimaret, aut spiritus exiret ex fermento, ac supra fermentum sese locaret, quamuis sursum non sublimaret, rursum tibi eximendũ esset, ac denuò conterendum: quomodo enim lapis vnâ cum fer-

fermento fixari posset, cum sibi inuicē permista non essent, id omninò foret impossibile. Itaque nihil aliud hîc nobis curandum est, quam vt ignem ita regamus, ne spiritus è fermento sublimet, néue exeat, ac sese supra fermentum locet, aut prætereà ne supernè talem illi adhibeas caloré, vt spiritus per fermentum exeat, infraque in fundo vitri sese reponat. Itaque hoc pacto ignis regendus, vt in superiore ac inferiore parte fornacis sit æqualis calor. Valdè fallereris si maiorem in superiore quam in inferiore parte fornacis calorem excitares, ita vt spiritus per fermentum infra subsideret, & tum inde aliquid ad probandum sumeres. Quocirca fac, vt suprà edoctus es, videlicet vt probes & ponderes: nam si eximeres & probares, non autem pōderares: cùm de tuo fermento sumeres ex quo spiritus esset sublimatus infra supráue, plenum pondus reperires: tum fixum esse reputares, verùm fallereris: Spiritus enim infra in fundo iaceret, & fermentum super Spiritum, nihilque probasses aliud quam solum fermentum. Quare accuratè prospice vti ignem ita regas, vt calor infrà & suprà, & in lateribus sit æquè magnus: & quicquid agas potius minorē quam maiorem ignem adhibeas: ita falli non poteris, ac tametsi tempore multò longiore opus erit antequam fixabitur, tamen multò certius

Præstat errare in paucitate quam in vehementia ignis.

tius est. Itaque sapias, mi fili, tibique in igne struendo caueas, ne de integro iterum tibi sit incipiendum, perinde ac si igni admotum nõ fuisset. In tota enim arte nihil magis hac fixatione curãdum est. Spiritus enim ac fermentum coniuncta & coadunata manere debent, si alioqui tandem fixarentur. Nam quomodo duo vnum fierent, cùm vnum alteri se substrahit; cumque à se inuicem separantur? Itaque, mi fili, prudenter vide, vt ignem tuum ita modereris, ne spiritum, animam & corpus à se inuicem fuges igni vehementiore, sed semper exiguũ ignem strue, vt coniuncta maneant, vt anima & corpus vtraque vnum esse possint. Hanc lectionem sæpius relege, animoque imprime; ignis enim negligentia multa opera perdũtur: nam orationis dominicæ spatio fit vt ignis negligatur, ita vt rursum de integro sit incipiendum. Item nunc, fili mi, aliquoties aliquid eximes, vt prædictum est, ac dispicies quem calorem ferre possit; addesq; talem calorem per gradus donec fixum sit, ac flammam ferre possit eo temporis spacio, quo decies aut duodecies oratio dominica recitari posset: tum si nihil in pondere amittis, fixum est, ac tum illi adhuc quintam partem spirituũ appone, hoc est, evacua vitrum, materiamque tuam pondera, ac sume pro 4 partibus materiæ vnam partem spiritus, quæ efficiunt simul

Nota, orationis dominicæ spatio ignem posse negligi, ita vt ab integro incipiendum sit: quare ista sæpius relegenda & reuinenda.

mul 5 partes: tum optimè miscebis inter se, super lapide conterens, vti antea doctum est: quo facto siccabis rursumque suo vitro indes, iterumque impones, vt prius, ignemque vt prius, admouebis, &c. Ac vbi denuò fixum fuerit, sume iterum quintam partem spirituum, vt prius, pro 4 partibus materiæ, impone vt prius, hocq; tandiu facito, donec materia liquescat instar ceræ. Id verò hoc pacto probabis. ℞. æs mundificatum, radas atque bellè polias, ei paululum tuæ materiæ impone, ignique siue carbonibus immitte, si materia liquescit, ac seipsam diffundit super lamina candente, locusque vbi materia iacet albus est, medicina tua secundi ordinis perfecta est. Age gratias Deo, &c.

Proba perfectionis.

Proiectio.

Cap. 10.

SVMES item, mi Fili, Veneré puram mundificatam, eiusq; 4 partes liquefacies super vna parte Lunæ, cumq; liquitur ac optimè fluit, injice dimidiã partẽ tuæ medicinæ, sinaq; simul fluere octauam partem horæ, tum restingue, effunde, habesq; bonam Lunam in omnibus probis: siq; nimiũ tuæ medicinæ inieceris, tota massa frangibilis erit, itaq; liquefacito, vt prius, adde plus Veneris, facitoq; id tandiu, donec massa tua malleabilis est, tum habes verã mẽsurã virtutemq;

tuæ

tuæ medicinæ, sicque in omni medicina probandum est.

Tertium opus Medicinæ 3. ordinis.

Cap. 11.

Differimen operis secundi & tertij ordinis.

SCIES item nunc, fili mi, esse præterea aliud opus aut medicinam, estque opus tertij ordinis: nulla autem est differentia inter opus secundi & tertij ordinis, quàm ea sola, quod tertium subtiliùs & fortiùs paratur, secundusque ordo, nullam facit proiectionem præterquã in metalla mundificata, sed tertius proiectionem facit in metalla impura. Vnde *Alanus* Philosophus ait: *Nostra medicina rubiginem metallis demit, æternamq; tincturam dat, quam in æternum servant.*

Cap. 12.

SCIES verò deinceps, mi fili, hoc secretum. Cum voles parare medicinam tertij ordinis, facies modis omnibus vt in 2. doctum est, præterquam quod cùm spiritus cum fermento fixus est; ipsumque inflammaueris per octauam partem horæ, ac in tuo pondere nihil amittis, certusque es tuum spiritum cum fermento fixum esse, eximemateriam ex vase, ac calcinandam pone in fornace Sapiẽtum in qua calcinatur, in vase patente, aut in fornace in qua spiritus calci-

nantur,

nantur, qui cùm resolui nequeunt, calcinándi sunt in fornace ad eam rem constructa, in qua plus caloris in superiore quàm in inferiore parte sit. Spiritus enim quos dissoluere velimus, in vase patente calcinandi sunt, ac in tali fornace hæc materia calcinãda est: tum verò hanc materiam sumes ex vase vitreo, ac immittes in vas vitreum latum ac planum ad modùm planæ sartaginis luteæ sine manubrio factum plano fundo, huic materiam tuam indes mensuram pollicis densam aut paulò amplius, fornaciq́ue impone, primùm ignem pusillum addendo, & paulatim maiorem, ita vt materia sit inter candere & non candere: atque hoc pacto ad ignem relinque per 4 dies & noctes: quibus exactis exime, ac pone soluendam cum aceto destillato, in balneo, & quoq; triduo acetum effunde, ac semper denuò acetũ recens infunde, singulis diebus ter quaterve misce: ac si quid esset quod in aceto solvi nollet, id ipsum rursum calcinabis, vt supra, continuè per horas 24, tum eximes, iterumq́ue dissoluendum pones in aceto destillato, vt supra, idq́ue facito tandiu, donec omne solutũ fuerit: quo facto iterum congelabis vt puluerescat, rursusq́; calcinandum pones ad horas 21 ad Spiritum ab acetꝰ repellendum. Tum exemptam materiam tuam appendes quã grauis sit. His sic se habentibus sumes

quintam partem ſpiritus ad tuam materiam fixam, videlicet 4 partes materiæ fixæ, vnãque ſpiritus, miſcebis, ac probè inter ſe conteres, vti in opere ſecundi ordinis traditum eſt, ſuper balneo ſiccabis, iterumque impones vt vnum fiat cum alio fixatum, vt in opere ſecundi ordinis doctum eſt. Cumque iterum fixum eſt, rurſum calcinandum pone, túmque iterum diſſoluendum & congelandum, ac tum rurſus calcinandum, ad ſpiritum aceti extrahendum, tumque iterum commiſcendum cum ſpiritu, atque denuò tum fixandum tandiu donec tua materia nõ ſeſe amplius calcinari ſinat, ſed liqueſcat inſtar ceræ, tum medicina tua tertij ordinis perfecta erit. Age gratias Deo, tuámq; fac proiectionem in metalla imperfecta animã habentia.

Ad Lapidem ex Luna ſola parandum.

DEINCEPS, mi Fili, docere te volo compoſitionem Lapidis Veterum, ac primùm quomodo ad eam perNatura eorum omniũ cognoſcenda eſt, quę ſub circulo Lunari exiſtunt.

venies. Studebis autem, mi fili, in hac arte ſedulò, & acuta mente comprehendes veterum dicta, debeſque etiam diſcere naturam omnium rerum, & quomodo in rebus omnibus operetur, ac præcipuè quicquid circulo

culo Lunari subiacet, cursumque eius: & quando Luna primum cursum in Orbe cœperit, & vnde. Præterea tibi tenendum, vnde metalla in fodinis suam originem ducãt, vndè primùm crescant & augeantur, & quomodo, & ad quid natura metallorum reduci amet, sëque reduxisset, ni natura fuisset impedita per res alias, vt id perficere nequiuerit. Resque impedimenti nosse debes, scire etiam (si alioqui operarius in arte esse vis) quibus in operibus naturam non imitabere, aut in quibus eam imitari debes. Idque tibi dico sciendum esse, aut tibi opus aggrediendum non suadeo. Quiq; hoc ignorant, procul ab arte absunt, sine fundamento aut radice cui cogitata aut sensa animi eorum possint inniti: ac ob id nesciunt rectè an secus faciant. Nisi verò essentiam & naturam eorum noris, principium, augmentationem ac defectus, quare natura eò pervenire non possit, ac si interiora eorũ non noveris, nihil in arte nostra efficies. Quare sedulò studeantequam ad opus accedas, sique æger aut infirma valetudine sis, ne incipias, opus enim vbi semel inceptũ fuerit, intermitti minimè potest. Etiam acumine ingenij præstare debes, nam subtiliter hîc est operandum. Qui præterea huic operi manus admouere vult, nihil aliud exercere potest: ex auaritia item minimè istud aggrediendum est;

finem enim expectare non potes, semper enim auari de lucro cogitant : siqué pauper fueris etiam persequi non poteris, ars enim ista inimica pauperibus, sumptus magnus est, opusque pauca materia fieri nequit, tempusque longum est, ac nisi te tantis opibus instructum esse noris, vt in duos annos, sumptus, vasa, vitra aliaque vtensilia parare possis tibi & socijs, ne cœperis, opus enim solus exequi non potes : atque itidé multùm materiæ tibi habendum est ex qua opus tuum conficias : nam vt id perficias, ad minimum 3 ℔ materiæ habere debes, ac ab initio paratam, vt si quid tibi in opere desit, satis materiæ tibi esse possit, ad opus corrigendum. Nunc, mi fili, cùm te his rebus prædictis probè instructum sentis, ac te ipsum idoneum ad opus nostrum faciendum, ipsumque ad finem perducendum, ita vt nihil desit, vti prædictum, ac notitiam omnium rerum habes, metallorumque naturam nosti, cognoscenda etiam materia est, ex qua opus hoc præstantissimum fieri debeat.

Ars chymica, inimica pauperibus.

Cap. 14.

NOSTI præterea ex *Mercurio* & sulphure omnia metalla crescere mixtione eorundem, tam munda quam immunda, constat etiam ex nulla alia re in rerum natura metalla gigni posse quam ex his duabus. Quare planum est in nostrum lapidem nullas

nullas res peregrinas ingredi, quæ ex his duabus originem primam non duxerint. Errant omnes qui lapidem præsumunt extrahere ex pilis, ouis, sanguine, animantibus, aut ex vllo 4 spirituum, & qui ex lotio, aut ex Mercurio, aut ex Sulphure, quæ corpora non fuere, suntque hæc omnia deliramenta & somnia hominũ naturam ignorantium. Alij amalgamant Solem, Lunam, & Mercurium purificatum, ponuntque ea coquenda, cùmque iam multò tempore coxerint, nanciscuntur rubrum puluere, vt lateritiũ, ac cùm iam probare cupiũt, an fixus sit Mercurius in fumum abit, secumque optimam partem corporis rapit, atque id quod fixum est remanet in materiam aridam quæ liquefieri nequit, adeò igni exiccatum est. Sunt & alij qui lapidem volunt elicere ex Sole & Luna, quasi putarent se posse extrahere Lapidem rubrum aut album ex his perfectis corporibus, quæ dura & solida sunt, quare id etiam nobis impossibile. Noster enim ignis naturalis hæc corpora minimè lædit, nihilque in ea posset, quamuis lapis inde educi posset: dura sunt & fixa, nihilque peregrinum ad nostrum lapidé addi potest, tantummodò ei detrahenda quæ in eo superflua sunt, ac ipse subtilis & plus quam subtilis efficiendus, atque ea sunt dura illa ac fixa corpora, quæ si reducerẽtur eò, vt lapis inde

Error multorũ Sophistarum lapidem extrahere cupientium.

elici posset, essent defixanda, ex ijsque spiritus efficiendi, si quid ex ijs produci queat: Ita planum fit, lapidem nostrum ex duris fixis corporibus extrahi non posse.

Quærat verò nunc filius meus, vnde Lapis noster sit extrahendus? Sciat autem filius meus, Sapientes quæsiuisse quiddam in Mineralibus in quo Mercurius purus putusque esset, ac Sulphur incombustibile, quod etiam purum mundumque esset: & vbi illa duo sic permista essent, quodq; pro sua proportione, & sic simul congelata, vt separari non possent, amboque volatilia & spiritualia essent: inde suum lapidem elicuerunt. Iamque tibi dico apertè nulla circuitione vsus, materiam ex qua lapidem fabricabis, & conficies, si quidem mente & ratione præditus es, vt verba mea & rationes capere, & intelligere possis, omniaque metalla nosti quæ in fodinis crescunt, ac naturam eorum: nosti iam materiam ex qua lapidem elicies, nosti etiam me tibi hîc manifestè materiam demonstrasse ac nominasse sub alijs verbis.

Cap. 15.

Vnam duntaxat esse rationem ad rubrũ & album lapidem.
* Aliàs, nõ esse nisi vnam materiam.

SCIET pro certo filius meus, * nõ esse plures vnâ rationes ad rubrum & album lapidem. Fuêre autem olim qui hunc lapidem elicere non possent quam ex duobus luminaribus, id est, ex prædicta materia, cũque iam lapidem eduxissent, efficiebant pri-

primum lapidem ad album, nullum fermẽtum album adhibentes, ac magno labore lapidem produxére: deinde efficiebant præterea eundem ad rubrum, nullo fermento rubro adhibito, magnoque labore produxere, longo tempore, magna subtilitate. Lapis enim ita effectus miram faciebat proiectionem & infinitam: Lapidem etiam aliter cõficere non nouerant, quam ex vtrâque materia ad rubrum & album sine vllo fermento: Itaque in suis secretis libris scripserunt, Lapidem confici nõ posse quam ex vtrâque illa materia, tam ad rubrum quam ad albũ. In quo verum scripsere: sed lapis ad rubrũ non potest confici, nisi fermentum addas, materiaque ad album adesse debet: Similiter lapis ad album extrahi non potest, nisi fermento adhibito, materiáque ad rubrum adesse debet. Hi fuêre primi qui materiã ad conficiendum lapidem invenere.

Cap. 16.

POSTEA autem alij Philosophi extitere qui penitiùs rem perspexêre, esse videlicet duplicem materiam à Deo creatam; vnã ad rubrum, alteram ad albũ, ac vlteriùs progressi, videre Deum 2 creasse lumina ad orbem illustrandum; vnum interdiu alterum noctu, quemadmodum oculis cernimus. Luna de nocte lucet vt Sol de die, alter sine alterius adminiculo. Dicunt præterea

Solem & Lunam vtraque interdiu lucere ita vt sese inuicem non impediant: verùm cùm vtraque lucerent, esse lumen clarius. Tum amplius quam primi cogitabant. Deus 2 materias largitus est, vnam ad rubrum, alteram ad album lapidem, sicuti interdiu Solem, ac noctu Lunam dedit, & vterque illustrat orbem sine ope alterius, illustrant etiam mundum cum ambo lucent, neuterque alterũ impedit. Ita rubram materiã solam sumebant, atque ex ea lapidẽ conflabant albæ adminiculo, sicuti in opere manifestò docebitur: deinde albam materiam sumebant, & ex ea lapidem eliciebant album, absque ope materiæ rubræ, aut sulphuris combustibilis. Verùm lapidi albo fermentum argenti puri dabant. Ita lapidis albi compositionem inuenerunt sine ope rubri, verùm fermentum argenti illi dare cogebantur: sed non tam subtilis est, neque talem facit proiectionem, qualem albus ille lapis, quem primi Philosophi producebant, qui ex vtraque illa materia fuerat extractus: verùm opus posterius multò minoris laboris est, temporis breuioris, sumptus minoris, nulliusque periculi. Ita scies mi fili, & intelliges confici posse lapidem album solum sine rubro, verùm fermentum argenti illi largiendum est. Ruber verò lapis sine adminiculo albi confici non potest, sicuti antè in præfatione doctum est:

hæc

hæc secreta memoriæ manda. Scies præterea, mi fili, multas esse sectas Philosophorũ, & vnaquæq; harum peculiares habuit operationes: omnes verò vnam sumpsere materiam ex qua lapidem conflarunt. Sunt breues & longæ viæ, verùm quò subtiliùs lapidem confeceris plusque mundificaueris, eò maiorem proiectionem est facturus. Alius Philosophorum reduxit ad 10, alius ad 20 atque ita deinceps altiùs prout benè operari, lapidemque suum ritè purgare nouerant: imò etiam ad 100000, &c. idque ex vna eademque materia.

Hoc pacto disces, mi fili, admodum subtiliter lapidem è materia extrahere, cumque ipsum eduxeris, magna diligentia purgabis, mundabisque magna subtilitate: tumque summa diligentia eum subtilem ac plus quã subtilem efficies, ac ita poteris ipsum perducere ad magnas vires. Nunc præfationem sæpius relege, vt hæc probè intelligas, prius quam ad opus accedas: néue instar insani ad magisterium artis nostræ decurras, verùm cordatè quodque ex ordine incipe: neque duo vel tria simul incipias, neque probes nunc hoc, nunc illud, sed constans in opere permaneas, neque animum alijs rebus applices, nec magnis nec parvis, nisi ijs solis quæ ad opus tuum pertinent: & interdum aliquid faciens libellum sume, in eoq; scri-

be quicquid agis, quantumuis opus sit exiguum, scribe itidem omnia signa, colores ac mutationes, tempusq; quo fiunt, caloremque quem adhibes.

Finis præfationis.

Cap. 17.

IAM filium meum opificium Philosophorum docere volo, hi multiplex habuere opificiũ, quisq; pro vt libebat, ac prout breviter aut diu operari voluere. Filius meus eligat opus tam breue aut longum quã velit, annus aut eò amplius insumetur, ita rationem tuam ineas: atque hoc opus pauca materia aggredi non potes: debes ad minimum 4 aut 5 ℔ habere materiæ, si alioqui opus sufficiens foret. Nam pauperum opus non est, nisi fortè lapis gratis à Deo concessus haberi posset, tum alij sumptus faciendi non essent, præterquã vasorum, carbonum, & alimenti, donec lapidem præparassemus. Ac duo lapides quos Deus gratis donauit in albo & rubro dimidia parte temporis tantũ opus habent, quam materia quæ sumenda erit, præparationum causa, & antequam ad sublimationẽ ventum sit, lapis gratis nobis donatus iam ferè ad fixationẽ perductus est. Lapidem verò cum aquirere non possimus, quia in locis illis non sumus vbi duo isti lapides crescunt: materiæ his lapidibus similes nobis sumendæ sunt, eiusq; naturæ, si alioqui

Opificium Philosophorum pergit docere.

qui opus nostrum præparare velimus, idque est magni sumptus, multiq; temporis. Itaq; Recipe minimùm 4 ℔ ad lapidem album, materiamque quam nosti, sique non nosti coram tibi dicã, dixi etiam tibi atque etiam scripsi in libro vegetabili, quem mihi remisisti. Si ergo exempli gratia breve opus ad album susc ipis, sume primùm & purga materiam in sua essentia existentem, ac tam puram effice quam potes: tumque resolue in eius aqua alba, cumque omne simul resolutũ fuerit, ita vt nullæ fæces in fundo reliquæ sint: alẽbico vitro tuo impositò super quo ipsum resoluisti, pone super fornace in quodã balneo, receptaculumq; ad rostrũ luta probè, ac luto sicco, igné sub balneo struè destilla sensim tepido balneo, ita vt commodè manum in eo tenere possis, destilla inquam, donec omnis materia tua exiccata fuerit, ac omnis humiditas exudarit, tum materiam resoluere poteris cum aqua tua alba, hoc modo: Sines vitrum tuum in balneo, sicuti est, eritque foramen supra in alembico cui infundibulum impones, ac per ipsum aquam tuam infundes, donec ad 3 aut 4 pollices aut latitudinem manus emineat, non eo corrumpere poteris, alembicum probè obtura suo vitro leuigato, destilla vt prius, cumque materia tua sicca est, rursus eam humecta, rursum destilla, idq; septies itera, tum

Quæ & quantum materiæ sumendum ad album lapidẽ.

Materia hæc purganda.

Soluenda in eius aqua alba.

Aqua alba balneo tepido destillãda à materia vsque ad siccitatem.

Hæc aqua denuò ad materiam affundẽda, & rursum materia soluẽda, ideoque opus est galea perforata, vt subito aqua effundi possit.

Id opus septies repetendum.

Post materia frigefacta, eximenda ex suo vase, & erit perfectè putrefacta.

tum sine vt frigescat & materiam exime, nã probè tota putrificata est, idque multò minori temporis spatio confici potest, quam si priùs putrefaceres, & tum destillares, iuxta vulgarem doctrinam Philosophorum. Istud æquè bonum est, imò melius.

Cap. 18.

Quid præterea faciendum.

HIs ita se habentibus, receptaculum magnum sumes, cui infundibulo vitreo superimposito, ac receptaculo, repones in testa cum cribratis cineribus, super fornace in qua ignis vehemens accendi possit: tum vitrum, cui inest materia tua, sume, superinfunde aquam communem destillatam, ac omnis 2 aut 3 horarũm spatio resolvetur in aquam liquidam: tum in magnum illud receptaculum infundes, quod est super fornace in testa cum cineribus, ac olla vitrea ex qua materiam euacuasti probè abluta, omnem materiam simul cõfundes in magnum receptaculum: tum habe 5 aut 6 quartarios aquæ destillatæ, eamque simul funde in magnum receptaculum super materiam solutam, donec 2 partes magni receptaculi impleantur. Quo facto, ignem fornaci subijce, eumque aliquoties auge per gradus, donec materia cũ aqua in vitro calefiat, ac vitrum suprà patere sinas, ita non rumpetur, ac relinquas hoc pacto ad ignẽ modicè bullire ad semihoram, ac deinde sponte refrigera-

Lapis hic in aqua communi destillata solvendus.

Solutio in amplo vase infũdenda, & addendæ 4 vel 5 mensuræ aquæ communis destillatæ. Et simul totũ super cineres leniter bulliendũ spatio semihoræ, ac post aqua frigefacta cum sua materia in vase relinquẽda erit per 3 dies integros. Ac tota materia resident in fundo.

gerari. His factis, relinque vitrum super fornace per 3 dies naturales, ac materia tua in fundo residebit; tum vitrum paululū in alteram partem inclina, laneumque funiculū inde 8 aut 10 fila spissum, suspende alteram extremitatem ex alio vitro infra aut iuxta fornacem locato, ac Philtra donec materia ferè sicca est, infunde rursus aquam cōmunem destillatam ac sinas bullire, faciens in omnibus vt priùs per 4 vices, eritque materia tua probè lota & repurgata à sua aqua alba: omnes verò aquas quas ad hunc modum eduxeris, seruabis vnamquamque separatim, & in balneum evapora, omnesque tuas aquas albas denuò accipies, eruntque tam bonæ quàm prius, serva in aliud tempus ad vsum, &c.

Inde per philtrationem & inclinationem tota aqua elicienda est, vt lapis omni careat acredine aquæ suæ solutiuæ.

Cap. 19.

ITEM evacua iam tuam materiam ex magno illo vitro, ac in 2 aut 3 amplas pateras vitreas mitte; pone super cineribus tepidis, exicca vt pulverescat, aut super pelui cum arena super balneo locata, ita nullos spiritus subtiles inuisibiles amittes.

Exiccatio lapidis per evaporationem.

Cap. 20.

ITEM præterea habe acre acetum destillatum ex vino, probè rectificatum, ita vt nihil remaneat, ac tuam materiā in magnum receptaculum immitte, pone in balneo, ei materiam inde, bona quantitate illius aceti de-

Solutio lapidis in aceto destillato per balneum tepidum.

destillati superinfusa. Tum vitrum tuum suprà operias vitro levigato, ignem strue sub balneo, calorem adde qualis est sanguinis humani aut vrinæ. Sed ne sinas aquam balnei magis fervere, retineas hoc pacto die ac nocte in eo calore, ac tua materia aliquoties

Signum solutionis color cæruleus in aceto

resolvetur: Id verò hoc pacto noſces, cùm acetum erit colore cæruleo tendente ad viridem, is primus color est qui se in opere ostēdit, id signum scribe, bonum enim est signum, quod videlicet materia tua probè sit putrefacta ac mortua in putrefactione in sua aqua alba, & quod omninò mortua sit, quodque nullo vnquam tempore in corpus redigetur, estque bonum signum. Nam simul atque in opere vlli colores apparēt, certi sumus noſtram materiam mortificatam esse, eiusque interius extra tendere, putrefactionemque bonam fuisse. His factis, magnum vitrum paratum habe, in hoc acetum coloratū infunde declinatione sensim, tum ilicò probè obtura, pone in balneo tepido, ac denuò acetum recens funde super materiam, faciens vt suprà, hocque iterabis, donec omnis materia soluta fuerit, ita vt nullæ fæces supersint: verùm caue ne inter diffundendum refrigescere sinas. Sumere poteris infundibulum vitreum, ac vitrum super fornace finere, atque ita transfundere: & retine tum omnem tuam materiam ita re-

Solutum per declinationem separandum à non soluto.

Solutum seruandum in balneo tepido

resolutam in aceto calore commodo, in balneo, nimirum vt stabat ad soluendum: retine hoc pacto 20 aut 22 dies. Interea materia tua tam volatilis ac spiritualis fiet, vt eam vel ad oleum, vel ad lapidem valeas reducere, ad alterum horum vtrum vis. Nam spiritualis est effecta quæ antea corporalis fuerat.

Omme solutū seruandum tepidum cum suo aceto per 20 aut 22 dies, vt materia euadat volatilis.

Cap. 21.

Hic Luna apta est ad destillandam per alembicum in oleum, atque etiam in lapides crystallinos fusibiles reducendam, tum verò alembico vitro impositō, ac aceto destillato per balneum, materiam tam siccam, quā potes redde, aut minimùm quasi siccā ita vt eam in pateras vitreas possis trāsfundere: tum materiam tuam sicca in pelui cum arena super balneo locata, ita nullos spiritus amittes, cumque materia sicca est & subtilis, sume paululum ex ea, immitte in ampullulam, superfunde aquam communem destillatam ita mundificatam, vt nihil remaneat, ita aqua rectificata esse debet: tum pone in testula cum cineribus super fornace, ac vide an materia solui velit in aqua cōmuni destillata: tum rectè est: sin minus, iterum in aceto soluenda est, vt prius: sed si in aqua cōmuni soluatur, sume materiam tuam omnem, pone in balneo, ac sine ibidem donec omnis resoluta fuerit in aquam liquidam,

Abstractio aceti per destillationem vsq; ad plenam siccitatem.

Solutio lapidis in aqua communi.

Si solui non potest in aqua communi, reiteranda est solutio per acetū, idque toties donec omnis materia in aqua communi soluta nullas post se reliquit fæces.

calo-

calorem accommodum adde qualem ferrè possit. Si quid verò in fundo infrà remaneret quod solvi nollet, effūde supernè id quod solutum est in balneum calidum: nam solutum refrigescere minimè potest, donec coagulaueris, atque etiam postquam coagulaueris, semper calidum serua in loco arido, materia enim frigefieri opus non habet. Super id verò quod in fundo vitri remansit acetum destillatum funde, atque ita rursum in aceto sinas, cumque solutum fuerit, rursus acetum destilla, ac superinfunde rursus aquam communem; resolue quod resolui vult, ac si omne resolui respuat, fac modis omnibus, vt prædictum est, donec omne in aqua communi soluatur, ac in aquam liquidam, ita vt nullæ fæces in fundo vitri ponātur. Tum tua materia ex sua natura perducta est. i. in aquam simplicem, ita vt nihil adiunctum sit, cumque ita se habet, dixere Philosophi de lapide, Pauperes ipsum habent æquè ac diuites, ac reperitur in mari & fluuijs & in locis omnibus, ac verū dixêre, iam enim est aqua vulgaris quæ vbique reperitur. His peractis congela, aquamque è balneo destilla, vsque in eam siccitatem vt puluerescat: tum Philosophi terram nuncuparunt, remque vilem, quodque in latrinis ac puteis, super montes, in montibus, omnibusque locis reperiatur dixêre, ac verè.

Congelatio lapidis per abstractionem aquę communis vsque ad plenam siccitatē, & relinquetur terra mortua nulli nisi Philosopho vtilis.

Iam

Iam enim terra effecta est quæ nulli amplius valet quàm quæuis alia, præterquam soli Philosopho. Nam qui lapidem confiecere non norit, ei nihilo plus valet quam quæuis alia terra: nam nec iam, nec vllo tempore potest corpus fieri. Quare iam res vilis est quæ vbique facilè reperitur.

Cap. 22.

IAM verò, mi fili, noris materiam tuam paratam esse ad lapidem cõficiendum: tamdiu laborasti antequam hæc materia subtilis & spiritualis effecta est, ita vt eam sublimare possis: Si verò lapidem posses acquirere quem nobis Dominus gratis largitus est, eum non opus esset ita præparare: sed statim sumeres ac intangibiliter puluerizares, eiusque immunditiem ablueres aqua communi, donec aqua indè pura & liquida defluere: tum siccares iterum, ac paratus esset vt sublimãdum poneres: quare opus eius breuius. Verùm quia hanc materiam ignoramus, nec acquirere possumus, alia sumenda & paranda est, vt prædictum est, meliorque & subtilior reddenda quam ex lapide quem nobis gratis Deus donauit. Nunc, mi fili, nihil aliud faciendum restat, quam vt solvas, ac rursum congeles in aceto rectificato toties & tandiu, donec amplius non congelare, concrescatque in oleum: hoc verò oleum serua in ampulla vitrea in fornace

Reductio lapidis in oleũ per solutionem & congelationẽ in aceto.

Fixatio lapidis Imbibitio lapidis cùm ſuo ſpiritu. Mercurio videlicet, qui in ſiccando aſcẽdebat, pro vt latius de ſale metallorum. Reductio lapidis ad perfecti orem virtutem ſublimationẽ

ſecreta donec omnino fixum ſit, ac penetret candentem laminã æream, vt laminæ ſimiles fiant puræ lunæ: ac ſi tum etiàmnum perfectiorem vis reddere, ſuo ipſius ſpiritui immerge, & fixa ſuo ipſius ſpiritu, ac facito proiectionẽ ad album. Sique filius meus hunc lapidẽ conficere vult ad album, poterit materiam ſublimandam ponere in hunc modum.



Sume ollam firmam amplam vitream quæ infra latum habeat fundum, eique materiam tuam inde, vt coràm tibi facilè dicam, ac ollæ magnum impone alembicum cum amplo roſtro, receptaculumq; ei luto affixum.

Erit autem inferior olla vitrea admodum humilis, plana & admodum lata in inferiore parte, vt hæc figura tibi demonſtrat, huic tuas materias præparatas inde, & alembico ſuperaddito, luto probè obtura, & fornaci ſublimationis impone, cum teſta cinerum, luto receptaculum roſtro adglutina, ac luto ſicco, paratus es ad ſublimandum. Qua de re quidam Philoſophus ſic ait: Terra eſt infimus mundus, & aqua quæ ſurſum aſcendit habet in ſe animã: nec ſunt plura quam

2 co-

2 cognita, 2 in aperto, & duo in secreto, vt etiam in elementis palam est, terra & aqua sunt nota eaque videri & tangi possunt: ignis verò & aër sunt in abdito; ita etiam se res habet in nostro lapide: 2 videntur manifestò, & 2 cernuntur obscurè. Quomodo igitur videri possunt? Quemadmodum apparet in aspectu sub nigredine albedinè latere, ac post rubedinem quæ sub albedine latebat. Illa 2 primum erant in intellectu, at nunc sunt in aspectu.

Mi fili, quomodo intelligenda sunt abdita Philosophorum dicta? Dixere, in prima reductione, ea est quam solutionem vocarunt, estque fundamentum artis. Qua de re Rasis ait: Nisi corpus resoluas, frustrà laboras: corpora enim ad tales aquas sunt reducenda, quales sunt ex quibus primùm originem duxere. 1. in aquam vulgarem: Hanc verò solutionem vulgus non capit. Estque hæc prima eius reductio in suam essentiam, &c. Prima operatio.

Alius Philosophus ait: Nisi ex crassitudine aquæ terra efficiatur, in nostra arte operam ludis, &c. 2 Operatio.

Tertium opus est purificatio aut mundificatio: *Morienus* inquit: Quando hæc terra cum terra putrefit, & attenuatur, tumque purificatur, statim omnis nostra ars operatiuna perficitur. 3 Operatio.

Geber ait: detrahe ei humiditatem suam, ac ad sublimationem statim perducito, & ex eo spiritum trahe quem in eo reperies, qui *Hermetis* auis appellatur. Et de hac *Morienus* ait: remanebit tibi terra calcinata & arena. De qua idem præterea *Morienus*: Ne contemne cineres in inferiori loco, nam sunt resplendentes. Quare ex cineribus etiamnum cineres resplendentes extrahe, & in ijs prætiosum adamantem reperies, inquit *Morienus*.

Cap. 23.

Reditus ad opus.

NVNC, mi fili, ad opus nostrum redeamus: ignem fornaci subijcies, primùm pusillum ac paulatim maiorem per gradus, donec materiã tuam sublimare videas: tum serua ignem in eo calore, quamdiu ascendit, sed potius auge ignem paululum quam refrigesceret, & quamdiu vides ascendere, hoc pacto relinque modicè igni prædicto, cùmque ipse ascensus incipit minui, ignem auge, prout videbis opus esse: Hoc verò per alembicum vitreum videre poteris. Sic relinquito nocte dieque, semper ignem augmẽtans, provt videbis opus esse: cumque cernes non amplius sublimare; ignem tuum auge gradatim, donec olla tua vitrea infrà candeat: eo statu retine cãdentem ad horas 2, aut donec cernes, non amplius ascendere: tum sinas sponte frigefieri, & alembico ablato,

Sublimatio lapidis per suos gradus ignis, donec quicquid volatile à fæcibus sublimatum sit.

eva-

evacua, & in pyxide vitrea repone, fæcesque ex olla vitrea exime, & mitte in magnũ vitrum, ac acetum vehemens ex vino confectum destillatum superfunde, ac in tepido balneo colloca, ac per dies octo soluendum relinquito. Tum acetum effunde in vas vitreum, ac coagulandum pone super balneũ in pelui cum arena donec siccum sit.

Fæces soluendæ m aceto, vt quod non est sublimatũ eliciatur ex fæcibus sublimationis quæ terra est lapidis.

Scies item, mi fili, quando materias pones sublimandas, eas esse miscendas cum huiusmodi materia quæ talis naturæ sit, vt paratã materiam tuam conservet à liquefactione. Adeò enim subtilem materiam tuam reddidisti, vt etiam ad pusillum ignem liquesceret instar butyri. Quare materia per quam materiam lapidis sublimabis ita paranda est, vt materiã tuam minimè polluat: ac vt huius materiæ nihil ascendat, vtque nullo igni destrui possit, quamlibet magnum ei subijcias: debet præterea ita parata esse, vt ex materia vitrum confici nõ possit, neq; ex ea sal extrahi: debet etiam ita præparari vt nulla re dissolui possit, vtq; nullas fæces de se mittat: para item vt intangibilis sit: siq;, fili mi, talem materiam non habeas, materiam tuam præparatam sublimare non poteris. Quocirca huiusmodi materiam para, alioqui in arte nihil præstabis. Dicam tibi coràm quomodo eam parabis: cumq; materiam tuam sublimandam pones, primò ponderabis materiam

Sublimatum, eius spiritus aut elementũ aquæ. Virumque separatim seruãdum donec de nuò vnienda sint.

Terra lapidis ponderanda, & eius spiritus aut sublimatũ è terra.

teriam per quam sublimare vis, ponduq́sue tuum memoriæ mandabis, etiam materiam ponderabis ex qua tuum lapidem vis extrahere, pondusq́ue scribes, ita non falleris.

Itaq;, mi fili, cùm spiritũ è materia eduxeris, omne quod in olla reperies soluendum pones, ac solues corpus ex materia ex qua spiritum sublimasti. Hoc quidem confidenter facere poteris: materia enim tua per quã sublimasti nõ soluetur: quare nihil amplius solues quam corpus illud aut terram cum fæcibus ex qua spiritum tuum soluendo eduxisti: quare vbi siccũ fuerit pondera quod ex fæcibus soluendo eduxisti: tumq́ue etiam spiritum tuum quem sublimasti pondera: ita scire poteris an omnem tuam materiam habeas: post omnes etiam fæces exime atq; etiam pondera, ita manifestò scire poteris quomodo res se habeat, quidq́ue tibi desit, an omne sit eductum nec ne; sedulo aduerte, nihilq́ue scribere pigeat, ita semper quid feceris tibi constare poterit, & si quid de opere dubites, imaginari ex siniſtro euentu poteris, quî id acciderit, ac emenda vbicumque poteris.

Cap. 24.

NOris præterea, mi fili, te materiam ex qua spiritum tuũ extrahes tam subtilẽ posse facere, tamq́ue spiritualem primùm in eius aqua alba, in qua posita est in putrefa-

ctione

ctione, ac deinde in solutione in aceto, vt in sublimatione tota ascendat, ita vt nihil præter fæces relinquat. Quare materiam in aceto solues, facta sublimatione, ac solues terrã aut fæces ex materia per quam sublimaris, ita facilè videbis an omnis materia lapidis sursum sublimarit nec ne. In materia enim per quam sublimasti non soluitur aliud, quã quod in ea remansit ex materia lapidis quæ ex ea sublimata fuerit : ac facito vt prædictum est.

Cap. 25.

Sublimatio lapidis per se sine fæcibus adiunctis idque igne lentiore.

SEruabis itẽ, mi fili, in vase vitreo id quod ex ea materia soluisti per quam sublimasti: tum id quod sursum sublimasti sume, ac denuò pone sublimandũ primùm igni pusillo, gradatim augẽdo, donec omne sursum sublimatum fuerit, quod sublimari possit.

Fæces in hac sublimatione relictæ adiungendæ terræ lapidis suprà dictæ.

Præterea, mi fili, solum sublimabis ita vt nihil adsit aut permixtum sit, fæces verò remanentes adde huic quod tibi seruare iussi, quod cum aceto educebas, ac sublimationẽ muta toties, donec omne ascendat, ita vt nihil remaneat: tum satis est: tum habes Mercurium illum ex quo Philosophi lapidem suum extrahunt, tum habes sulphur incõbustibile, tum habes lapidem ad album: ac Sapientes vocarunt istum spiritum aquam, ac rem albam, & arsenicum, multaq; nomina ei imposuere, vt sulphur, lac virginis.

Hæc sublimatio toties reiterãda donec lapis nullas post se relinquat fæces.

Et sublimatum illud purum loco Mercurij Philosophorũ erit: Et etiam sulphur incombustile.

Cap. 26.

Terra omnis supra dictarum sublimationũ reuerberanda ad albedinem niuis.

ITem nunc sumes F.M. omnem illam terram & fæces quas in prima sublimatione seruasti, cum aceto eductas, vnà cũ alijs fæcibus omnibus quas in alijs sublimationib. reliquisti, eas omnes simul sumes ac pones reuerberãdas, donec tã albę fiant quam nix, tum sinas refrigescere: ex fornace deprome,

Solutio terræ reuerberatæ in balneo per a-

inque vitro repone, colloca in balneo, atque acetum acre destillatum superfunde probé rectificatum: balneum verò mediocriter accende, ac tuum acetum subviride fiet: tum sine refrigescere, & effunde inclinatione in aliud vitrum, obtura ac depone, ac rursum aliud acetum infunde, & in balneo denuò colloca, vt prius, ac vbi acetum rursum colorẽ amiserit, iterum declinatione effunde, priorique aceto adde, atque id ipsum itera toties, donec acetũ tuum non amplius colore à rebus inficiatur. Tum fæces sicca atq; iterum pone calcinandas per horas 24, tum refrigerari sine, ex fornace extrahe, pone denuò in vitro, colloca rursum in balneo, acetum denuò superfunde, pone soluendas vt prius, faciens modis omnibus, vt prius. Erit autem infundendum & effundendum, fæcesque calcinandæ, donec acetum tuũ non amplius colore tingatur. Itaque paululum in crucibulum vitreum euacua, tum cineribus ca-

Terra soluta post euaporationem denuò reuerberanda spatio 24 horarum, iterumque soluenda, vt supra.

bus calidis impone, ac vide an ita omninò evaporet: tum terram omninò ex fæcibus remouisti: quo facto acetum tuum coagula, ac puluis albus egregius tibi restabit, eum pones iterum calcinandum in fornace reuerberatoria per horas 24 calore modico, ita vt solummodo candescat, nec intentiore, ne liquescat, tum sinas refrigescere, ex fornace depromas, pone soluendum in aceto rectificato, modis omnibus vt suprà, soluesque ac rursum congelabis, ac deinde calcinabis toties, donec nullas ampliùs fæces reperis in fundo vitri tui: ac cùm iam omne simul solutum est, ita vt nullæ fæces remaneant, rursum congela, ac remanebit tibi insignis resplendens clara terra, corpusq; tui lapidis. Estq; hoc illud quod Morienus ait. Ne sperne cineres in inferiore statu: & iterum: cineres ex cineribus extrahe, ac in ijs pulcherrimum adamantem reperies.

Hęc reuerberatio & solutio toties repetenda, donec terra in solutione nullas relinquat fæces. Ac post vltimam solutionem & euaporationē relinquetur pulcherrima & splendens terra.

Cap. 27.

NVNC scies, fili mi, magnum secretum, quòd videlicet sumes 3 partes aquæ, vt Philosophi dixere, Spiritum enim aquam nuncupant, ac partem terræ tuæ præparatæ aut corporis, nimirum quòd sumes & ponderabis omnē terram tuam, aut corpus, quod sit eius pondus, tum sumes ter tantundem de tuo spiritu, quantum terræ tuæ pondus est.

Ad vnam partem terræ iungendæ 3. partes spiritus sublimati supra dicti.

Cap. 28.

NON multum item terræ aut corporis retinebis ex 4 ℔. materiæ quas imposuisti, sed quamuis parum sit satis tamen habebis, vt ea opus tuum perficias quamlibet paululum sit. Terra enim tantæ virtutis est, quamlibet pusillum eius sit.

Cap. 29.

CVmque, mi fili, terram aut corpus ad eum modum contriueris, miscebis ea probè inter se, i. terram cum spiritu siccè super lapide, aut poteris soluere ac permiscere duas illas materias simul, ac tum congelare donec siccæ sint, adeò vt pulverescant. &c. Verùm non est necesse, sed misce siccè super mensa vitrea, ac probè permistas, simul sublimandas pone primùm igni pusillo, ac paulatim maiore per gradus, ac sublima quicquid sublimari vult, cùmque ampliùs sublimari respuit, refrigerari sine. Tum alembico ablato, quod sublimatum est evacua in pyxidem vitream, ac prudenter serua. Tum quod in olla infrà remansit, eximè, ac rursum pondera, & tum demùm nosse poteris quantũ de tua terra & corpore sursum sublimarit. Tum sumas rursum ter tantùm de tuo spiritu, quantum ponderis retinuisti de terra tua, permisce ea probè inter se, vt priùs; pone rursùm sublimanda, vt antè, donec non ascendat ampliùs, tum sinas refrigescere:

Sublimatio spiritus eum terra per suos gradus ignis.

Quod sublimatum separatim seruandum.

Relicta terra ponderanda & ei rursus adiungendæ 3. partes spiritus recentis, rursumque sublimandum, vt supra.

Hæc sublimatio toties reite-

re: deme alembicum & adde primò in pyxide vitrea, ac ſerua, &c. Eam verò ſublimationem iterabis toties donec totum corpus tuum ſurſùm ſublimatum fuerit: ita inferius effeciſti, ſicut ſuperius, vt Philoſophi loquuntur, &c.

randa donec omnis terra à ſuo ſpiritu ſublimata fuerit.

Cap. 30.

MAgna item quantitas materiæ habenda eſt, ac ab initio præparanda ob eam cauſam. Quia opus hoc vnâ cum ſpiritu faciendum eſt, ac minimùm debet terra omnis ſimul cum ſpiritu attrahi, ac poſteà cum ſpiritu incerari ſæpè & multis vicibus, antequam lapis velit liquidus fieri & ſubtilis, ad quod magna copia ſpiritus opus eſt, &c.

Cap. 31.

IAm verò tempus eſt vt corpori quod vnâ cum ſuo ſpiritu præparatum eſt, anima aut ſpiritus indatur, idque eſt fermentum. *Arnoldus* de *villa nova* ait hac de re: Cùm ſpiritus vnâ cum corpore præparatus eſt, animam illi inde, vt poſſit à morte reſurgere in vnum corpus, vt in æternum viuere poſſit, tum omnes hoſtes eius pacem cum eo inibunt.

Fermentatio lapidis coniun cti cum ſua tinctura.

Cap. 32.

ITem cùm iam corpus aut terram ſurſum ſublimaſti, ac ſimul ſeruas in pyxide vitrea: fermentum tibi parandum eſt, quod illi addes in hunc modum: Sumes puram

Pro fermento sumenda Luna Ad Lunam calcinandam.

puram Lunam cupellatam, flando probè à plumbo repurgatam in crucibulo, tum in laminas ducito, ac pone stratum super stratũ in crucibulo cum sale communi benè præparato, pone calcinandum modicè ne liqueſcat ad 3 dies continuè: tùm exime, ac sal aqua calida elue; ac si quid non calcinatum superſit, rursus id impone vt prius: tum puluerem tuum ſicca ſuper igni puſillo: tum ſume bis tantúm ſalis præparati cùmque puluere tuo miſce: ac iterum pone calcinãdum in crucibulo probè lutato ad 3 dies in igni puſillo, ne ſal liqueſcat, donec ſubrubicundo colore cãdeat, ita vt tantummodò appareat candere, nec ampliùs. Tribus illis diebus exactis ſinas refrigeſcere, aqua calida ablue, puluerem tuum ſicca, ac pone iterum calcinandum; id itera toties, donec videris puluerem tuum ſale nitidum ac purum fieri ex calcinatione, ac nullam vides nigredinem, ſed nitidus, candidus & purus crucibulo aperto, iacet, tumque ſatis calcinatum erit. His factis puluerem aqua calida laua, lotum exicca ad ignem puſillum, ac puluis tuus probè ab omnibus ſordibus, & ſuperflua humiditate repurgatus erit. Pòſt puluerẽ vitro magno immiſſum, in balneo colloca, ac ſuperfuſo aceto ex vino confecto deſtillato, ac probè rectificato, puſillum vitrum ori impone, calore commodo addito mu-

Calcinatio Lunæ cum ſale communi.

Hęc calcinatio toties reiteranda donec Luna cùm ſuo ſale alba ex calcinatione redeat.

Luna calcinata ſoluenda in aceto.

eumque acetum colore cæruleo ad viridem tendente imbuitur, relinquito etiamnùm per 5 aut 6 dies in balneo, ac refrigescere sine: ac tum acetum desuper effunde declinatione in aliud vitrum, obtura, sepone, rursum acetum recens super Lunam tuam funde, ac in balneo repone. Hoc facito toties donec vides acetum tuum non amplius colorem recipere, aut Lunam tuam omnino solutam, ita vt nullæ fæces in fundo relinquantur, confundendo semper acetum coloratum, ac si quid in fundo remaneat quod solui renuat, hoc sume ac crucibulo inde, pone calcinandũ per horas 24 candore naturali, sinasq; crucibulum supra patere, sed præstaret immitti in plana patella, ac in fornace reuerberatoria calcinari, hanc in balneo pone, solue vt prius: atque hoc itera toties, donec omne solutum est. Hoc facto omne acetum coloratum destilla, ac pulueremtuum probè sicca super pelui cum cineribus stante super balneum. Tum pulueremtuum patellæ immitte aut 2 vel 3 pro vt multum habes, pone in fornace reuerberatoria, sine candere modicè per horã vel horam cum semisse continuè, aut si diutissimè per horas 2. Tum refrigescere sinas, ex fornace eximas, sinas denuò resolui in balneo modis omnibus, vt prius, sed nunc statim soluetur: atque hæc solutio fit propter eius inte-

Luna soluta & aceto euaporato denuò calcinanda spatio 24 horarum. Iterum soluenda in aceto.

Tertiò calcinãda Luna spatio 2. horarũ, aut potius reuerberanda.

3. Soluenda in aceto & post euaporationẽ aceti vltimo reuerberãda spatio dimidiæ horæ, vt omnis aceti acredo exeat: eritque fermentũ perfectè mundatum.

interiores fæces, nimirùm si luna adhuc vllas fæces intus haberet, hæ tum infrà in vitro manerent, ac solui nollent. Tum rursum congela, ac fæces tuas sicca, & pone denuò in fornace reuerberatoria in patella, ac sine puluerem illum candere ad semihoram aut circiter, si qui fortè spiritus aceti Lunæ tuæ remansissent, per quos auolaret: nam apud lapidem nostrum nihil peregrinum esse potest. Nunc fermentum tuum paratum habes ad lapidem tuum conficiendum, habes puluerem album candore niuali, eumque impalpabilem, estque extrinsecus mundus, nullaque amplius immundities in eo reperitur. Hermes hac de re sic ait: Spiritus in corpus nō ingredietur, neque se cum eo permiscebit, quamdiu vlla immundities in eo reperitur &c. aut cum eo manebit.

Cap. 33.



Æquales partes sumendæ fermenti & lapidis qui cum sua terra vni-

IAm verò, mi fili, sumes spiritum cum terra aut corpore quæ simul sublimasti, & ponderabis, aut bilanci impone, ac Lunam præparatam in altera parte bilancis pone, æqua pondus vtriusque, nam vtraq; eiusdem ponderis esse debent, videlicet fermentum & spiritus vnâ cum terra aut corpore, tum, permisce inter se in mēsa vitrea, ac in huiusmodi vitrum conijce, ac comprime iuxta extre-

extremitatem ad rotunditatem ventris vbi est gracillimum: tum pone in testa cum cineribus cribratis mensuram dimidij pedis sub cineribus, testam in tali fornace colloca, quæ infrà & suprà æquè caleat quæ fornax fixatoria dicitur, collumque per fornacem extrude, ita vt vitrū sæpè circum-rotari possit, tam interdiu quam noctu.

tus est, simul terenda in tabula vitra.

Fermentum & lapidis conium cta in vase imponenda sigillo Hermetis signato.

Collocatio lapidis in fornace fixatoria.

Cap. 34.

SCIES, mi fili, te materiam istam lapidis posse ponere super fornace in testa cum cineribus in tali forma vitri aut paulò brevioris, ac probè obturabis firmo luto, & pones testam illam cum cineribus penitius in fornace, vt tantum latitudine manus ex fornace emineat, ei vitrum tuum impone tam profundè, quā materia in vitro eminet, tum habe operculum è terra coctum, quod supra fornaci quadret, quod imponere ac deponere queas, vt colores tui lapidis videre possis, atque vbi omne sublimatum fuerit inferiorem partem vitri suprà pone; estque hæc figura fornacis, vt suprà: Hanc, mi fili, lampadibus accendes, ac modico calore, initio qualis est solis in Martio, ac singulis 8 diebus,





Hoc est operculū



Hæc fornax fixatoria.

auge-

augebitur ignis, cumque sursum sublimatum fuerit, inferiorem partem vitri cui materia inest sursum pones, sineque iterum sublimare, atque ita inuertere debes, donec omne simul fixum est.

Vasis revolutio, ita vt id quod superius inferius ponatur.

Hæc revolutio toties repetenda, donec lapis cum suo fermento fixetur.

Cap. 35.

AC cùm fili mi colores in opere sese manifestantes cernere vis, operculum fornacis deme, atque denuò superimpone. Et quoties lapis colorem mutat, ignem paululum augebis, donec omne infra maneat, ac simul omne fixum sit. Omnes verò mutationes ac colores scribes, tempusque inter vnumquodque intercedens annotabis, ac fixationis tempus. Et quicquid agas, ne magnum ignem strue, donec omne fixum sit, & ad album colorem perductum.

Obseruatio colorum.

Et si operari vis in fornace cæca, vt prius dictum est, adde ei ignem die noctéque, vt manum tenere possis non eximendo, inter vas & parietes fornacis, vnius verò diei & noctis spatio vitrum vel vigesies inuertendum est: idque administrandum est, donec omne simul fixum sit: aut poteris materiam tuam indere ouo vitreo, ac suspendere in fornace secreta per 40 dies, prædicto calore, quibus exactis frange, ac vide an materia tua fixa sit; sin minus, pone denuò in fornace secreta 20 dies, tum probè fixa erit. Ita lapidē tuū 3 modis fixare poteris. Sed suadeo tibi, vt

Exactum ignis regimen.

Spatium temporis quo lapis fixādus, nempè 40 dierum, aut ad summū 60.

vt ponas in fornace cum operculo, ac videas lapidis mutationes, ac colores eius, atque omne eius regimen, quia primum est quod operaris, vt omne & videas ac scribas.

Item cùm lapis tuus iam fixus est, tum paratus est: ac scias, mi fili, multos magnum laborem in hac arte sumpsisse, qui hactenus quidem progressi sunt, vt intelligerent quā materiam sumerent ad hunc lapidem, eumque ex ea eduxêre, & subtilè fecere, vt prædictum, ac fermentum suum probè purgarunt & pararunt: atque opus cōglutinarunt ac fixere, omnes viderunt tincturas quas lapidem ostendere convenit, & prudenter fixarunt: quo facto se satisfeciſſe putabant, iuxta doctrinam Philosophorum: ac tum proiectionem facere volebant, sed frustrà: Lapis enim nullam faciebat proiectionem: opusque deseruere, artem impossibilem esse dictitantes: & verè quod ad ipsos; naturam enim non intelligebant; non cognoscebant fermentum nondum esse volatile, nec fuisse: non intelligunt verba veterum, cùm inquiunt: Noster lapis constat ex corpore, anima & spiritu, ac ista sunt & erunt vna essentia, ac quid inseparabile. Itaque fermentum etiam volatile ac fugax esse debet æquè ac corpus & spiritus fuere. Atque opus deserunt cùm fixum est, animadvertere nequeūt materiam fixam aut lapidem iterum fugacem

Lapis fixus iā iterum volatilis reddendus vt eiusdē qualitatis evadat cum fermēto.

effici debere, fermenti causa quod in ea lo-
cabitur. Quamuis spiritus cum corpore sit
fixus, non sunt tamen cum fermento con-
gregata: fermentum enim nondùm volatile
fuit, & tam diu non sunt verè congregata:
nullis scriptis aut verbis crede: nam qui ti-
bi aliud dicturus est, te fallet: fermentum
cum spiritu & corpore, aut terra interire de-
bet: alioqui operam ludis: ac in ascenden-
do fit subtile magnæque virtutis, & corpori
Sapientes fermentum vocant animam. suo vnitur. Quare Sapientes fermentum a-
nimam appellauere, cùm dicunt, spiritus at-
trahit animam in superiora, ac iterum in in-
feriora descendit. Natura sequenda est, erit-
ne corpus glorificatum durans in diem no-
vissimum in æternum, nisi omnino subtile
sit, atque ita vt nunquam moriatur: manebit-
que anima tam rudis in statu suo primo,
sicut in corpore in terris erat? Fieri non po-
test, debet esse tam volatilis & spiritualis
quam spiritus. Nosque aliud petimus quàm
Deus Omnipotens in sua ordinatione fecit,
aliud itidem petimus quam natura nos do-
cet, quare decipimur. Veteres verò naturam
sunt sequuti, quantum poterant: quare ad
bonum finem operis peruenere, ac voti
compotes sunt effecti.

Nunc

Cap. 36.

NVNC, mi fili, etiam naturam ſequere, quantum potes, vt ad optatum finem itidem peruenire poſſis, ita fiet vt te nullius laboris pæniteat, vt lapidem fixum denuò volatilem reddas.

Natura imitanda, vt lapis volatilis fiat.

Item cùm terrã tuam aut corpus, aut fermentum, aut quiduis aliud fixum, vis volatile efficere, ſumes 3 partes volatilis vnamque fixi, vnâ permiſcebis, ad ſublimationem pones igni mediocri, vt prius te docui, cùm terram cum ſpiritu ſublimatione ſubveheres: & quando ſpiritus aut partes volatiles plures ſunt quam fixæ, partes volatiles attrahunt ſecum ſurſum partes fixas, ac cùm tum partes fixæ puræ & mundæ ſunt, & volatiles etiam puræ & mundæ, cùmque vnius naturæ ſunt vt hæc 2, ſimul permanere cupiunt, tantoque faciliùs volatile illud fixum ad ſe trahit, inque ſuam naturam conuertit. Vbi verò ſurſum ſublimaris, quod tum tibi remanet, nec aſcendit, ponderare poteris, ac tùm facilè ter tantum ſpiritus ſumere, quam fixi remanſit, ac pone rurſum ſublimãdum vt priùs: idque itera donec omne ſimul ſublimaris: atque ita facito cum tua fixa materia aut lapide, fermentumque eius cum ipſo attrahe, ita vnius naturæ fiunt: nam ſi fermentum cum ſpiritu & corpore non fuiſſent omnino ſimul ſublimata,

Lapidis fixi vna pars cum 3 ſpiritus ſupra dictis ſublimãda, donec totus evadat volatilis, addendo ſemper poſt ſublimationem relictæ parti fixæ 3 partes ſpiritus volatilis & ita fermẽtum etiam volatile fiet.

Corpus cum ſpiritu & anima vnâ ſurſum ſublimare debent, vt vnius fiant naturæ.

Simul sublimata & vnita 1000. subtiliora, redduntur quam prius.

non essent vnius naturæ, etiamsi simul fixata essent. Cumque hæc simul omnino sublimata fuerint, nullo vnquam tempore separari queunt, & inter ascendendum millies subtiliora redduntur quam prius fuerant.

Cap. 37.

Altera lapidis supradicti fixatio, vbi diuersi apparebunt colores.

CVMQVE, mi fili, vnum cum alio sursum sublimasti, tùm iterum omnes istas materias in vitro fixatorio pones fixandas, vt antè doctum est, ac tum rectificatio fiet.

Quando colores sese ostendant, lapisque fixùs sit.

Tunc verò omnes colores sese ostẽdent, qui cogitari in rerum natura possint: quos sequetur cauda pavonis, ac tum incipient colores paulatim minui, ac pervenient tandem interdum ad album colorem, tum gaudeas: Lapis enim tuus iam fixus est.

Cap. 38.

NVNC scias, mi fili, multos præterea fuisse qui hoc opus aggressi sunt, qui adhuc acutiores fuere primis, lapidemque suum perduxêre quò prius dictum est, ac gaudebant, se verè lapidem habere existimãtes, ac ipsum proijciebant super Mercurium ac super Iouem, sed nihil proficiebant: Lapis enim eorum neque soluere neque ingredi volebat, ac artem contemnebant, dicentes esse impossibilem: sed si verba Veterum intellexissent, vbi dicunt: Humecta mundum infimum rore Maiali, donec ferat albos, lutheos ac rubros flores. Dicunt itidem: Nutri re-

Impedimenta incerationis cũ remedio.

regẽ ſuo ipſius lacte, donec adoleverit. Item: Perfundatur terra clara ac munda aqua Paradiſi, atque ea aqua rurſum aſcendet in cœlũ, atque iterum deſcendet ac terram irrorabit, ita vt fertilis ſit futura, ac variorum colorum floſculos proferat, quorũ odore rex gloriæ confortabitur, ita vt à morte ſit reſurrecturus ac revicturus vnâ cum vxore, manſuruſque rex in æternum.

Ita, mi fili, cùm lapis tuus fixus eſt, ex igni eximes, ac ponderabis quàm grauis ſit, tum capies pro 3 partibus tui lapidis vnam ſpiritus, ac ſimul miſtas pones in vitro fixatorio, atque vna illa pars ſpiritus fixabitur cum lapide, ac facilè id fiet. Meminiſti eorum quæ antè te docui: Cùm fixum quid volatile vis efficere, ſumes pro vna parte fixa 3 partes tui ſpiritus, atque ita partes volatiles attrahunt fixas: & è contrario, vt volatile quid fixum efficias 3 partes fixæ, retinebunt apud ſe vnam volatilem, & fixabunt: cumque iam vnius complexionis, ac naturæ fuerint, & ad extremam puritatem & ſubtilitatem perductæ, ſtatim ſeſe invicem in fũdo complectuntur.

Cùm iam hanc partem fixaſti illi alteram partem addes, ſemper 3 fixas pro vna volatili ſumens. Idque tandiu & toties iterabis, donec lapis tuus fluat ſuper candente lamina Veneris, eamque penetrat, vt oleum corium

Inceratio lapidis fixi.

Sumendæ 3. partes lapidis fixi & vna pars ſpiritus eius volatilis & ſimul fixandæ: poſt fixionem idem opus repetendum è conuerſo ſemper cum 3. partibus fixis & vna volatili: idq; toties donec lapis in lamina Veneris candenti fluat, eamq; tingat.

rium siccum penetrat. Tum exulta: lapidem enim Philosophorum verè confeciſti.

Cap. 39.

Ex hoc integro processu considerari potest quantitas materiæ præparandæ pro lapide perficiendo.

NVNC, mi fili, ipsemet animaduertere potes, quantùm materiæ initio sit ponendum, ad omne opus vniuersum perficiendum, vide quantùm spiritus desideretur: nam primùm magna pars cum terra fixanda est: tumque spiritus qui apud terram fixati sunt, vnâ cum spiritu attrahendi sunt, semper 3 partes spiritus pro vna parte fixa sumendo, ac deinde fermentum cum materia vniuersa, cum fixa simul fixata sunt. Hæc etiam iterum omnia subtilia effici debent, ac semper 3 partes spiritus pro vna fixa sumendæ sunt, donec omne tuum fixum volatile sit effectum, atque ita deinceps. Vbi verò iam omne volatile erit, tum omne illud fixatur, cumque omne fixum fuerit, cum spiritu incerandum est toties & multis vicibus, donec lapis tuus fluat vt cera aut butyrum, ac omnia illa opera spiritu fieri debent.

Et quamuis dixi de 4 ℔ materiæ, fortè vel 7 aut 8 ℔ opus esset, antequam opus ad finem perduceretur: ac si in opere essemus spirituque deessent, tum opus esset intermittendum, donec materia recens posita ac parata esset, vt prius, idque longum esset: quare

quare tantum materiæ initio sume, quantum sufficere tibi possit.

Cap. 40.

Scies item, mi fili, materiam tuam non esse nimis fusibilem efficiendam: facies enim proiectionem tuam super Iouem: nam hoc est corpus Lunæ proximum, omniumq; imperfectorum corpus purissimum, crudum est ac prauè coctum in fodina, quare stridet, cùm in eo mordetur, estque plenum albedinis. Quocirca proiectionem fac in Iouem, nam in eo medicina hæc nihil aliud habet quod agat, quam vt percoquat, ac ad suam naturam perducat; tum est multò melior & albior quã Luna ex fodinis veniens. Quare semper fac proiectionẽ super Iouem ad album, & ad rubrũ super Venerem: nam si proiectionem ad album faceres super Venerem, id multa medicina cõstaret, ac multo ampliùs quam super Iouem, est enim is albus ex sese.

Lapis non est nimium fusibilis reddendus vt super Iouẽ proijci possit.

Cap. 41.

Scies adhæc, mi fili, tibi præparandum esse lapidem pro metallo super quod ipsum vis proijcere. Medicinam enim quam super Venerem vis iacere nõ tam fusibilem efficere debes, quam si in Saturnũ aut Mercuriũ velles iacere aut Iouem. Potes medicinã tuam tam fusibilẽ facere quã vis, nam

Si super Venerem proijci debet minus fusibilis lapis oportet vt sit, quã qui super Saturnum, aut Mercuriũ proijcitur.

quò plus spiritus cum ea fixaueris, eò fusibilior fit, ac facilè tantũ spiritus cum ea fixares, vt ad extremum limosum puluerem retineres, ita vt faciliùs solueretur quam butyrum in sole. Quare caue tibi, mi fili, ne eam tam liquidam facias. Nam si velles proiectionem facere super Mercurium, faceres proiectionẽ tuam fusibiliorem, quam cùm eam vis facere super Iouem: materia enim liquescere deberet antequam tuus Mercurius incipiat ascendere: id verò super Iouem nõ est necesse. Et quicquid agas, vide vt corpus tuum mortuum primùm viuifices, animamque ei indas, antequam Medicinã super id iacias: alioqui medicina tua proiectionem nullam faceret, tametsi præstantissimam medicinam haberes, quæ vnquam in orbe fuit.

Cap. 42.

Corpus viuificandum necessariò antequàm super id proiectio fieri possit.

SCIES, mi fili æquè necessariò mortuo corpori vitam esse infundendam antequam super id proiectio fieri possit, quam necessariò fermentum in medicina ponendum est, idque pro secreto habe. *Morienus* ait: Nostrum orichalcum non est vulgare orichalcum, nam viuit, animamque habet.

Cap. 43.

ITEM præterea scies, mi fili, si proiectionem vis facere ad rubrum super Venerem, materiam semper igni pusillo sublimabis & fixa-

fixabis, quamuis tempus illud longum sit: nam cum igni pusillo laboratur, materia melius suam humiditatem retinet, & quia Venus est admodum sicca, medicina humidior esse debet, quam si eam in Saturnum proijceres, ac Venus ægrè fluit propter siccitatem eius. Cùm verò proiectionem vis facere in corpora quę facilè & citò liquescunt, vt in Iouem & Saturnum: materia tua lapidis igni vehemẽte sublimanda est, nam tum humiditas in sese consumitur: ac cùm proiectionem tuam vis facere super Mercurium aut Lunam, sublima materiam tuam super igni mediocri: nam hæc duo durant cum medicina, donec omnis eorum humiditas in rubedinẽ conuersa est, tum se ipsa ponunt in regulum, vt Sol aut Luna super testa faciunt. Ita, fili mi, Medicinam tuam parabis, provt metalla sunt super quæ proiectionem facere velis.

Cap. 44.

ITEM præterea si proiectionem facere vis super Venerem & metallũ impurum: sume 50 aut 60 ℔ Saturni aut Veneris, easque calcinato, ac ab omni impuritate laua, ac tum in vnum corpus coagmenta: tum soluito iterùm, ac animam indito, & viuifica: quo facto, Medicinam super ea proijce, non quòd opus sit metalla impura purgare antequã proiectionẽ super ea facias; Nam habet qui-

quidem medicina tua virtutem transferendi metalla omnia impura in Solem & Lunã, sed purgata calcinatione, ablutione, amittunt suam impuritatem ac siccitatem, & sensim liquescunt, repurgantur à suo sulphure combustibili, ita vt medicina tua longiùs sese extendat, quam si metalla in sua impuritate essent. Exempli gratia: Tua medicina valet 1000 nõ purgata: & metallis iam purgatis faciè progredieter ad 10000: ita labor benè compensatur.

Cap. 45.

Quomodo Veneris calcinãda.

ITEM ad Venerem calcinandam vas terreum magnum quadratum sume, factum ex terra firma quæ nõ finditur, in hunc modum, eritque operculum ei aptatum, quod probè quadret, ipsumq; occludat: tum



ære rubro sumpto, in frusta quadrata id seca eius magnitudinis, vt in vase iacere possint: tum omnia illa frusta igni candere facias ac rursum in vrina veteri extingue. Idque quater itera candefaciens & extinguens semper in recenti vrina veteri. Tùm laua in aqua munda, ac panno lineo exterge nitidè in Sole: tum Venus tua ad calcinandum parata est. Tum recipe arsenicum album bis terve sublimatum, tere super lapide cum acri vi-

ni

ni aceto destillato, vsque ad pultis crassioris consistentiam, vt si ea velis pingere, & hac pulte laminas tuas inunge, ac pone siccandas in Sole, aut in balneo sicco, tum iterum inunge, rursum sicca, atque hoc tertiò itera, ac vbique inunge, cùmque postrema vice siccæ fuerint, sal commune accipe, semel solutum & congelatum, ac eo fundum vasis insterne, donec ad mensuram digiti emineat, ac super hoc stratum laminarum colloca: deinde rursus stratum salis, atque ita ex ordine perge, donec vas tuum plenum fuerit, tum fornaci impone, ac ignem tepidũ subijce eo calore qualis est Solis in Martio: ac sinas humiditatẽ probè evaporare per 2 aut 3 dies continuè: tum luta operculum super vas terreum luto firmo, ita vt nihil espirare possit: quo facto probè siccare sine, ne findatur: tum pone vas in fornace calcinatoria: ac primùm igni pusillo addito per horas 12 ne vas candeat, tum ignem paulatim augebis per gradus: ita vt vas 6 aut 8 horas pòst omnino candeat: sic retine ad horas 12 in ea calida flamma, tum sinas refrigescere: mox vas confringe, ac sal omne calido igni soluendo deme: ac si non omne calcinatum fuerit, facito vt prius, pone denuò calcinandum, vt antè, ita vt nec inflammare nec vrina extinguere opus habeas: cumque omne calcinatum fuerit,

sale

sale probè abluto, calces illas in mortario ferreo contunde, ac cribro transmitte; quo facto iterũ laua aqua dulci, donec aqua nitidè defluat, tum sicca in patella super fornace, rursumque tunde in mortario ferreo, & cribro cribra. Post calces super lapide cum melle contere, permiscens parum aquæ donec tam exiguæ sint, vt pictor ijs pingere queat: tum aqua calida iterum laua, donec aqua munda defluat: tum denuò calces sicca, vt suprà in patella super fornace, ita Venus tua munda ac pura est: Tum sume Sal alcali, & Sal vitri vtrumq; tundendo in puluerem redactum, ac misce inter predictas calces: tum habe sacculum lineum in hunc



modum factũ, eum prædicta materia imple quã fortissimè potes ligno impacta, ac probè obturatum, eius extremum fortiter religa, tum luta sacculum luto cum pilis cõfecto, quod non findatur, luta circumquaque, sine siccari, iterum luta, & rursum sine siccari, idque itera, donec ad 3 digitos emineat: atque vbi materia probè sicca fuerit, foramen in altera parte ad latus terebra, ac in furno venti pone, vt extremitas perforata pede dimidio inferius iaceat quã altera: sub foramine verò magnum crucibulũ loca, & ignem strue sub sacco lutato carbonibus quer-

quercinis, ac liquefacias, ita vt omne in cru cibulum defluat, tum sine refrigescere: deinde iterum liquefacito, tum paratum est: & ad 10 ℔. illius Veneris adde Lunæ cupellatæ ℔. 1, solue simul, ac viuum est ad albam tuam medicinam superijciẽdum. Siq; Venerem ad rubram medicinam parare vis, sume loco arsenici albi, bonum arsenicum rubrum aut croceum bis terve sublimatum, ac eo laminas tuas inunge, ac facito vt suprà dimidio vitriolo & dimidio sale, strato super strato, atque ita deinceps vt suprà.

Scies autem, mi fili, hanc calcinationem summopere non esse necessariam, adeò quasi medicina ad album aut ad rubrum in Venere, alioqui virtutẽ non esset habitura ad eam in Lunam aut Solem reducendam. Nam vires quidem habet etiamsi ad eum modum non calcinetur, verùm non tàm alte tingit, quàm cum Venus ita præparata est, ita vt tùm medicina tua facilè decies millies altiorem proiectionem faciat, quàm si in Venerem non præparatam proijceres, cui sulphur combustibile etiamnum inest, cum pluribus alijs fæcibus: estq; etiam multò iocundius proiectionem facere in metallum purum quàm in impurum: nam super impurum debet medicina ipsum prius purgare, quam transmutationẽ possit facere, ac proijce flaccam ex metallo, ac flaccam illam fu-

cre

ere super metallum facito: ac eam interdum baculo eximes & ex crucibulo eijcies, idq; persequeris donec nulla amplius flaccæ neque sordes vllæ super metallum fluant.

Nunc sciendum est, quod semper flaccæ cum eas detrahis ex crucibulo aliquid probi metalli secum sumũt, quod illis fortè adhæret, idq; inutile est, omnibus verò flaccis omnino demptis, medicina perfectã suã vim exerit, transmutationẽ faciendo: ac metallum fluet nitidum ac clarum vt gemma absque flaccis, & statuet se denique in regulũ, atq; ita proiectio facta est. Tum finas refrigescere & extinguas: hic labor nõ est necessarius cũ Venus antè parata & purificata est.

Ad lapidem ad rubrum ex sõlo Sole conficiendum.

Cap. 46.

NVNC docere volo lapidem ad rubrum, estq; maius secretum, plusq; temporis ac laboris exigit: subtilior etiam esse debet quam lapis ad album: Ruber melius ac diutius rectificandus: corpus enim firmũ ac cõpactum habet atque fixius. Quare longiore tempore opus est antequam partes eius à se invicem separari possint, ad ipsum aperiendum, & ad subtiles spiritus ex eo extrahendos, aut saltem partem subtiliorem.

Itaque

Cap. 47.

ITAQVE, mi fili, rubrum lapidem accipies, ac in rubra eius aqua solues, ac præcipitabis, ac eius aquam rubram ablues aqua nubium, & siccabis ad Solem aut ignem pusillum. Tum pones in fornace reuerberatoria calcinandum per 12 aut 16 dies: cauebis autem ne lapidem fluere facias. Quare modicã illi flammam da: tum exime ac iterum in aquam solue: quo facto, in putrefactione ponito. i. in balneo calido, atq; in eo per octiduum relinquito: tum aquam illam rursum in balneo tepido destilla. Quibus factis, Solem exime, ac huiusmodi vitro immitte. Tum magnum receptaculum in 2 partes secabis per medium, in hunc modum, atque huic hoc paruum vitrum immttito chytrapodi aut tripodi vitreo impositum; ac receptaculum denuò firmiter luto adglutina: ac pone hocvitrum in arena aut cineribus, & alembico superimposito, ac receptaculo lutato, vbi lutum siccum fuerit, fornaci impone in arena illa vel cineribus tã altè vt cineres ad 3 digitos emineãt super paruũ vitrum, quod cũ Sole in receptaculo est, estq; fabrefactum figura tali. His ita se habentib. ignẽ sub for-

Lapis rubeus quomodo perandus.





fornace ſtrue primùm puſillum & paulatim maiorem, donec magnum receptaculum incandeat: atque hoc pacto ad ignē relinquas per dies 5, ac tum ſinas vt ſponte refrigeſcat: mox vbi refrixerit, eximè, ac vitrum, cui Sol ineſt, in vaſe luteo pone huiuſmodi quod ignem ferat, modò vitrum adhuc integrum fuerit. Nam vitra ſæpè finduntur cùm materia ſicca fit: quare in magnis ponuntur receptaculis vt Sol in ea decidat, nec perdatur verum ſi integrum adhuc fuerit in eo vaſe luteo ponito in hunc modum facto, cui hoc paruum vitrum impones: ac probè lutabis ac alio vitro quod illi quadret obturabis: ſin exiguum vitrum fiſſum fuerit, ſolem in aliud quod ignem ferre poſſit immittito, ac tum in illo vaſe luteo pone, atque operi: lutabis luto quod ignem ferre poſſit, quo probè ſiccato, in fornace calcinatoria colloca, ac primò ignem puſillum ſtrue, quem paulatim augebis, donec vas luteum candeat, ac ſinas in eo candore ad dies noctesque 12: quo refrigerato Solem tuum rubrum inſtar ſanguinis reperies, neque adeò cādefacies vt Sol tuus liqueſcat, ſed cādore modico ſines candere. Tenebis pro magno ſecreto: cùm Sol eſt extra naturam propriam ipſum rubere in morem ſanguinis, vel ſanguinis draconis: ac ſi Sol adhuc integer eſſet



esset cùm confringeres nondum incorporatus esset: tum iterum soluendus esset in eius aqua rubra, ac faciendum vt supra, id iterando donec rubeat: tumque eius color subtrahi potest in aceto destillato soluendo in hunc modum. Recipe Solem incorporatũ, contere super lapide cum acri vini aceto, ac pone in magno receptaculo, superfunde acetum, donec duæ partes impleantur, ac pone in balneo, ac calefacito vt oportet, atque in eo calido balneo sine, donec acetum rubrum fiat vt sanguis: tum desuper acetũ effunde in aliud vitrum mundum, atque alio aceto superfuso stare sine, &c. Hoc fac toties donec acetũ non amplius coloretur, ac satis est, tum acetum è terra solis destilla, calxque alba tibi remanebit in fũdo instar niuis: verum etiamnũ eius aqua sicca restat, ea nondum educta est, sed solus color: nihilominus in colore terra est, atq; eius terræ siccæ pars, atq; ignis eius cum colore permistus. i. partes eius subtiles & crassæ infra permanere. Itaque materia Solis à se inuicem non potest separari: sed subtilia à crassis separari possunt: verùm materiæ natura est in vtrisq; partibus tam crassis quàm subtilibus.

Cap. 48.

ITEM tum album illum pulueremem exime ac reuerberandũ pone in igni temperato, donec omnino intumeat instar spongiæ, tum

Quid prædicto puluere sit agendum.

sine vt refrigescat, exime ac soluendum pone in aceto destillato, & pone in balneo, ac facilè soluetur: tum desuper effunde: nam in fundo aliquas fæces reperies quæ incidérũt cùm reuerberaretur, ac si fortè quid Solis inesset pone iterùm reverberandũ etiamnùm 2 dies, atque iterum soluendum pone, tum facile videre poteris num quid soluatur nec ne, confunde simul omne quod solutũ est, atque acetum alembico destilla ac materia albissima & limpidissima tibi in fundo remanebit, & partes illæ crassæ iam subtiles sunt effectæ, serua in vase vitreo ad vsum.
Tum omne acetum coloratũ sume quod ex crassis partibus eduxisti; acetum destilla, ac remanebit tibi in fundo pulvis ruber, vt sanguis draconis, eum puluerẽ pone sublimandum per se, nihil aliud addens, totus albus sublimabit, ac si quæ fæces remanẽt, poteris illas posteà sublimare, verùm id non erit operæprætium. Itaque exime & abijce, atque iterũ sublima donec nihil amplius remaneat tum satis est, sume, benè serua. Tum partes crassas appende sublimatas, tere super lapide, vt in lapide albo te docui, & cùm omne fixum fuerit, tum iterum quartã partem appone ei quod sublimasti, ac rursum fixandã pone: atq; hoc tandiu persequere, donec omne à te sublimatũ fixaris: tum mediocrem calorem adhibe, donec peruenias ad album colo-

colorem resplendentē instar oculorū piscīū, aut gemmārū Orientalium, tum habes lapidem ad album. Tum verò ignem insigniter augebis, donec viridem colorem videas, verùm non magis viridē quam croceū. Quo viso ignem auge, donec peruenias ad colorē cinericium, vt si esset color lateritius: tum ignem auge donec ad rubrū colorem pervenias. Tum lapis perfectus est; ac inter quemlibet colorē hīc à nobis descriptū secundùm quem ignis est augendus, colores varij sese ostendent, ita vt miraberis: nam antequàm ad perfectam rubedinem peruenias, omnes colores cernes qui in rerum natura cogitari possunt, vt multis in locis docetur.

Cap. 49.

SCIES, mi fili, Solem etiā resolui eo modo, quo doctum est in opere lapidis albi, sed plus temporis exigit, sæpiusq; deduci debet, atq; identidē aquā recens iterū superfundi, magis quā in opere albo. Atq; ita resoluitur etiā Sol, vt hīc docetur, nēpè in hunc modū.

Prædictis quo pacto vtendū.

Item postquā tinctura ex Sole eduxeris, vt in opere ostensum est, ac lapidē albū perfeceris, tincturam omnem sublimare poteris, vt in opere doctum est, ac tum 3 partes lapidis albi ponere, partemq; huius tincturæ vnam, quā Philosophi sulphur rubrū appellarūt, ac miscere inter se, ac fixanda ponere: donec tantum pondus rubri sulphuris vnā fixaris,

quãtum erat tui lapidis albi prius. Tum ignem insigniter augeas in modũ supra doctũ donec ad perfectam rubedinem peruenias.

Ac noris, mi fili, hanc optimam esse operãdi rationẽ quæ in orbe reperiatur, vt lapis albus conficiatur primùm atq; ex Luna extrahatur; ac tùm sulphure rubro lapis albus inceretur, donec æquet pondus albi lapidis, quale erat antequã rubro sulphure incerari inciperet. Ac si lapis albus aut ruber aliquoties tam fusibiles nollent fieri, vt super Mercurium conijci possent: nam is lapis qui superMercurium cõijcitur, fusibilis esse debet, vt butyrũ, alioqui Mercurius evolaret, antequã lapis solueretur. Albus verò tam fusibilis effici non potest, quicquid etiam agatur. Medicina autem quæ Mercurium in Solem aut Lunam transferet, liquescere ad modum butyri debet, albusq; tam fusibilis reddi nequit, ac ruber multò minus, longè enim maiore calore opus habet, si alioqui rubedo proferri debeat.

Cap. 50.

QVÆRAS verò iam, mi fili, quo pacto medicina acquiretur quæ Mercurium in verum Solem aut Lunã transferat: videtur enim impossibile per rationes prædictas.

Magnum secretum artis Chymicæ.

Scies, mi fili, pro magno secreto in arte, medicinã ad album aut rubrum qui initio in aceto aut aqua communi dissolutus fuit, qui

qui post suam perfectionem semper soluitur in aceto aut aqua communi aut vino: nam cùm lapis albus aut ruber est perfectus facilè 1000 subtilior est, quam erat ante perfectionem, cùm in aceto solueretur. Quo enim res nobilior est, ac naturâ subtilior, eò facilius soluitur: nullæ enim partes crassæ in, sunt nec fæces, nec siccitas, quæ separanrur per solutionem in aceto. Nam partes crassæ & fæces ac superfluæ partes siccę quæ nisi vnum sunt, eæ sunt quæ impediunt quominus ad solutionem perducatur. Ac lapis albus & ruber nihil horum in se habent: sed sunt solubiles præ omnibus quæ in rerũ natura sunt, in vtrisque .i. in feruenti, siccitate, & in humiditate frigida. Nam in ijs nullæ sunt partes quæ liquefactionem impedire possint: ac in toto orbe non est natura tam perfecta quam noster lapis albus ac ruber. Quare nihil est in rerum natura quod in vtroque soluatur .i. in feruenti siccitate & frigida humiditate, vt noster lapis.

Cap. 51.

ITAQVE, mi fili, hoc pro magno secreto in arte habe, nosse lapidem nostrum in natura interiore, ac scito nullam medicinam nec ad album nec ad rubrũ parari posse ad opus tam fusibilem, vt Mercurium super ignem retinere possit, quin subuolaret, antequam medicina liquescere posset.

Prætereà scito quando medicinam ad album aut rubrum pararis, ita vt proiectionē facias in metalla dura, ac in mollia corpora, ac tum cuperes proiectionem facere in Mercurium ad artem probandam: sume partem tuæ medicinæ ad album aut ad rubrū quam parasti, eam solues in acri aceto destillato, ita rectificato, vt nihil prorsus post se relinquat: eam congela denuò, ac solue toties identidem in aceto recenti, vt fusibilis fiat instar butyri: tum soluere desine, ac proijce in Mercurium ac proiectionem secundùm artem facito; solueres toties & congelares, vt concresceret in oleum quod amplius congelare nollet. In omnibus enim vegetabilibus, aut animalibus non est tam solubilis spes quam in vino est, ac aqua vitæ calida est ac sicca, cùm nullum phlegma ampliùs adest. Proba: ponas enim sal, aut sal armoniacum, aut sal alcali, quæ cuncta sua natura soluūtur: in aqua vitæ tametsi iacerent vsque ad diem noviſſimum non soluerentur, ac in destillatione partes crassæ remanseræ cum fæcibus, ac omne quod ascendit per alembicum, quare acetum destillatū est pars media vini quæ nobis seruit in arte nostra: quēadmodum martia media nobis seruit quæ est in materia, ac nulla alia, atque scias hoc esse maximū in hac arte secretū: partes enim mediæ aceti tantæ virtutis sunt, vt sit incredibile

dibile, magna sua subtilitate. Nam admodũ subtile & penetrabile efficiunt omne cui miscentur. Quare lapidẽ millies subtiliorem reddunt, quã antè fuerat & penetrabiliorem, ac partes aceti subtiles permiscẽt se cum lapide: sunt enim vnius naturæ, ac vtraq; munda sunt & subtilia, ac permiscentur inter se, vt aqua cum aqua: estque medicina eius naturæ vt omne cum quo permiscetur fixum reddat, atque etiam naturæ suæ in qua est; atq; hoc pacto fixantur partes subtiles in lapide, ac efficiuntur in lapide vna natura, atq; lapidẽ tam fusibilem efficiunt, quam artifex cupit; prout lapidem sæpe soluit in aceto ac congelat, atque prout multi vel pauci spiritus in aceto remanent, fit medicina fusibilior. Quare filium meum docui, quo pacto lapidem suum tam fusibilem possit efficere, vt eo Mercurium ad Solem aut Lunam perducere possit: est q; magnum secretum paucis notum: Lectionem hanc sedulò perlege: quæ virtus aceto insit, ac quid materiâ mediâ aceti effici possit.

Cap. 51.

Scies item, filius meus, Soli inclusam esse tam mirabilẽ naturã tincturæ, vt sit incredibile. Nam habe medicinam, aut rubrũ lapidem ex Sole factũ, qui magnam proiectionem faciat, exempli causa, ex vno in 1000, proijce super Lunam, ac omnis ea Luna

conuertetur in Solem, atque altiorē ac pulchriorem habebit tincturam quam genuinus Sol ex fodinis veniens: vnde vna pars tantam tincturā dat quanta ex vno in 1000? tamen pro certo ita se res habet. Scito Deum nullam perfectiorē creaturam creasse quam Solem, cumq; Sol ad suam altissimam perfectionem perducitur, tum tam perfectus est, vt in mundo perfectior substantia non sit, ac pro magna perfectione quam habet, omne perfectum redditur cum quo miscetur in vnum corpus, ac idipsum etiam extremè perfectum ac consummatū efficitur.

Cap. 53.

Omne quod Deus creauit habere in se 4 elementa.

SCiet filius meus, omne quod Deus creavit habere in se 4 elementa, vt in libro vegetabili benè docetur, ac quamuis materia extrinsecus alba sit, è contrario eadē materia intus rubra est. Ac lapis ruber eam habet naturam, vt omne cui miscetur ad suam naturam perducat. Quare lapis ruber albedinem Lunæ intus ponit ac rubedinē foris, ac Lunā reducit ad suam ipsius naturam. Quemadmodū quotidie videre est in omnibus terra nascentibus, vt malis, pyris, prunis, cerasis, floribus, ac pluribus alijs fructibus cū pendent in arboribus, ac matura sunt, vide quā insignem rubrum colorem nanciscantur, ex splendore solis recta in ipsa splendentis. Intuere malum quam rubeat ad alterā partem

qua

qua Sol in ipsum splenduit, ac quomodo Solis calor rubedinem pomi foras eduxit. Quocirca, mi fili, ne mireris, Vnam partem lapidis posse 1000 partes Lunæ ad suam naturam reducere. Atque etiam cùm Sol est extra naturam suam perductus, ita vt sit exutus corpore, adeò vt amplius corpus fieri nequeat, tam ruber est quam sanguis ater, vel vt sanguis Draconis vel hirci exiccatus, estque tam plenus coloris vt scribi non possit: nam cùm est solutus ac iterum coagulatus, pondus grani triticei facilè 10 lota vini albi colore imbueret: tam abundans color Soli inest: Itaque ne mireris.

Ad Solem corpore exuendum.

Cap. 54.

IAm Solem in folia tenuia redige, quasi eo inaurare velis: tum sume sulphuris viui partes 4, salis armoniaci vnã, Mercurij sublimati etiam partem 1. Contere subtiliter super lapide cum oleo terebinthinæ, ita vt eo pingi possit, ac ea pulte laminas inunge: pone in crucibulo stratum super stratũ, donec crucibulum plenum sit, ac tum in igni è carbonibus, vehementer ardenti pone, ac sine optimè incandere, eo tẽporis spatio quo decies aut duodecies oratio dominica recitari posset, tum exime, vt frigescat sine. Quo facto contunde subtiliter in mortario, con-

Quomodo Sol corpore exuẽdus.

tere

tere ſuper lapide cum melle cum fauo, ac aqua gummi. Tum laua in pateris vitreis aqua communi deſtillata, ac identidem cùm aurum in fundo reſedit, effunde deſuper declinatione aut per philtrum. Hocque itera toties donec aqua munda & limpida defluat. Tum puluerem tuum exicca ad Solem aut lentum ignem, ac tum Solem in planis patellis reverberandum pone, primò igni puſillo, poſt maiore, ita tamen ne Sol liqueſcat: retine in eo calore 21 dies, ac in fornace camerata 44 dies, aut tandiu donec in morem ſpongiæ intumeat. Tum exime, ac in aceto deſtillato pone, & ſi quid nolit reſolui, pone cum priùs benè ſiccatum eſt, reuerberādum, vt antè dictum, ad 6 aut 8 dies, tum ſolue vt priùs in aceto, ac ſi ne tum quidem omne ſolvi velit, pone iterum reuerberandum vt priùs: idque itera toties, donec omnis tuus Sol in aceto ſolvitur: et ſi quid remaneat non ſolutum in fundo aceti, tolle, nam ex interioribus eius fæcibus eſſe poteſt. Iſtud ſolvere ac congelare itera toties ſemper in aceto recenti, donec amplius congelare nolit, ac concreſcat in oleum rubrum, inſtar atri ſanguinis, tum ſatis eſt; diligenter ſerva in vaſe vitreo firmo. Sume laminam Lunæ puræ, candefacito ac extingue in eo oleo, ac fit purus Sol. Inde crucibulo Mercurium amalgamatum cum decima

ma parte Solis, ac ita incendas vt incipiat ascendere, tum destilla oleum super Mercurium amalgamatum, ac ignem adde vt fluat, vt Luna aut Sol fluunt super testa, donec se regulus statuat tam clarum quam Speculum; tum extingue, ac lætus exime, gratiasque Deo age.

Item si F.M. vult hoc oleum rubrum reducere ad rubrum lapidem, sumat Mercurium ex Luna eductum viuum, eumque sublimet per vitriolum Romanum præparatum, & à terrestritate sua repurgatum, solvendo & congelando in aqua communi destillata, ita vt mundum & clarum resideat, huius sume 4 partes pro 1 parte Mercurij ex Luna educti, contere simul subtilissimè super lapide cũ aceto destillato: ac simul sublimanda colloca in vase vitreo, aut lapideo, alembico superimposito, ac receptaculo ad rostrum lutato: cumque omne sursum sublimatum fuerit, exime, ac iterum contere id quod sublimatum est, cum vitriolo recenti, pone denuò sublimandum vt prius: eamque sublimationẽ octies aut decies repete, semper recẽti vitriolo: aut donec Mercurius totus croceus conspicitur: tum denuò solum ac per se sublima, eamq; sublimationem toties iterabis, donec nihil amplius remaneat: tum satis est sublimatum. Sume hunc Mercurium, contere super lapide cum oleo tuo Solis,

lis ad pultis admodum densæ cõsistentiam: Quare tantum Mercurij ex Luna habe, vt oleum tuum in eo imbibi possit: debet ferè tàm densum esse quàm pasta aut paulò densius; tùm vasi vitreo inde ac tripodi impone, & vniformem ac continuum calorem da 40. dies ac noctes; atque interea temporis corpus erit in modum ceræ liquescens, ac præstans rubra medicina penetrans, ad omnia metalla ad verum Solem reducenda, atque etiam altam proiectionem faciet. Et si hanc rubram medicinã in dura massa habere vis, sume crucibulũ vitreum ex forti vitro Venetico conflatum, ac ei medicinam tuam inde, impone igni, ac liquescet vt cera, tum crucibulum illud ab igni remoue, atque sine vt frigescat, in duram massam coibit ac concrescet: aut inunge fusorium sæuo, aut calcem pone eiq; infunde, exime, ac cùm proiectionem vis facere, aliquid abscinde, pulueriza, ac super metallum conijce quod vis transmutare. Nunc te, mi fili, secretum artis docui: quare gratias Deo Omnipotenti age, quòd ad eam cognitionem peruenieris.

De Lapide ex vtroque lumine.

Cap. 56.

Cõfectio lapidis Philosoph. ex 2. bus luminibus.

ITEM nunc te docere volo conficere lapidem Philosophorũ ex duobus luminibus, vt

vt Philosophi veteres atque eorum posteri cõfecere suis manibus, sine obscuritate verborum, opificium eius ac vires, atque translationem ex sua natura in primam essentiã. Nulla enim res ex sua propria natura transferri potest, quam Natura in sua extrema operatione operata est, vt in istis duobus luminibus fecit. Quamuis enim hæc duo lumina in fodinis vsque ad diem iudicij iacuissent, ex quibus prodiere, Natura nihil amplius in ijs operata fuisset. Natura enim in ijs extremam suam virtutem operata fuerat. Ac si hæc 2 cõiunctim ex sua natura in meliorem aut peiorem volumus reducere; iterum nobis retrocedẽdum est, atque id quod natura operata est, retexẽdum, atque in eandem formam reducendum, in qua erat cùm natura in eo operari inciperet, cùmque ad eam formam perductum est, naturam arte sequi quantum possumus, debemus: atque interdum natura ipsa superanda est: videlicet in separando & rectificando, solvendo & coagulando, calcinatione & mundificatione, ac coniunctione, Inceratione, ac varia attenuatione, atque alijs operibus quæ Natura efficere nõ potest. Natura enim ad huiusmodi opera non mouetur. Quare metalla in formam aliam ac meliorem quam natura fecit, aut potest, transferimus. Præterea tenebis quo pacto Lunæ sulphur combusti-

Natura sequẽda, atque etiã interdum superanda est.

bile

bile adimes. Luna enim corpus imperfectū est, frigidum, humidum, & crassum, ac in se multùm humiditatis cum nigredine habet: estque admodum terrea & crassa, ac muliebris ob frigiditatem suam. Atque ob id Luna difficiliùs quam Sol ascendit. Itaque inprimis nigredinem ac sulphur combustibile debes adimere, alioqui errabis.

Lunæ inprimis nigredo, & sulphur combustibile adimendum.

Cap. 57.

Quomodo Lunę nigredo, sulphur combustibile nec nō humiditas superflua adimi possit.

SVMES itaque Lunæ quantum voles, ac super testam purgabis ac reflabis, atque tūdes in tenues laminas instar calculorum. Tum sume arsenicum sublimatum, materiam mediam extremè præparatam, sicuti in opere eius doctum est: tum contere minutim super lapide cum aceto destillato, in pultem: ea laminas tuas Lunæ illine, ac ficca in Sole aut ad ignem, aut in stupha tua sicca; tum in crucibulo alterum super altero colloca, donec crucibulū impleatur. Tum crucibulum solidè luto obtura, atq; in fornace calcinandum pone igni lento, vt Luna non liquescat 12 horas continuè, tum sinas frigefieri. Tum in mortario ferreo contunde, aut abrade id quod calcinatum est: ac si nondum omnino calcinatum fuerit, iterum vt prius calcinandum pone, donec Luna tua calcinata fuerit. Tum super lapidem cum aqua communi destillata contere. Tum

Calcinandum per horas 12 igni lento, vt Luna non liquescat.

Luna calcinata conterenda.

sumptis

sumptis pateris vitreis omnem ei nigredinem ablue aqua communi destillata, donec in fundo paterarum vitrearum album pulverem retineas, atq; aqua tam pura defluat quam infusa est: tum satis est. Atque opus infundendi atque effundendi est huiusmodi. Cùm Luna contrita est, in 2 aut 3 pateras vitreas immitte, ac super id aquam destillatam funde, & moue, ac eam Lunam contritam probè cum aqua permisce: ac nobilissimum & grauissimũ eius subsidet: tum nigredinem atque immunditiem supernè effunde in magnum vas terreum plumbatum, ac tum denuò aquam mundam destillatam super pulverem Lunæ tuæ funde, ac moue, & permisce iterum cum aqua, ac sine denuò subsidere: ac tum iterum aquam nigram & immundã supernè diffunde, atque adde priori in testa terrea. Idque opificium itera tandiu donec nullam amplius nigredinem aut immunditiem puluis Lunæ tuæ de se mittat: Sed ipsa in fundo pateræ vitreæ resideat, in morem niuis candida. Tum in Sole aut igni pusillo siccabis, ac in pyxide vitrea seruabis, donec ego te vlterius docebo. Tum aquam illam omnem quæ testæ terreæ inest quã à Luna tua abluisti, evapora. Tum sume fæces in ea remanẽtes, ac in testa cũ plũbo colloca: cùmq; fluit, pone fæces paulatim super testã, donec fæces omnes

Nigredo ablue enda.

Quomodo fundendum & effundendum.

Omnis aqua à Luna abluta evaporanda.

in

in plumbo super testam omnino imbibitæ fuerint: tum fluat in testa, ac Luna tua in regulum remanebit. In fæcibus enim de Luna tua inerat, quam aqua proluisti. Ita nihil Lunæ tuæ in proluendo amittis præter eius sordes. Scies item te Lunam tuam tenuissimè limare posse, ac sumere in maream limaturæ Lunæ tuæ vnciam arseniei præparati medio spiritu eius mundato, atque inter 2 crucibulos cõcludes, vbi cum arsenico probè miscueris: ac per horas 12 aut 16 continuè calcinãdam pone. Quibus exactis exime, contere super lapidem, atque modis omnibus, vt prius doctum est, ablue. Item tum pulverem ac Lunam tuam quam lavasti, sume, ac pone sublimanda in olla vitrea, ad spiritum arsenici inde sublimandum. Atque ollam cui Luna tua inest, modicè calefacies, ita vt Luna non liquescat; candefacito vt tantum modo rubeat, vt vix videri possit vtrum candeat, nec ne. Atque ita retine ad horas 24 aut 32, tum sine frigefieri. Tum pulueres Lunæ tuæ exime, ac pone calcinandum in fornace in qua spiritus calcinãtur ad dies 12. Ac talem calorem adhibe, vt non candeat, sed ferè candeat. Et 12 illis diebus exactis, sinas modicè cãdere colore puniceo, vt non liquescat. Atque ita etiamnũ habe ad ignem ad dies tres, in eodem calore. Tum finito vt frigescat. Ac Lu-

Alius modus purgandi Lunam.

na tua ab ægritudinibus suis liberata est. Luna enim, sicuti reliqua metalla imperfecta duobus morbis est obnoxia: sed duo morbi non ita interiora Lunæ penetrant, vti morbi reliquorum 4 metallorum imperfectorum. Nam reliquorum metallorum imperfectorum profundissima, & interiora radicis occupauere: Sed 2 morbi Lunæ, vt sulphur combustibile, quod Lunæ adimit quominus in cæmento stare possit, nec antimoniũ transire, nec colores retineat: ac sulphur immundum, nigrum, incombustibile foris tãtummodo Lunæ adhæret, nec interiora radicis eius penetrat. Hoc pacto sulphur combustibile tolli potest, vti hîc doctum est, verùm à reliquis 4 metallis non tã facilè quàm à Luna. Alter morbus quo Luna detinetur, est frigiditas, atque intemperata humiditas, quæ itidem Lunæ foris tantummodo adhæret, non penetrat interiora radicis Lunæ. Ac proinde 2 isti morbi facilè à Luna repelli possunt, quod de reliquis fieri non potest. Primus morbus Lunæ videlicet sulphur cõbustibile calcinatione arsenici à Luna tollitur, atque ablutione, vt suprà. Scies, item arsenicum in sua crassitudine existens omnia corpora adurere & consumere, vt etiam faciunt auripigmentum & sulphur, quæ omnia 3 eiusdem naturæ sunt, vt corpora adurant & calcinent, ac destruãt, cũ quibus

Luna 2 morbis obnoxia.

Priot morbus Lunæ, sulphur combustile.

permiscentur. Cùmque arsenicum & auripigmentum liberata atque mundata sunt à sua immundicie, & terrestritate, atque à spiritibus crudis, atque partibus non fixis, & indè spiritum medium sumis: ac eo spiritu sulphur omne cõbustibile abigis ex metallis, cùm ea sæpè illo calcinas, lavas, teris, mundas & liquefacis, ac denuò eo calcinas: atq; id iterans tam sæpè & toties donec à suo sulphure cõbustibili liberentur. Lunæ verò non nisi semel id fieri debet, quia foris tantum Lunæ adhæret. Ita arsenicum aut auripigmentum simile est Theriacæ: nam materia vnde confecta est homines veneficari ac enecari possunt: est enim venenum: cùmque venenum illud in Theriaca præparatũ est, omne aliud venenum ab hominibus veneficatis repellit: idem arsenicũ & auripigmentum etiam faciũt, &c. Alter Lunæ morbus est superflua frigiditas & humiditas, quæ Lunæ foris itidem adhærent, atq; à Luna tollũtur calcinãdo in fornace in qua spiritus calcinãtur. Atq; hoc pacto Luna ad tẽperaturã reducitur ad lapidẽ ex ea extrahendum: verùm etiamnũ ex partibus crassis & fixis cõstat, ac muliebris est. Idcirco *Morienus* ait: *Nisi corpus imperfectum mundes, operam in nostra arte, & magisterio ludis.*

Alter Lunæ morbus superflua frigiditas, & humiditas.

Cap. 58.

ITEM Solem in subtilem pulverem præparabis, vt in opere de Sole doctũ est, ad eum

Sol præparatus, vt supra dictum, mi-

dem modum. Tum sume Solis & Lunæ ita præparatæ pondus ana, contere ac probè inter se misce cum aqua communi destillata, donec ijs pingi possit. Tum in Sole sicca, aut ad ignem pusillum. Et pone reverberanda in fornace reverberatoria in exiguis patellis planis, donec intumescant in morem spongiæ. Tum sine frigefieri; exime, ac solvenda pone in aceto destillato, in balneo, modis omnibus, vt in opere de Sole doctum est: tum acetum destillatum destilla, donec materia congelata fuerit, ac tum denuò solve. Istud solvere ac congelare tãdiu itera, donec nullæ amplius fæces remaneant. Tum verbum illud *Dantini* Philosophi perficitur: *Quod in eo inclusum est, reclude; quod siccum est, humecta; quod humidum est, exicca: tum frigiditatem Lunæ quære, ac caliditatem Solis reperies: ac caliditatem Solis quære, ac frigiditatem Lunæ reperies.*

scendus cum Luna prædicta.

Quamdiu soluendum ac congelãdum.

Cap. 59.

ITEM nunc materia ad lapidem extrahendum parata est. Scies itaque materiam Solis ferè omnem simul ascensuram, ac rapturam secum sursum omnes partes subtiles Lunæ: ac Lunæ nihil aut parum ascendit, quam partes eius subtiles. Maxima pars Lunæ est rudis, frigida, ac muliebris, ac in fundo remanet. Verùm Sol solus in

Materia ex qua lapis fit deliciendus, parata est.

suis partibus subtilis ac virilis est: ac Sole reserato, omne simul ascendit ob magnam subtilitatem eius: sicut Luna infrà in fundo remanet, nec vult ascendere ob crassitiem. Ita cõtrarium istis duobus corporibus inest, vnius corruptio, alterius nutritio est. Quare vtraque simul in opere necessaria, vt probè nosti. Adhæc materiam istam sublimandam pone, modis omnibus vt in opere albo & rubro doctum est. Ac tibi ab aëre cauere debes, cùm vasa tua aperis, cumq; spiritum eximis, aër enim te necaret. Quare vasa tua vt probè frigescant finito, antequam effringas. Ac si fortè accideret, vt spiritus tuum lutum penetrarent in sublimatione, aut alembicum finderetur aut rimas ageret, aut olla vitrea, caue tibi ab eo aëre, illico enim te necaret. Nam aër eius invisibiliter ascendit ob magnam subtilitatem eius, ac quò subtiliorem reddis, eò ferventior ac venenosior fit. Deus enim nec ferventiorem nec subtiliorem spiritum cõdidit inter omnes res mineralis, quam spiritum Solis, nec subtiliorem nec fugaciorem spiritum Sole. Si Sol in suis partibus apertus esset, vt Luna est, aut alia metalla, aut 4 elementa quæ in Sole sunt inter se essent contraria, Sol facilius ab igni ascenderet, quam vllus spiritus mineralis. Sed elementa adeò æqualiter in Sole temperata sunt, ac tam munda ac pura, vt

Materia ista sublimanda.

nec

nec iam, nec vllo vnquam tempore separari possint. Quare cùm Sol reseratus est, omne simul sursum subvolat, ita vt nihil quicquam relinquat, nisi fortè quid aliud ei esset permixtum aliarum rerum metallicarum. Nam cum Sole facilè aliud corpus metallicum, aut aliqua res metallica colliquatur. Omne enim ex mineris veniens, libenter sese cum Sole coniungit, cumq; illo amicum est. Nam Sol Rex & Dominus est. Quare qui ex solo Sole opus vult conficere, cauere debet, ne Solem vsque adeò aperiat aut reseret, vt sicut fermentum præparatus sit, alioqui vnum cum altero omne simul ascenderet. Quod si accideret fermentum ei pulveris crudi, solis, ponendum esset, si alioquī lapidem perficeres: verùm id non foret ex vsu tuo, fermentum crudum ponere. Verum si ita tibi contingeret, vt Sol tuus omnis simul ascenderet, magis ex vsu tuo esset lapidem album ex Luna perficere ad album, atque adeò non fusibilem efficere, ac incerare tum ipsum cum spiritu Solis: ita duplex commodum ac lucrum tibi esset. Lapidem enim album ad virtutem Solis perducebas, ac spiritum tuum cum anima in virtutem propriam; qua de re in alio opere docebitur. Quæras itaque: existimaueram Solem omnino fixum fuisse. Nam super quartale manet absque diminutione, atque etiam in cæ-

mento, ac in antimonio & in igni. Quamvis enim Sol semper in igni iaceret: Sol in igni non cremaretur: ac si Sol sub terra vsq; ad finem mundi iaceret, minimè corrũperetur, aut putrefieret. Nullis rebus quæ in orbe sunt, Sol corrumpi potest. Sol enim simplex est, atque omnes partes eius, atq; elementa sibi invicem contraria non sunt: atq; oleum eius ac sal ita cũ 4 elementis cõiuncta sunt: & Mercurius eius, ac sulphur cum oleo ac sale eius adeò firmiter in vnum permista sunt eum 4 elementis commixtione tali, vt eiusdem naturæ sint: atque vtrobiq; partes æquales sunt: ita vt Sol vna res tãtum sit; ac vna res sola, quæ ex nullis alijs rebus amplius est, nullis rebus a se invicẽ seperari potest. Talis est Sol, nam non nisi vna res est.

Nulla re Sol corrumpi potest.

Cap. 60.

ITEM adversus odorem aut aërem lapidis cum ipsum sublimas, duos oculos vitreos ante oculos alliga, ac latum corium ante os & nares, cui corio duplex panniculus laneus sit insertus, ac super eum pannum laneum lata spongia, atque eam ante os & nares alliga: in ea respirare poteris: atque tibi ab aëre cave, invisibiliter enim ascendit. Ac lapidem toties iterùm atque iterùm sublimabis, donec nullas amplius fæces post se relinquat, sitque mundus, candidus instar nivis, ac clarus instar crystalli. Tum lapis mũ-

Lapis toties sublimandus, donec nullas fæces post se relinquat, ac instar nivis sit candidus, ac clarus instar crystalli.

dus

dus, ac purus est: ac Mercurium ac sulphur Philosophorum parasti in sua virtute & subtilitate. Omnes verò fæces simul serva quæ in sublimatione remãsere. Nã iterũ reverberandæ sunt. Idq; quod remanet quod fæces appellavimus, corpus Lunæ est, quod etiãnũ in fæcibus sepultũ iacet: nõdum enim multum Lunæ ascendit, corpus & fermentũ nostri lapidis. Ita corpus è fæcibus cũ aceto destillato solve, quicquid ex eo solvi velit. Tũ cõgela, tum pone reverberandũ ad horas 24 igne leni, vt verè colore rubicundo candeat, nec ampliùs: sine frigefieri. Tũ exime, atq; iterum in aceto destillato solve. Tum denuò congela: Tum pone rursum reverberãdum ad horas 5 aut 6, vt verè cãdeat nec amplius: sine frigefieri, exime, ac denuò in aqua communi solve, rursum cõgela. Post candèfacito vt verè rubeat 5 aut 6 orationũ dominicarũ spatio. Tũ rursum exime, ac denuò solve in aqua cõmuni toties destillata, vt nihil remaneat. Hoc verò solvere toties iterabis, donec nullas amplius fæces relinquas, sed aqua indè tã clara defluat, vt in ea nihil amplius videri possit, quã si in ea nihil solutũ fuisset. Tũ denuò cõgela donec penè omnis humiditas destillata fuerit: tum sinas frigefieri. Frigefactũ verò inter se magnis frustis lapillaret, longitudine ac spissitudine digitorũ, lucidis instar crystalli pellucidis, albis in morẽ nivis.

Omnes fæces quæ in sublimatione remãsere seruandæ. Iterum reverberandæ.

Corpus solvẽdum cũ aceto. Congelandum & reverberandum.

Iterum solvẽdum in aceto.

Denuò reverberandum ad horas 5 aut 6.

Rursum solvẽdum in aqua communi, & congelandum.

Iterum solvendùm in aqua communi.

Rursum congelandum.

Tum fruſtula evapora, donec pulviſculus fiant inſtar niuis candidus. Hoc verò opificium adminiſtrandum eſt omne in pateris vitreis, ad id paratis, ſuper balneo bulliente ſtantibus, vaſiſque duplici panno lineo tectis, ne quid pulveris aut ſordium involet. Opus enim noſtrum mundum ac extremè purum eſſe debet. Ac tum terra pretioſa, & corpus & fermentum paratum eſt, ad animam & ſpiritum in ijs recipiendum, & magna amicitia, ac magno deſiderio amplectêdum, vt in æternũ ſimul maneant in magna concordia & pace: ita vt poſthac nullo vnquam tempore ſeparentur: ac in æternum magna ſubtilitate ac virtute regnabunt. Ac corpus animam propriam ac ſpiritum accipere deſiderat: atque anima cum ſpiritu cupit deſcendere ac requieſcere in proprio corpore. Alterum enim ſine altero eſſe non poteſt. Et cùm inter ſe, vt decet, copulata fuerint: tam firmum amoris vinculum inter ipſa eſt, ita vt omnino coëant, ac alterum cũ altero permiſceantur, vt eiuſdem naturæ fiant, ac res vna. Eſtque tum res ſimplex ſicuti cœlum invincibile: atque ita eſt quinta eſſentia ad omnes morbos ſanandos in momento.

Cap. 61.

Multæ viæ ſunt ad lapidẽ conficiendum.

SCIES verò deinceps pro magno ſecreto: multas eſſe vias ad lapidem conficiendũ: ve-

verùm vna via est difficilior, magis laboriosa, & prolixior alia: nec etiam eandem vim in proiectione habent. Lapis enim ex rudi fermento conflatus non haberet eam virtutem nec vim, quam lapis esset habiturus, cui corpus extremè paratum esset. Ita prout subtiliter operaris, proiectionem facies. Ac lapis ex Sole & Luna est educendus, ex vtrisque. Rubicundus vir adsit oportet, ac femella candida, si alioqui vera coniunctio ac vera & perfecta mixtio sit futura. Calidus enim rubeus vir operari debet in frigidam candidam mulierem, si fructus inde nasceretur, aut perfecta temperatura fieret. Res enim quæ ex sua propria natura per omnes partes æquè calida atq; æquè frigida est, aut humida aut sicca est; in ea simplex temperatura inest. Sed tãtùm vna natura est. Rem illam nõ potes corrigere: aut exaltare ex suo simplici statu in meliorem, Potes quidem rem illam mundiorem, clariorem, & subtiliorem efficere quam est, vt sit nobilior & perfectior quam est. Sed res illa manet res eadem: nam partes eius separare non potes. Quemadmodum ab aqua pura nihil præter aquam puram separare potes. At si aqua sordes aut fæces in se habeat, eas inde arte extrahere potes, ac mundam reddere: ac tum quidem paulò melior quam prius fuerat. Interim manet aqua, ac nihil aliud ex ea efficere

Pro subtilitate proiectio fit lapidis.

Lapis ex Sole & Luna educẽdus, & quare.

cere potes. Ita se res habet cũ Sole & Luna, quãdo ijs per se operaris, est Sol, manet Sol, est Luna, & manet Luna, nisi quod spirituale efficis. Potes suo ipsius corpore suum ipsius spiritum fixare, ita vt aliquã proiectionẽ in metalla mundificata in tertio ordine faciat: sed lapis Philosophorũ non est. Simplex medicina tertij ordinis est, nec quicquam amplius.

Cap. 62.

Ex quibus rebus lapis conficiendus.

LAPIS conficiendus ex rebus quæ separari à se invicem possunt: atque ex duabus naturis constare debet, ex frigida & calida, graui & leui, alba & rubra, ex densa & gracili, ex mare & femina: atque vt vna natura in aliam operetur: quod densum gracile sit effectũ, & gracile densum, quod leue, graue, quod calidum, frigidũ effectum: humidum exiccatum & siccum humectatum. Ita vna natura in aliam operatur: & ad extremum omnia hæc in simplicem naturam perducta. Atq; vnumquodq; ante meliore statu erat, ac meliore & altiore forma, aut in aliam essentiam cõversum. Cumque tum ad extremũ omnia in vnum confluunt, in simplicem essentiam, res perfecta est, quemadmodũ est cœlum invincibile, quod simplex est. Sed si terra humiditate opus habeat: cœlum eam abundè largitur: ac si terra siccitate opus habeat, cœlum itidem abundè suppeditat. Atque ita etiam de calido & frigido sese

Confert lapidẽ cum cœlo.

res

res habet. Nam quod in hac parte terræ deest, cœlum abundè suppeditare potest. Cœlum tamen nec calidum nec frigidum, neq; humidum nec siccum. Corpus est simplex, perfectū in sua extrema perfectione, in qua in æternum manebit. Ac in ipso omnis perfectio inclusa est, & proprietates omnes: ita vt quicquid terræ, herbis, arboribus, pecudibus, animalibus, hominibus hîc opus est, cœlum id omne hîc abundè suppeditet, magna sua perfectione, quā Deus ei infudit, divina sua ordinatione, ac mirāda perfectione.

Cap. 63.

ITAQVE in hunc modum lapidem nosse discees extra medicinam tertij ordinis. Lapis enim noster eandem proiectioné habere debet, quam Deus cœlo invincibili infudit & concessit. Itaq; debemus etiam lapidi nostro infundere easdem proprietates, philosophica nostra medicina, eandem vt vim & proprietatem habeat, in simplici corpore existens. Cumque omnes easdem proprietates ac vim habet, tum noster lapis est: & quandiu eas non habet, lapis noster non est. Ita te docui quomodo, & vndè lapis sit parandus, & quibus proprietatibus, antequam nomen lapidis philosophorū accipiet, &c.

Lapis eandem proiectionem habere debet quam cœlum invincibile.

Cap. 64.

ITEM nunc sumes corpus, aut terrā aut fermentū, aut quocūq; nomine appellabitur, ac

Corpus aut terra aut fermentum sumendū ac ponderandum.

ac ponderabis quàm graue sit, ac in libellum tuum referes, ac huiusmodi vitro indes. Tum verò 8 partes fermenti accipe.i. si habes 8 vncias fermenti, vnciam 1 tui spiritus sublimati pondera, atque etiam exiguo vitro inde, ac aquam destillatam superfunde: atque etiam aquam destillatam fermento superfunde. Impones verò singulis vitris, exiguum vitrum leuigatum quod ori quadret: ac pone vtrumque vitrum in calido balneo, ac statim vtrumqne in aqua nitida solvetur. Quo facto, aquas ambas confunde, atque agita ac moue, ac probè inter se misce. Facilè enim inter se miscentur: cupiunt enim altera alterius ingressum. Anima cum spiritu in proprium corpus ingredi cupit. Maritus propriam coniugem expetit: ac coniunx proprium maritum. Terra sicca & frigida, aquam calidam & humidam appetit. Ita alterum alterius amplexum expetit, ac ingressum vsque ad fundum ac interiora radicis eorum. Ita hîc perfecta mixtio. Atq; etiam perfectior mixtio non est vlla quam aquæ cum aqua. Nullum hîc est interstitium, continuo sine mora alterum in alterum ingreditur. Cupiunt enim vtraque, alterum amplecti alterum ob magnam munditiem quam vtraque habent. Itaque vtraque in aquam nitidam reducito, ac permisce aquas inter se, vti dictum est, ac tum alembicum

vitro

vitro impone, & receptaculum ad roſtrum pone in balneo: ac humiditatem balneo deſtilla ad eam ſiccitatem vt pulvereſcat. Tum exime, ac fixandum pone in fornace ſecreta, modis omnibus vt in opere albo doctum eſt: ac calorem adhibe ad eundem modum, vt in opere albo doctum eſt. Ac breui temporis ſpacio omnem materiam nigram conſpicies. Tum ſcias veram coniunctionem accidiſſe, ac ſub nigredine albedinem latere. Et ſcies, niſi nigredo ſeſe in opere oſtenderet, nullam mixtionem nec coniunctionem fore: nec vnquam alterum cum altero fixari poſſet. Ac vbi nulla nigredo ſeſe oſtendit, ibi nulla fixatio inter animam, ſpiritum & corpus accidit. Nullum enim medium eſt quod ea ſimul teneat: quod medium eſt Sal illud Sapientum, quod animam, ſpiritum & corpus continet, atque alterum in alterum vt ingrediatur, facit. Sal illud etiamnum in interiore parte corporis iacet. Spiritus enim animam è corpore non eduxit. Atque vbi ſpiritus animam è corpore non educit, ibi ſal naturæ manet in interiore parte mixturæ reconditum: eſtque ſal medium illud quod ſpiritum & corpus & animam continet. Ac ſal illud tum in interiore parte mixturæ ſepultum iacet. Quomodo igitur Sal illud ſe cum illis permiſceret, cùm ex interioribus mixturæ non educi-

Humiditas balneo deſtillanda, in eam ſiccitatem vt pulvereſcat.

Fixandum eodem modo vt in opere albo, atq; calor eodem modo adhibendus.

Medium Sal Sapientum dicitur.

tur

tur cum ſpiritu, ac ſecum ſal ſubvehit, quo modo tum ſal illud partem cum ſpiritu haberet? Sal enim hoc animam in ſe habet. Idcirco Veteres ſal illud, ſal animatum dixere: animã enim in ſe continet. Ideò mediator eſt inter corpus animam, & ſpiritum. Nam cum ipſis partem habere debet. Sua enim acrimonia ſpiritum, corpus atque animam continere debet, atq; vt alterum in alterum ingrediatur, efficere. Itaque cum ſal iſtud cum ſpiritu è corpore non educitur, ac ſal ſecum ſubvehit quod in ſe animam habet: atque ita nullam partẽ cum ſpiritu habet: nam in profundiore parte corporis remanet. Ita ſal vnâ cum ſpiritu è corpore educendum eſt, in ſe animam habens: ac ſpiritus ſecum ſubvehere debet, ac fieri vnum cum eo: ſi alioqui mediator ſit futurus inter ſpiritũ & corpus. Hoc enim ſal animam in ſe habet: corpus verò abſque anima ſua viuere nequit, nec anima ſine ſpiritu eſſe. Itaque ſal vnum eſſe debet cum ſpiritu, ac ſpiritus vnum eſſe cum ſale. Quare ſal illud intermedium eſt inter ea, ſi alioqui ſimul ſint manſura. Ac *Arnoldus de villa nova* ait; *hoc Sal mirabile eſſe.* Atque hac ratione prædicta planum eſt, nullam fixationem in rerum natura poſſe fieri, quæ ad extremum perfecta permanſura ſit, vbi hoc ſal è corpere cum ſpiritu non educitur, vti priùs dictum eſt.

Cur Veteres ſal illud ſal animatum vocarint.

Cap. 65.

ITAQVE omnes illi errant qui vllas amalgamationes faciũt cum Sole & Mercurio, aut cum Luna & Mercurio, ac fixandas ponunt, ac vnum cum altero fixare volunt. Nequaquã fixabunt, nec iam nec vnquã. Nam sal illud in profundissimo solis ac Lunæ iacet: idq; apud se animã Solis & Lunæ habet: nec potest vlla materia quæ in rerũ natura sit ex interioribus Solis & Lunæ educi, quam suo ipsius spiritu, ac non alienis spiritibus. Idque non potest in Sole & Luna nec iam, nec vllo tempore fieri. Nam Sol & Luna ita aperiri & reserari debent, vt spiritum suum ex se emittant, ac spiritus sal attrahet animã in se ferens, ex interioribus Solis ac Lunæ, ac secum in cœlum subvehet, ac vna natura cum eo fiet. Cùm igitur iam corpus mundum ac purum est, ac spiritus cum sale in se animam ferente, anima itidem munda & pura existente: ac tum iterum conflantur iuxta corpus suum proprium idque mundum, vera coniunctio fit, ac nigrescit. Ac vbi hæc materia non est, ibi nulla nigredo sese proferet: ac vbi vera coniunctio non est, ibi nigredo sese non ostendit. Ita planum fit, omnes amalgamationes, omnes fixationes cynabrij, aut alia ficta insana opera omnia falsa ac fraudulenta esse, quamvis speciosa videantur, per rationes prius à me doctas.

Omnes illos errare qui amalgamationes faciunt cũ Sole & Mercurio, aut cum Luna & Mercurio, ac quare

Vbi vera coniunctio nõ est, ibi nigredo se non ostendit.

Ita

Itaque omnes falsas opiniones vita, ac perpende sedulo quod te docui : vt in philosophia illuminari possis : ac intelligas sermonem quo veteres semper in libris suis vtuntur.

Cap. 66.

LAPIS noster ex vna re educendus est ac non ex pluribus: nec quicquã peregrinũ ei adhiberi debet, nec minori nec maiori quantitate. Verùm animam ei extrahas, ac superflua ei tollas, ac mũdes:& corpus præpares,ac statim animam denuò illi infunde, & in sæcula victurus est, &c.

Cap. 67.

Regimen ignis persequendum ab vno colore in alium.

ITAQVE nigredine conspecta,certus sis veram coniunctionem factam esse : atque ignem persequere ab vno colore in alium, qualiscunque tandem color sit, vt in opere albo doctum est. Cumque id vides,aliquid exime, ac pondera,ac super lamina candente an fixum sit,proba,& ignem ferre possit. Itaque exime ac calcinandum pone candore modico ad horas 24 in fornace reverberatoria, aut in fornace camerata. Tum sinas frigefieri. Frigefactum,pondera, quantum sit eius pondus : ac tum solvendum pone, modis omnibus, vt ante dictum est. Cumque vtraque in aquam claram soluta fuerint, vtramq; aquam simul misce,vt priùs doctum est.Destilla humiditatem ex balneo, vt præ-

dictum

dictum, pone denuò fixandum in fornace secreta, modis omnibus, vt suprà doctum est, &c.

Cap. 68.

SCIES item pro secreto solutionem istam spiritus ac corporis non esse necessariam: sed opus multò subtilius ac fortius evadit. Dico lapidem post suam perfectionem, in vnaquaque solutione & congelatione centum in sua proiectione lucrifacere. Atque etiam certius est, vt fermentum & spiritus vtraque in aquam nitidã solvantur, quam si sicca inter se permiscerentur. Quæ enim melior ac certior mixtio quam aquæ cum aqua? vt prædictum est.

Solutione spiritus ac corporis iam dicta opus multò subtilius ac fortius evadit.

Nulla melior & certior mixtio quam aquæ cum aqua.

Cap. 69.

SCIES præterea cùm spiritus cum fermento fixus est, etiam opus non esse, vt tum calcines & soluas: Sed vnaquaque calcinatione & solutione te mille lucrifacturum in proiectione. Opus enim adeò subtile frequenti calcinatione cum solutione, evadit, vt sit incredibile. Ac propterea te doceo vt fermenti partes 8 atque 1 spiritus sumas, quia sæpè opus fixabis, & sæpè calcinabis, solves & congelabis: opusq; adeò subtile evadet, quam fieri potest in fundo, vt post ad altiorem proiectionem perveniat. Sumi possent 4 partes fermenti & quinta pars spiritus, ac simul permisceri. Sed tum toties calcinare

Frequenti calcinatione opus admodum subtile fit.

Fermenti 8 partes ac 1 spiritus cur sumenda.

non posses nec solvere, nec congelare. Opus enim nimis fusibile fieret. Ita vt sæpè calcinare, solvere & coagulare non posses, quia nimis facilè fusibile tibi inter manus fieret, ita vt nullam flammam ferre posset. Quare si opus altum vis efficere ac subtile, multas partes fermenti, ac paucas spiritus sumito, ita opus tuum sæpè calcinare, solvere & coagulare poteris. Ac sive multas, sive paucas partes spiritus fermento apponas, tempus æquè longum est. Nam si parum spiritus fermento apponas, opus facilius fixabitur: ac si multum spiritus fermento addideris, stabit diutius antequam fixabitur. Proinde facito modis omnibus, vti antè dictum est, in 8 partes fermenti vnam spiritus sumendo, ac solve, permisce simul, congela & fixa, calcina, ac tum solue ac misce modis omnibus, vti suprà dictum est, donec materia adeo fusibilis fiat, vt iam sese non amplius candefieri aut calcinari permittat. Tum desine, ac spiritum ei da, donec ad perfectam albedinem pervenias. Item vbi perveneris ad perfectam albedinem, procedes atque operaberis, augmentatione ignis per gradus, donec ad perfectam rubedinem pervenies, ac facies per omnia, vt te in opere de Sole docui. Tum demùm gaudeas, vbi ad perfectam rubedinem perveneris.

Item

Cap. 70.

Quomodo lapis sit multiplicandus.

Item ad lapidem tuum multiplicandum in virtute & viribus eius, ac non in magnitudine eius. Sed exaltabit se in sua nobilitate ac subtilitate: ita vt iam faciat 10000 in sua proiectione. Cùmque tum multiplicatus est, ac subtilis effectus, atque exaltatur ad magnas vires & potentiam, facilè 100000 faciet in proiectione. Ac si lapidem istum ter multiplicares ac subtilem faceres in virtute & potentia, proiectio eius infinita esset, ob magnam subtilitatem quam tum lapis esset habiturus. Imò lapidem toties multiplicare posses, ita vt nunquam ad finem proiectionis eius pervenires; ob magnam eius subtilitatem ac virtutem quam nanciscereturr. Sed facilè tam sæpè ipsum multiplicares, vt nullis vitris continere posses, recederet ac abiret, adeò subtilis lapis fieret, vt cùm solvere velles, vitrum penetraret invisibiliter, ac vitrum integrum maneret: ac lapis vitrum in speciem & colorem Rubini converteret. Vitrum enim liquandū pone lapide confecto, ac de lapide proijce tantum ponderis super vitrum, quantum sumeres si Iovem in Solem velles convertere: lapis vitrum liquefactū convertet in colorē, qualis ipsius est, in speciem & colorē inquam pretiosi Rubini. Ac retine ita, liquefactum

in eo crucibulo ad ſemihoram, ita materia dureſcet, adeo vt neque iam nec vllo vnquã tempore liqueſcat: eritque eãdem duritie, eodemque colore cum pretioſo Rubino ſine maculis. Fuitque magna diſceptatio inter Veteres, dicentes: vitrum illud ita coloratũ vti dictum lapide, melius & naturalius eſſe Rubinis naturalibus: ſicuti reperis in libro de lapidibus quẽ Hermes Philoſophus compoſuit: ait enim: In quamcunque rem lapis noſter proijciatur quæ liquefieri poteſt, quæ metallum non eſt, ſitque res illa vnius naturæ, eam cõverſurus eſt in ſe, quantum fieri poteſt: ſed non eodem gradu quo ipſe eſt: ſed eo gradu qui naturæ poſſibilis ſit. Quemadmodum dominus Deus hominem ſui ſimilem condidit in ſæcula, ac in eãdem libertate, ac in pluribus alijs partibus, quæ hoc loco ſcribere nimis longum foret, materiam enim noſtram nihil attingit. Itaque dico lapidem eas res ſolas in ſui ſimiles convertere, quæ metalla non ſunt, quæque vnius ſunt naturæ. Nihil autem in rerum natura quod vnius naturæ ſit reperitur, quam cryſtallus, aut vitrum, aut lapides prætioſi. Illa enim ex rebus compoſitis non ſunt, ſed ex re vna. Nam ex vitro aut cryſtallo nihil aliud confici poteſt, quam ex vitro vitrũ, nec ex cryſtallo quam cryſtallum: ſed coloribus imbui poteſt quibuſcunque. Nam album vitrum

cry-

cryſtallinum ſeſe habet inſtar elegantis tabulæ complanatæ, in qua quidlibet ſcribere poſſis: pari modo quolibet colore album vitrum cryſtallinum imbui poteſt: ac quò color nobilior, ac pulchrior ac ſubtilior eſt, eò vitrum nobilius ac præſtantius eſt. Ita etiam eſt in lapide, cum præſtantiſſimũ ſuum colorem vitro cryſtallino, aut cryſtallo infudit: ac ſui ſimile efficit, colore, pulchritudine, verùm non eodem gradu & potentia in qua lapis eſt. Nam vitrum illud nullam habet vim convertendi rem vllam, aut proiectionem faciendi. Verum eſt nobiliſſimum pulcherrimum & lucidiſſimum quod in rerum natura ſit: imò melius auro, quia natura nobiliſſima ei infuſa eſt, quæ ſub circulo cœleſti ſit. Itaque veteres in hoc conveniunt: vitrum hoc ita converſum eſſe tali gradu, vt nunquam liquari poſſit, nec igni comburi: eſtque tam nobile & præſtans ac præſtantius Rubinis Orientalibus, per rationem prædictam. Qui itaque ſumeret lapidem, ac vitrum cryſtallinum forti crucibulo inderet: cumque vitrum iam liquefactum eſſet, de lapide ſuper ipſum proijceret, donec color benè placeret. Nam lapis imbiberetur in vitro liquefacto, vt oleum in corio ſicco: cumq; iam color tibi arrideret nihil amplius injiceres: ac ſineres tum vnâ cum lapide fluere, donec ſe cõſtitueret in Regulum, ac du-

rus & pellucidus fieret. Id enim vna ex operationibus, viribus ac virtutibus lapidis nostri est, quòd res omnes cũ quibus sese miscet, liquidas convertat in non liquidas. Omnes res duras, molles efficit: ac omnia corpora mollia, dura: ac quicquid cõbustibile, incombustibile. Cùmq; istam proiectionẽ non haberet, nomen lapidis accipere non mereretur. Tùm solummodo medicina secundi ordinis foret, neç quicquam amplius. Lapis omnes easdem proprietates in se habere debet, quas cœlũ invincibile habet. Nam quicquid hîc in terra deest, cœlum abundè suppeditare potest: non tamen eius naturæ est cuius illud est quod nobis hîc suppeditat. Ita se res etiam habet cum lapide nostro. Omnia corpora sicca humectat, ac omnia corpora humida exiccat: omnia corpora frigida calefacit, ac omnia corpora calida frigefacit, omnia corpora immunda mundificat. Atq; etiamnùm multò plura facit, quam hîc explicare possumus. Tamen noster lapis nõ est naturæ vllius harum rerum, quarũ prius hîc mentionem fecimus: quemadmodũ cœlum invincibile facit: sed omnis potẽtia ei à Magistro arte divina impressa est, atque ignis adminiculo, ita vt potentiam & virtutem sit nactus: de quo gratiæ Deo agendæ.

Lapis omnis easdem proprietates in se habere debet quas cœlum invincibile.

Cap. 71.

Quemodo tales Rubini sint conflandi.

IAM si fortè tales Rubinos cõflare velis, facito vti dictum est: cumq; frigefacti fue-

sint eximè, ac diſſeca, atq; exacue ſuper mola ſuper quâ lapides pretioſi exacuuntur, magnos aut parvos, provt libet, ac bellè expolias. Ac habes præſtantes Rubinos ſine maculis cor hominũ exhilarãtes, atq; hero victoriam cõciliantes, &c. Ac vim iſtam receperũt ex virtute lapidis in ſeſe operãte. Ideò dico: Tam ſæpè lapidẽ multiplicares, vt tam ſubtilis eſſet, cũ denuò ſolveres in illa rubra aqua ardente, vt vitrũ inviſibiliter penetraret, ipſumq; amitteres, ac vitrũ integrũ maneret, ſed rubrũ ac pellucidũ fieret in morem rubini, ac durũ ac incõbuſtibile, vti dictũ eſt: ac nobili tuo lapide privareris: atq; tã ſpiritualis fieret, vt ad extremũ nullis vaſis vitreis quibuſlibet quãvis 10 pedes ſpiſſis, contineri poſſet: iſq; ea penetraret ob magnã ſubtilitatem multiplicationis eius, ac magnã potẽriã. Itaq; lapidẽ ſume, ipſumq; in hunc modum multiplica. *Cap. 72.*

ITem cõfice aquã fortem ex vitriolo clarificato, ac à fęcib⁹ præparato, & ſalnitro ana. Ex his aquã fortem deſtilla ſecundũ artem. Tum caput mortuũ ex olla vitrea ſume, ac tenuiter pulveriza: tũ cõtere ſup lapide: tũ in aqua cõmuni deſtillata impone, atq; omne ſal extrahi ſinito: tũ per philtrũ deprome, vt mundũ à fæcibus habeas: cõgela denuò: cũq; cõgelatũ eſt, pulverẽ impalpabilẽ indè cõfice, eũq; pulverẽ ollæ vitreæ immitte: atq; ibi

aquam illam fortem denuò ſuper pulverem funde, quam inde deſtillaſti, ac pone iterum deſtillandum, ac deſtilla quicquid deſtillare vult. Tum caput mortuum iterum exime, atque in pulverē contunde, vt prius; ac modis omnibus vt ſuprà, facito. Hocq; opus itera tandiu, donec ſal omne cū aqua forti omnino deſtillaveris. Tum aquam præſtantem habes rubrā lucentem de nocte, inſtar ignis lucidi. Tum aquam illam ſumptam in balneo rectifica, identidem deſtillando ac denuò ſuperinfundendo: ita vt ad extremum omne deſtillatum ex balneo habeas. Tum aqua tua pretioſa præparata eſt, in qua lapidem tuum multiplicabis & aperies. Item lapidem tuum ſume, atq; in ea aqua ſolue, ac ſtatim ſolvetur, ac in tepido balneo pone, ac alembico ſuperimpoſito, ac receptaculo ad roſtrum vbique probè lutato, balneum calidum tene: ac cùm aqua fortis tranſierit, pulverem proba candenti laminæ impoſitum, ac vide an ſubvolet, vt alijs locis doctū eſt. Tùm denuo aquam illam ſuperfunde, atque iterum firmiter luta, ac denuò deſtilla vt priùs, donec non amplius ſtillet. Tum iterum puſillū pulveris proba, ac vide an paulo magis avolet: ac ſi nihilo magis avolet quam prius, rurſùm aquam fortem ſuperfunde, ac alembicum ſuperimpone, ac receptaculū iuxta, luta vbique probè, ac rurſum

A qua præſtans rubra lucens de nocte.

sum tepido balneo destilla. Idque facito modis omnibus vt priùs doctum est. Atque hoc opificium itera tandiu, donec omne simul à candenti lamina subvolet: tum satis apertũ est, tum verò sublimãdum pone modis omnibus vt prius. Istamque sublimationem ter quaterve iterabis semper nullis fæcibus additis: tum satis est. Tum exiguam particulam eius quod sursum sublimatũ est sume, ac fixandam pone in fornace, in qua spiritus calcinantur, in tali vitro quale hic appositum est: atq; exiguo vitro levigato ori impositò: primũ pusillũ calorẽ adhibe: atq; aliquoties per gradus ignem auge, vt in opere doctum est.



Cumque fixum est, pondera quantum sit pondus eius quod fixatum est: ac tum pro 3 partibus fixis, vnam spiritus sume, ac rursum fixandum pone, vt prius doctum est: atque ita facito donec omne quod sublimatũ fuerat, fixum sit. Ac facilè fixabitur. Fixum enim in omnibus suis partibus fuit. Ac partes aliæ quæ primæ parti adduntur, facilius quam prima fixantur: vna enim pars aliam fixat. Ac in multiplicatione nulla nigredo intervenit: nec vlli colores orbis sese ostendunt, nec albedo vlla. Nec in sublimatione quicquam se præter rubedinem ostẽdit: nec in fixatione sese color alius præter proprium

In multiplicatione nulli colores sese ostẽdunt.

mani-

manifestat, is est egregia rubedo. Lapis enim nullum colorem alium præter rubedinẽ habet. Est enim tantummodo vna substantia, simplex materia, vt est cœlum invincibile. Scies item quamvis sublimaretur, non fixitate sua privaretur, & cùm lapis confectus ac paratus est in extrema virtute eius, tum lapis iterum aliter ex sua essentia in aliã fabricando mutari non potest. Nam si lapis ex sua essentia extrahi posset in aliam essentiam aut naturam, aut si mutari posset: lapis Philosophorum non esset, nec simplex esset: nec corpus glorificatũ. Non, non. Sermonẽ meũ ritè intellige. Lapis in nullã aliam naturam aut essentiã mutari potest, postquã perfectus est. Est enim tantũ vna res: idq; in suo gradu intellige.

Quæstio eiusq; solutio.

Cap. 73.

NVNC quærat aliquis: an lapis nulla ratione mutari potest? ante fixus erat atq; ignem ferebat: ac doces me vt ipsum denuò volatilem efficiam, ita vt sublimem. An non igitur reductus est ex fixa eius corporea natura, in purè spiritualem naturam? Rectè dicis ignem ipsum primùm tulisse: ac pòst volatilem factum: vtrumque verum est. Idcirco ex natura sua non est reductus in naturã aliam: ita esse debet: ac ni ita esset, nullam proiectionẽ faceret. Id enim quod proiectionem facit, debet esse spiritus, anima, & cor-

corpus æquè fortes ac potentes: ac si talis nó esset: sed corpus fortius esset quam spiritus, aut spiritus potentior quã corpus: tum in eo contraria natura esset: tum res vna non esset. Lapis noster est corpus, anima & spiritus, atque hæc 3 vnum sunt in simplici essentia inseparabiliter: æqualia magnitudine, viribus & potentia: vnum ab altero separatum non est: nam vna est essentia, vna natura simplex, alterum sicut alterũ est. Tamen tria sunt, spiritus, anima & corpus, sunt in vnum vt intelligimus. Verba mea funditus intellige, ac lapidem nosse disce, cuiusnam naturæ esse debeat. *Cap.* 74.

Lapis noster neque volatilis est.

SCIES item pro magno secreto lapidem nostrum neque fixum neque volatilem esse. Est simul spiritus & corpus, vtraque spiritum & corpus in sua natura habere debet, vtraque æquè valida, vt prius rationibus tibi demonstravimus.

Cur videatur fixus, igneque ferat.

Ac quod videatur esse fixus, igneque ferre, id fit ob soliditatem, ita vt partes lapidis tam in vnum cõpactæ sint, vt nulla res in rerũ natura tam arctè in vnum cõpressa sit, quã est noster lapis. In orbe enim nonest tam subtilis ac mũda res, quã noster lapis. Ac quò res aliqua subtilior ac purior, eò partes subtiles ac puræ firmius coeunt, ac cõprimuntur in vnũ, ac gravioris sunt ponderis. Amant enim se invicé, adeò vt in vnum cõprimantur,

ita

ita vt difficulter separari queant. Vide præstantiam eius ignem expectare: ac ignis partes eius separare nequit, quia adeò firmiter in vnum compactũ est: & tamen purus spiritus est; nam multò facilius volat postquam apertum est, quam vlli ex spiritibus: Idque ob magnam subtilitaté ac puritatem quam habet in sua natura. Non resistet igitur lapis noster melius & fortius igni? nam ex corpore simul & spiritu est: ac corpus tam subtile est: imò subtilius erat quam spiritus. Ac iam corpus & spiritus vnum sunt in vna essentia ac vna natura. Quantò fortius noster lapis igni resistere poterit, quam aurũ quod etiamnum est vt à natura formatum est, estque purus spiritus, ac igni resistit: debet itaque lapis decies millies fortius igni resistere, quam aurum. Cumque iam lapis noster apertus est ac reseratus aqua nostra ardenti, quæ partes eius compactas separat: atque vt attollantur atque inflentur facit in morem spongiæ. Si aurum ascendit igni pusillo facilius quam vllus spiritus ob subtilitatem quam illi natura cõcessit: quantò facilius ac velocius noster lapis ascendet ab igni exiguo calore quam aurum? Lapis enim noster extremam subtilitatem habet omnem, quam illi natura dare potest. Atque artifex ei extremam virtutem ac subtilitatem infudit, subtilitate ea quæ dari ipsi potest. Ita vt centies

ties millies subtilior sit quam aurum. Itaque lapis noster facilius ascendere quam aurum, debet: quia multò subtilior est. Ac cùm ei partes eius denuò coniunctæ sunt minori proportione, ita vt partes simul comprimantur, ita vt iterum in vnum coactæ sint: quod fixationem appellamus: lapis denuò ignem expectabit, vt prius fecit: ac millies fortius igni, quam prius resistet. Multo enim iam subtilior quam prius est. Nam quò sæpius lapis aperitur ac sublimatur, ac rursum simul cogitur, ita vt denuò in vnum comprimatur, quod fixationem vocamus: eò firmius cohærescit, ita vt partes subtiles ob magnam subtiliratem tam firmiter in vnum cogantur, vt centies millies melius igni resistat quam prius, &c.

Cap. 75.

Lapis non mutatur, sed in propria essentia permanet, & quare.

SCIES item, cùm lapidem multiplicas ac attollis in altitudine ac viribus, in natura sua non mutatur: non fit niger, nec quoslibet colores de se mittit: sed in propria sua essentia permanet, ac in suâ ipsius naturâ, in quâ prius fuerat. Nam ad extremum perductus est, ita vt simplex essentiæ factus sit, ac natura simplex. Ac natura ipsum non potest vlla ratione mutare, nec vlla arte quæ in orbe sit. Verum ipsum subtiliorem potes reddere quâ sit: sed in propria essentia sua permanet, ac in propria natura in qua est, &c.

Itaque

Cap. 76.

ITAQVE lapidem tam sæpè aperire ac reserare potes, vti priùs dictum est: ac postea sublimare: ac pòst partibus exiguis denuò cõpingere, ita vt partes eius denuò in vnum cohæreſcant: quod nos fixationem appellamus. Fixare quidem nuncupamus: sed fixare non est: est tantummodo condensatio, ita vt omnes eius partes subtiles rursum in vnũ cogantur, arctè simul, ita vt prius fuerant, ita vt denuò ignem expectet: ita vt rursum proiectionem facere eo possimus, vt prius faciebamus. Ita lapidem tuum facilè ter quatérve multiplicare poteris, nec sæpius. Nimis enim subtilis fieret, adeò vt inuisibiliter tibi elaberetur, cùm in aquam perductus esset, ob magnam subtilitatem eius, vt te suprà docui. Itaque lapidem tuum attollere potes in supremum eius gradum adeò, vt hic infra circulum Lunæ materiam tam nobilem & subtilem, quam lapis est, non sit reperire. Nam cum iam ita sublatus est, vt magis attolli non possit, nec subtilior effici: nulla materia terrestris lapidem superare potest, nec nobilitate, nec subtilitate, nec pulchritudine, nec potentia, nec viribus, nec mirificis influentijs & virtutibus quæ in eò inclusæ sunt, cùm ad supremum eius gradum est perductus, quemadmodum in proiectione demonstrabitur, &c.

Condensatio Lapidis, quæ improprie fixatio.

Scies

Cap. 77.

SCIES deinceps veteres Philosophos lapidem suum ad eum modū cōficere solitos, vt priùs doctum est, antequā ars aquarū fortium esset reperta. Nam ad illud vsq; tēpus corpora erant aperienda lentè, videlicet, calcinādo, reverberādo, solvendo in acri nostro aceto, ac cōgelando, donec noster lapis spiritualis esset: ac tum vlterius operabātur, vt priùs doctū est. Cùmq; iā lapis omnino perfectus esset, nōdum verā artem lapidē suum multiplicādi habebāt in virtute propria: sed paulatim in quātum vt ipsum p perfectione eius conarētur subtilē efficere, solvēdo in nostro aceto acerrimo, ac cōgelando donec in clarum oleum permaneret: cùmque oleum denuò durum in massām cupiebant efficere: Solē præparatum sumebāt, videlicet corpore exutum ac rubrum in morem sanguinis, ac cum eò oleū suum permiscebant semel solvēdo & cōgelando: ac tum in fornace secreta ponebāt, calore tēperato, donec cōverteretur in obscurā massām rubram instar sanguinis draconis, quæ iam ob solutionē & cōgelationem frequentē multò subtilior quam prius erat. Id posteri animadvertētes acumē mentis exacuerunt, ac aquam fortē adinvenēre, quæ viam illis multum abbreviauit. Aquam enim fortem confecēre, vt priùs dictum est, in qua vtrumq; corpus terere poterāt ac molere, vtriusq; partē vnā sumentes, postquam

Quomodo veteres ante inventas aquas fortes lapidem suum confecerint.

Posteri aquas fortes adinvenēre.

mundata essent; ac tum aquas miscebant, atq; ita regebant vt mixtio sine fæcibus esset pellucida & clara. Ac facilè tum lapidem suum spiritualem efficiebant: atq; tum porrò lapidem suum ad extremã perfectionem perducebant: quem tum eâdem aquâ forti prædicta probè rectificatum, subtilem efficere ac multiplicare in propria virtute vti libebat, poterant: idque modis omnibus, vt prius rectè doctum est. Ita aqua fortis magnum adminiculum est ad opus abbreviandum, & ad altiorem perfectionem lapidis perducendum.

Cap. 78.

Quomodo spiritus viri rubri in corpus mulieris candidæ infundendus.

DEINCEPS breviter te instituere cupio, quo pacto spiritum viri rubri in corpus mulieris candidæ infundere poteris. Estque nobile ac delectabile opus, aut via in arte, vt audies. Sume igitur primùm Lunam super testam aut cupellam sicce purgatam, ac probè à plumbo reflatã: solue in eius aqua alba, eam præcipita, ac sal aquæ ablue, ac reverberandam pone, vt probè intumescere possit, ac tùm in aceto rectificato solue, quicquid solui velit, omnesque solutiones in vnum congrega. Ac quicquid solui respuit, iterum reverberandum pone: & tum solve vt suprà. Atque ita persequere donec omne solutum fuerit in aceto. Tùm aceto per destillationem separato solue in aquâ cõmuni

recti-

rectificata omne quod solui vult: ac denuò congrega omnes solutiones in vnum: ac quicquid non solvitur, exicca, ac in aceto solve, ac si ne ibi quidem omne solui velit, iterum paululum reverberare debes, ac in aceto facile solvetur. Et vt meliùs in aqua solvi posset, non foret inutile si ita pauliſper staret fermentans in aceto. Tum acetum per destillationem separa, ac solvendum in aqua communi pone: idque persequere, donec omne solutum fuerit in aquã claram. Tum id destilla: ac Lunam parumper calcinandam pone, vt spiritus aceti indè simul omnes ascendere possint. Tùm solue iterum in aqua communi, & si quid est quod solui nolit, id denuò præpara solvendo in aqua communi, ac calcinatione, donec omne in aqua communi solvatur, ita vt nullæ fæces, aut spiritus aceti apud id remaneant. Tùm aquam siccè destilla. Ac Luna tua iam mediocriter ad opus hoc parata est: aqua enim fuit. Corpus hoc album serva in pyxide vitrea, in tua stupha sicca, ita vt aridum maneat, donec eo tibi opus sit, &c.

Cap. 79.

Quid Sole agendum mundificato in cæmento regali.

ITEM sume Solem probè mundificatum in cæmento Regali, ac solve in eius aqua rubra, ac præcipitabis, bulliendo in magna quantitate aquæ communis probè rectificatæ: ac calcem probè à sale ablue aqua præ-

dicta. Sinas ficcescere, ac tùm aperiendum ponas calcinationibus in fornace camerata dies 16, aut reverberatoria 12 dies, lenta flamma. Tùm pone in eius aqua rubra rectificata solvendum in balneo, ac ibi dies 88 sinas putrefieri. Pòst aquam illam destilla, idque quod in fundo remanet, crucibulo vitreo suprà levigato inde: eumque exiguo rotundo & plano ac æqualiter levigato, ac pone in magno receptaculo per medium



secto, vt hîc videre potes super vitreo pusillo tripode, partem superiorem amputatã denuò superimpone, ac alembicum receptaculo ei addito, omnibus probè lutatis: atq; ita in fornace pone cum arena aut cineribus, tàm profundè, vt materia facilè 2 aut 3 digitos latos cineribus tecta sit. Ignem pusillum primùm adde, atque aliquoties vehementiorem, donec magnum receptaculum modicè candeat: ac in candore retine octo dies continuè. Sinas sua sponte frigefieri, ac paruum vitrum exime: ac si integrum est: dies octo ibi remanere finito; sin ruptum est, alteri vitro inde quale priùs erat: atque in forti vase terreo



reo pone in hunc modum facto, quasi essent 2 crucibuli: leviga vt in vnum quadrent. Huic paruum illud vitrum impone probè lutatum: ac crucibulos itidem solidè luto obtura: ac cùm lutum siccum est, omnia simul in fornace calcinatoria pone, ac per gradus ignem strue, donec vas illud terreum candeat, ita vt Sol tuus non liqueſcat: atq; in eo candore retine 12 dies continuè: tùm spōtè sinas frigeſieri: tum exime, ac Solem tuum rubrum instar sanguinis reperies: idq; indicio est, omnino exutū corpore esse. Ac si ruber nō esset, sed croceus aut intermedius, tum denuò solvēdus esset in eius aqua rubra rectificata, ac porrò facidēū, vt hic doctum est: id persequens donec ad plenū corpore sit exutus, ac ruber instar sanguinis. Tū in rubrā eius aquā forti rectificatā pone, ad plenè putrificandum, donec omnino sit volatilis. Tum præcipita, à sale probè repurga: Solue in aceto, & in aqua communi rectificata congela, & calcina modicè in fornace in qua spiritus calcinantur, ad spiritum aceti inde separandum, ita vt nihil propriæ humiditatis natiuæ amittas. Post secundum artem sublima, vt alibi satis dictum est: ac sublimationem denuò itera, donec nihil omnino remaneat: tum

Rubedo Solis in morem sanguinis, quid significet.

ſpiritus probè paratus eſt. Atque eo incera corpus illud Lunæ, donec ad perfectam albedinem pervenias, qualis eſt oculorum piſcium. Ac tum albedinem porrò ad rubedinem perducas, vt priùs doctum eſt: ac ſi libet multiplica vim eius aut potentiam, aut facito liquidum, vt priùs in albo, atq; etiam in rubro ſatis declaratum eſt, &c.

De proiectione lapidis.
Cap. 80.

Quomodo proiectio ſit inſtituenda.

DEINCEPS docebo te quî & quo pacto lapide tuo vtêris ac metallis iunges ad tranſmutandum in Solem aut in Lunam. Scies itaque pro magno ſecreto, te nullam proiectionē in vllum metallum poſſe facere, quin priùs ad id præparari debeat, ad hunc modum. Si proiectionem in Iovem vis facere, liquabis ipſum in crucibulo, ac pones ſuper ♃ Iovis vnciam puræ Lunæ, ac ſimul colliquabis, ac lapidem tuum album ſuperijcies: ac tum Iupiter in veram Lunam tranſmutabitur, multùm aut parùm, prout lapis tuus ſubtilis eſt effectus, vt iam meliùs explicabitur. Ac ſi rubro tuo lapide operari vis, ipſum ſuper Lunam proijcies, ei nihil facere debes, quam vt eam liquefacias, ac tum rubrum tuum lapidem ſuperijcias, ac Lua tua verus fiet Sol, melior eo qui ex mineris adfertur. Ac ante

Metallũ præparandum, antequam proiectio in id fieri poſſit.

omnia

omnia scies, cùm proiectionem facere vis, album tuum lapidem solummodò super Iovem proijcias, ac in nullum aliud metallum. Iupiter enim metallum Lunæ proximũ est. Iupiter enim crudum & incoctum est corpus, ac lapis nihil aliud facere opus habet, quam Iovem percoquere, vt alibi doctum est. Ac alia metalla facilè etiam transmutaret in Lunam, sed sunt immundiora Ioue, ac proiectio tum tam alta non foret. Atque etiã deberet lapis diutius in igni fluere cum metallis impuris, antequã sese in Regulum constituerent, quam Iupiter, &c.

Albus lapis tantummodo super Lunam proijciatur, ac quare.

Cap. 81.

ADhæc proiectionem tuam facies rubro lapide super Lunam, id est metallum omnium purissimum super quod proiectio fieri possit. Atq; etiam nulla proiectio fieri potest rubro lapide, quã super Lunam. Nam si ipsum super Saturnum aut reliqua metalla proijceres, nullam super ea proiectionem faceret. Lapis enim ruber nihil præter Solem efficit. Ac scies à primo gradu ad tertium perveniri nõ posse, nisi secũdo præterito. Ita metalla imperfecta primum ad Lunam forent reducenda, ac tum ad Solem. Nullum enim metallum ad Solem pervenire potest, quin prius Luna sit. Imò Sol priùs Luna fuit, antequam Sol factus sit. Natura priùs inde Lunã generare debebat, antequã

Rubro lapide proiectio facienda super Lunam, ad quare.

ad Solem perducere posset. Ita isthinc ad locum 100 miliaribus distantem perveniri nō potest, nisi iter intermedium transeas: ex vno extremo in alterum transiri non potest, nisi per medium transeas. Verum lapidem in quodlibet metallum proijce, ac Luna fit, siquidem metallum tuum vivificas, ac animā ei indis. Vt *Morienus* ait: *Metallum nostrum non est vulgare metallum, vivit, animamq; habet*. Itaque lapidem tuum nosse disce, quid sit. Nam eo nullæ res impossibiles fieri possunt. Nam rubro lapide Sol confici nō potest, nisi prius Luna sit. Nam supra Naturam operari non possumus quoad gradum. Natura enim non potest pervenire à primo gradu ad tertium, nisi transeat per secundum, qui inter vtrumque medius est: de quo in libro Vegetabili ac animali, multis in locis docebitur, &c.

Cap. 82.

Modus proiectionis tenendus.

ADHÆC modum proijciēdi nosces. Nam si lapidem proijceres super Lunā aut Iovem tam crudum quā factus est, aut ex vaso desumitur: materia lapidis ingredi metallū nollet, quamvis ei metallo animam indidisses, aut tametsi viuum corpus foret, sicuti Luna est: Lapis & cum eo permiscere nollet: quia tam subtilis, ac in vnum cōpactus est: quamvis etiam pulvis esset. Metallum enim crassum est ac liquefactum, ac si lapidem super

per id proijeeres, lapis liqueſceret, ac cõſiſteret ſuper metallum, ac ſeſe ſuper illud ſpargeret: ac metallũ retineret quominus fluere poſſet: metallum etiã defenderet ne ſulphur eius combuſtibile ſubvolare poſſet: nec ignis metallũ illud exurere poſſet auxilio ſulphuris eius cõbuſtibilis. Ita lapis metallum defenderet. Nam ſuper id iaceret, quemadmodum oleum liquefactum ſuper aquam fluitat. Sed lapis ſeſe permiſcere nollet cũ metallo, quemadmodum oleum ſe cum aqua permiſcere reſpuit: quamlibet oleum & aqua etiam contundantur: cùm iterum quieſcit, oleum denuò ſupernatat, atque oleum cuſtodit quominus alienæ humiditates in eam perveniant. Atque etiam oleum aquam ſervat quominus vllus aër inde eſpirare poſſit, nec ſpiritus ſubtilis vllus. Omnibus enim aquis quidam ſpiritus ſubtilior ineſt. Nam ſinas aquam retectam ſtare 4 aut 5 dies, aqua illa ſtatim fœtebit, cùm ſpiritum ſuum amiſit. Verùm cum oleo tecta eſt, quamvis aqua per annos 10 ſub oleo ſtaret, non fœteret: ita oleum aquam illam ab omnib. corruptionib. tueretur, atq; ſpiritum aquæ ſervaret, quominus avolaret. Quæ fit quæras, vt oleum ſe cum aqua non permiſceat, ac ſemper ſupernatet? Oleũ enim aqua gravius eſt: quomodo igitur ſupernatat? Quotidie enim leve ſemper ſupernatare cernimus.

Omnibus aquis quidam ſpiritus ineſt ſubtilior, quo amiſſo aquæ fœtebunt.

Quæſtio eiuſque ſolutio.

Cap. 83.

IN primis & ante omnia scies, oleum nullam partem cõmunem cum aqua habere, quamvis vnum corpus cum aqua fuerit: tamen nullam cum oleo partem habet. Nam quinta essentia quam oleum retinet in semine aut in re alia ex qua oleum extunditur aut destillatur, abijt. Nam cùm quinta essentia recessit ab vlla re, in qua aqua, ignis, aër, terra, oleum ac sal simul tenentur: cùm iam quinta essentia abijt, omnia pariter separentur necesse est alia ab alijs: nec pòst amplius simul coire volent, antequã glorificata sint. Itaque oleum cum aquâ permiscerì renuit, quamvis cum aquâ vnũ corpus fuerit quintã essentiã colligatum. Ac oleum semper supernatat, tamen aqua gravius est. Nostine quî fiat? Oleum multò subtilius est quam aqua, quamvis oleum multas partes crassas habeat in se, atque etiam sal armoniacum: atque partes olei firmiter in vnum cõpressæ sint, ita vt separatari nolit. Atque aqua est elemẽtum solidum, ac valde apertum, ob crassitudinem quæ ei inest: oleum verò subtile est atque igneum, ac firmiter in vnum compressum est: ac omnis ardor tendit sursum, atque omnis subtilitas tendit sursum: atque etiam partes firmæ separari nolunt à se invicem, ita vt aquas spissas nolit penetrare ad

Cur oleum quamvis aquâ gravius sit, tamen supernatet.

mer-

mergendum. Ita vt oleum necessariò supernatare debeat. Ita quoque se res habet cum nostro lapide, is etiam super metalla natat, vt oleum super aquam. Nam lapis nondum partem habet cum metallis, quamvis metallum fuerit: metallo gravius est: idque est quod sit subtilior, ac firmiùs in vnum compactus: ac metallum stat liquefactum, estq; valdè solidum, vt aqua: ac lapis non est naturæ metalli, est enim iam quinta essentia: ideò se cum eo permiscere non vult, nec ingredi. Atque ita supernatat ob firmas illas partes quæ separari nolunt: ac lapis etiã ingredi non vult, atq; ita necessariò supernatare debet, ita vt in metallum ingredi nolit. Scies *Hermetem* dicere: *Lapis noster partem habere debet cum corpore & spiritu, atque cum anima, antequam proiectionem faciet.*

Cap. 84.

SCIES porrò lapidem nostrum partem habere cum corpore & anima & spiritu. Sed partes in lapide sunt tali perfectione, ac tali spirituali substantia vnitæ, ac in vnum coactæ, vt se cum nullis crassis, imperfectis, impuris partibus permiscere nolint, nisi per medium, quod medium spirituali substantiæ coiunctum esse debet, siue albus siue ruber sit. Nam nulla congregatio fieri potest in rebus vllis quæ sibi invicẽ contrariæ sint, quam

Nulla coniunctio rerum cõtrariarum fieri potest, nisi per medium.

quam per intermedium, quod res contrarias alteram in alteram ingredi facit: ac sese invicem cõplecti, ac simul manere; qua de re multis in locis te docui. Ita etiam hic in proiectione res habet. Lapis in metalla nigra, sordida immunda, & imperfecta ingredi non vult, sine medio. Nam nigra impura metalla imprimis lapidi contraria sunt. Quomodo igitur res illæ duæ contrariæ coirent vna in alteram sine medio? Profectò minimè nec iam nec vllo vnquam tempore. Medium adsit oportet, per quod medium, alterum alterum penetrabit. Iam quodnã erit illud medium per quod 2 illæ res dissimiles coibunt? Medium illud corpus vivum sit oportet & vnum cum mortuo, impuro, ac fœtenti corpore. Ac idem illud corpus viuum vnum esse debet in vno corpore cum lapide albo & rubro. Ac cùm iam hæc 2 mortua fœtentia metalla in sese habent purum illud viuum corpus, quod vnum cum illis est, vt sunt anima & corpus: ac lapis siue albus siue ruber in ea proijcitur etiam in se habens idem illud corpus viuum, ac tum conveniunt, quodq; suum in suam naturam trahit, ita vt ibi coniunctio fiat, atque vnum in alterum ingrediatur. Ita vt lapis ad eum modum congregatus secum omnem corruptionem expellat: ac perfectum viuum

cor-

corpus efficit, aut melius ac perfectius quã ex fodinis veniat.

Cap. 85.

Quo pacto lapis tam albus quam ruber sit parandus ad cõiungendum cum metallis.

NVNC te docere volo quo pacto lapidem tuum siue albus siue ruber sit parabis ac probabis, ad copulandum cum metallis, & in ea ingrediendum. Sumes itaque lapidis tui rubri partem 1, atque huic mille partes puri Solis addes, idque in tenues laminas tundes: tum sume viuum surphur, ac tere super lapide in densam pultem oleo, atque eo laminas tuas inunge, & sine siccescere: tum iterùm inunge, ac tertiò, sine identidem iterùm siccescere. Tùm viuis carbonibus impone, ac calcinari sine. Tùm contunde in pulverem, ac pulverem laua aqua communi destillata, donec aqua tua nitida à pulvere defluat. Tùm pulverem super lapide contere cum melle cum favo aut aqua gummi, ac tam tenuitur contere ac si eo pingendum esset. Tùm denuò vasis vitreis inde: ac ablue aqua communi calida destillata sine pulverem subsidere: aquam supernè diffunde: move ac sine subsidere, rursus diffunde: idque itera donec aqua illa tam clara à pulvere defluat, quã eam superfundis. Tùm pulverẽ tuum exicca super pusillum ignem aut ad solẽ. Tùm Sol tuus paratus est, &c. Tum sumes mille partes huius pul-

pulveris Solis, ac partē 1 lapidis eius, ac lapidē subtiliter pulveriza, ac immisce pulveri Solis tui præparati: ac tum habe crucibulum quod multum ac vehementem ignem ferre possit: atq; huic crucibulo aliud crucibulum apta, ac super lapide leviga, ita vt alterum alteri quadret, aut alterū alteri includatur, quasi esset operculū. Tum huic pulverem tuum inde, ac crucibula alterū super alterū luta firmiter, ac foris circūda forti luto spissitudine trium aut quatuor digitorum: ac sinas lutum probè siccescere. Tum crucibulum pone in furno venti, ac primùm ignem pusillum adhibe: aliquoties magis magisque calidiorē, tandiu donec crucibulum tuum probè incandeat. Tum ignem tuum insigniter augebis, donec certus sis materiā tuā in crucibulo liquescere. Tum retine crucibulū dies tres in vno calore: ita vt materia tua liquescens maneat: ac pòst sua sponte frigefieri sinas: ac effringe crucibulū tuum: ac reperis insignem duram massam: estque frangibilis quasi vitrum esset, ita vt pulverizare possis. Ac cùm iam proiectionē facere vis, proijce partem 1 huius massæ subtiliter pulverizatæ in mille partes metalli proximi animam habentis ac viui: ac transferet in verum Solem aut Lunam meliorem quàm ex mineris venit. Et hoc est opus illud trium dierum, de quo Veteres in suis libris meminerunt:

nerunt: estque opus magnum, corpus Solis adeo subtile reddens spatio 3 dierũ, interim quod cum lapide liquefactus stat: adeo vt Sol medicinalior fiat quã priùs fuerat: imò magis qũam credi possit. Atque hoc pro magno secreto habe, &c.

Cap. 86.

Lapidem modo prædicto paratum nullam proiectionem facere in Mercurium.

Item nunc porrò scies lapidem hoc pacto paratum nullam proiectionem posse facere in Mercurium, propter difficilem fusionem. Nam lapide tantummodo proiectio fit ad rubrum super Lunam, & ad album super Iovem. Quare tam fusibilem efficere nihil opus est: qua de re in multiplicatione te abundè docui: quo pacto oleum ex hoc lapide conficies. Quare nihil opus est hic de Mercurio tradere. Sed tenebis quando oleo operari vis, ac super Mercurium proijcere: sumes ℔ 1 Mercurij, semimarcam puræ Lunæ cupellatæ: atque ipsam eâ libra Mercurij amalgama in crucibulo vitreo, impositamque crucibulo terreo: igni impone: cùmq; fumare incipit, oleum tui lapidis superijcito, quod cum corpore paratum est, vt te in multiplicatione docui, ac nunc etiam alijs modis docebo. Recipe oleum albi aut rubri lapidis: ac sume Solem ad oleum rubri lapidis. Tum in vnam partem olei, 10 partes Solis calcinati adde, ac parati, vt suprà doctum est: atque imbue hoc oleo calcem Solis, atq;

in ampulla vitrea pone in tripede. Ac primum ignem pusillum adhibe: ac aliquoties magis magisque maiorem, donec manum tuam in interiore parte fornacis vix tenere potes: atque hoc pacto ad 5 aut 6 dies stare sine. Pòst ignem auge donec lapis fornacis interioris stridet, quū digito madido ipsum attingis: ac in eo calore 3 dies retine: Tùm sinas sponte frigefieri: exime, ac rupto vitro duram massam concretam reperis. Volens itaque proiectionem super Mercurium facere, Mercurium crucibulo inde, vt antè dictum est: ac partem huius massæ sume & pulveriza, ac superijcito, cum Mercurius fumare incipit. Tùm ignē auge, donec fluere incipiat. Tum sinas fluere, donec se in Regulum statuat. Tum extingue ac frigefieri sine: exime, ac malleo super incude tunde, ac vide an molle sit: si molle est, Solem bonum habes. Et quandiu frangibile aut fragile est vt vitrum, medicina est. Tùm Lunam liquefactam superijcito, donec molle sub malleo maneat. Tum bonum Solem habes. Et quandiu frangibile est, nondum ad finem proiectionis tuæ perveniſti, siue rubri siue albi lapidis: siue rubri siue albi olei: tum porrò in alia metalla proijcere debes tandiu, donec molle maneat, ac colore egregio, atq; omne examen transeat: tum finem proiectionis tuæ habes, &c. Tibi dico, mi fili, lapide con-

confecto vt te docui, in opere albo aut rubro, & in multiplicatione, proiectio eius tã infinita est, vt sit incredibile ijs qui artẽ funditus non intelligunt. Nam ægrè ad finem perveniri potest, nisi sæpè porrò proijciendo in metalla, donec mollia permaneant, ac omnes probas transeant, vt te docui.

Cap. 87.

VERBA mea quæ dicturus sum, probè intellige. Lapis albus & ruber primùm ortus est & coagulatus ex Mercurio & ex albo Sulphure: & sic coagulata venenum sunt. Lapis enim coagulatus ex puro & albo sulphure, ac ex Mercurio puro, est arsenicum albũ, purum & subtile, ac est venenũ. Nam quò venenum purius ac subtilius est, eò venenosius est. Ac rubrũ purum sulphur cùm in purum Mercurium incidit, Mercurium coagulat: idque fit flavũ resplendens arsenicum, estq; etiam purũ & subtile, imò multò subtilius arsenico albo. Ac si magno equo daretur vncia arsenici, procul dubio moreretur. Nam venenũ illud cor peteret: ac porrò omnia mẽbra pervaderet ita vt omnis caro ac quicquid in equo est veneno inficeretur: ita vt mori deberet. Ac si de hoc equo comederẽt canes, aut feles, aut aves, omnes simul indè morerẽtur. Ac si vncia nostri veneni tã magnũ equũ enecare potest, qui tot centũ libras appendit, ac porrò quicquid ex eo comedit.

Vndè lapis vterque primùm fit coagulatus.

Quò venenum purius ac subtilius eò venenosius.

Si

Si potest igitur vnum venenum in tam parva quantitate tantam vim exerere in tantam quantitatem ponderis, ac noster lapis ex eodem arsenico albo aut rubro conflatus est: atque ex rubro longo tempore Sol effectus, atque ita coxit calore solis, continua coctione in terra: ac venenum induxit in interiora eius, ac intetiora foras produxit. Atque ex materia quæ prius venenata fuerat Natura magnam medicinam effecit. Sol enim confert cum omnibus medicamentis in omnibus morbis. Lapis noster ex duobus istis metallis prædictis conflatus est, videlicet ex Sole & Luna, vt in opere apparet, &c.

Cap. 88.

Sol & Luna sumenda ac retexenda ab artifice.

SVMAS igitur istum Solem & Lunam, atq; denuò retexe quod natura tam multos annos in ijs operata est. Tùm artifex iterùm retrorsum retexit donec perveniat ad eam materiam, in qua erat cùm natura primùm in ijs operari inciperet: ac rursum reduxit ad arsenicum: ac venenum illud denuò foras traxit subtilitate artis. Ita vt materia illa millies venenosior sit, quam priùs, antequam natura primùm in ea operari inciperet. Si iam huius materiæ drachmæ 2 magno equo darentur, continuo mori deberet, atque etiam is qui ex eo comederet. Materia enim iam adeò subtilis est, vt iam tam venenata & calida sit, vt dici non possit. Ac præterea

materia

materia sæpè sublimatur ac multis vicibus: ac in sublimatione materia tam subtilis, ac calida fit, ac tàm venenata, vt fumus eius continuò hominem sine mora necaret: imò si huius materiæ sedi imponeretur in qua homo sederet: atque is ei 4 aut 5 orationũ dominicarum spatio insideret, materia corpus eius invaderet, vt continuo moriendum ei esset. Nulla enim tam fortis bestia est: quamvis etiã esset venenatus draco: si fumus corpus eius ingrederetur, moriendum ei foret. Quare Veteres materiam Draconi venenato assimilavere, ac dixére: *Draco suam ipsius caudam voravit.* Ac materiam etiam vocarunt *serpentem seipsum impregnantem*, &c. Itaque non reperitur in orbe maius nec fortius venenum, materiá lapidis, ob magnam eius subtilitatem, ac magnum calorem qui in eo est, cùm sublimatur.

Quare Veteres materiam draconi venenatæ assimelaverint ac serpentem vocitarint.

Cap. 89.

TVM verò artifex efficit sua arte philosophica ac medicina, vt venenum quod foris fuerat, in penitiore parte materiæ sese collocet: ac magnam virtutem eius medicam quæ in interioribus eius latebat, foras magna arte medica produxit. Estq; tali temperaturá temperata in calore, frigore, in siccitate & humiditate, vt sit natura cœlestis. Ac quantũ veneum priùs fuerat, tanta medicina iam facta est: interioribus eius foras

productis. Hoc pacto intelliges de magno illo equo qui necari poterat vncia lapidis, antequam natura in eo operari inciperet, quod arsenicum appellamus. Id si tantas vires habet, ne mireris lapidem infinitam proiectionem facere, cum ad naturam cœlestem perducitur. Res enim extremè bona potest 100000 plus boni efficere: quam res extremè mala, mali possit efficere. Exempli causa: Deus extremè bonus est, ac Diabolus extremè malus: vter maiorem potentiam habet? Deus an diabolus? Ita etiam res habet cum nostro lapide. Cùm venenum erat, tantam bestiam necasset: ac iam bonus factus est, quantum igitur boni iam facturus est exiguo pondere? imò millies ampliùs.

Res extremè bona infinitis partibus plus boni efficere potest, quam res extremè mala, mali.

Cap. 90.

NVNC autè quæras, quomodo vna pars lapidis tingeret 10000 aut 100000, aut plures partes quam Luna: difficile intellectu videtur. Scies sub omni viriditate latere nigredinem, ac sub omni nigredine albedinè. Ac sub omni albedine rubedo tecta est. Et quicquid Deus condidit perfectam habet rubedinè extrinsecus aut intrinsecus. Nam omne quod intus rubrum est, foris album est: intermedij sunt varij colores. Ac quicquid intus album est, foris rubrum est: atq; inter albedinem & rubedinem sunt omnis

Omne à Deo conditum extrinsecus aut intrinsecus rubedinè habet.

gene
res al
eò mi
est, qu
que si
in quo
lorem
trinse
rum q
bet.
ac mu
versæ
Cùm
perfec
tutem
tutes
tempo
simple
ruber
eius in
dio nu
exterio
dio.
facit in
nim na
ria sit:

ITA
cunq
git: ac

gen-

generis colores, vt priùs dictum est. Et quò res aliqua propius ad perfectionem accedit, eò minus colorum in se habet: ac simplicior est, quò extremũ proprius attingit. Quumque supremum ac extremum finem attigit in quem Deus ordinauit, non nisi vnum colorem in se habet, nec intrinsecus nec extrinsecus: sed in se virtutem omnium colorum qui sese priùs in eo manifestabant, habet. Res enim in qua multi colores sunt, ac multi distincti varij colores: totidem diversæ complexiones & virtutes ei rei insunt. Cùmque res illa perducta est in simplicem perfectam essentiam, ad supremam eius virtutem, ad quam Deus ordinauit: omnes virtutes operantur simul in eo opere, breui tempore, miraculosè: & tamen non nisi vna simplex essentia in hac re est: ac color eius ruber intrinsecus & extrinsecus: atq; inter eius interius & exterius, hoc est, in eius medio nullum est discrimen: quemadmodũ in exteriore, est ita est in interiore, atq; in medio. Quodque suum opus simul sine mora facit in momento aut nictu oculi: nulla enim natura contraria inest, quæ sibi contraria sit: ideò simul operantur.

Cap. 91.

Accommodat præcedentia ad suum lapidem.

ITA se res habet in nostro lapide, in quodcunq; proijcitur ibi opus perfectum peragit: ac illud ipsum inuertit, interius foris

ponit, atque exterius intus ponit. Ac Luna intus est bonus Sol, lucidus & ruber. Ac lapis albus in Mercurium proiectus interius eius foras trahit: estque Luna alba & clara, ac rubedinem eius intus ponit. Ita res omnis tincturam suam apud se habet siue in albo aut rubro, quamvis lapis albus & rubeus nullam haberet tincturam quam de se mitteret, vt etiam mittit. Metalla tinctura lapidis opus nō habent siue in albo siue in rubro. Omnis enim res in se habet quod sibi opus est: atque res omnis satis tincturæ in sese habet, sine vllius rei adminiculo. Ac res omnis à Deo condita propriam medicinam habet, absque vllius alienæ medicinæ additione, siue in vegetabili, animali, aut minerali, ad omnibus morbis in ipsam venientibus medendum. Ac nisi ita esset, opera Dei perfecta non essent. Nam quicquid Deus vnquam fecit, id omne sine vitio erat, ac nulla ope aliarum rerum indigebat alienarum: habet omne in se quo opus habet quāvis id funditus non intelligamus. Deus nihil fruſtrà egit, ne minimū quidem folium ex terra nascens, vt in vegetabili docebitur. Quamvis in omnibus rebus perfectionem non cernamus, tamen in sese cōclusam habent. Nam artificiosa medicinâ ex rebus omnibus extrahere naturam eius reconditam possumus: ac secretum eius manifestum, ac

manifestum secretum efficere. Idque lapis noster in metallis efficit. Ac scies lapidem album & rubrum nullam tincturam de se emittere in metalla in proiectione. Nam tinctura quæ in lapide est, ita vna est cum elementis ac cum viuis spiritibus, ita vt vnum corpus & vna substantia sit, vt non separentur. Est enim natura cœlestis vt cœlum invincibile est, à quo Sol, Luna, Planetæ, Stellæ, ac quicquid in firmamento est ac stat, quodque secundum naturam suam, influentiam suam sumit, quam in hæc inferiora ostendit, vt quotidie præ oculis cernimus. Vi ac calore solis nascuntur hic flores variorum colorum, ac variorum odorum. Idq; omne fit calore solis. Quid censes Solem è corpore suo proprio infundere colores & odores in flores aut herbas? Minimè. Verum natura cœlestis est, habet in se talem vim ac influentiam vt eliciat colores, odores, gustus ex semine, ex quo herbæ aut flores nascuntur. Quamvis Sol mille annos splenderet: Sol nec colorem, nec odorem, nec gustum infunderet. Sed Deus infudit, atque id omne semini inclusum est. Sed nisi Sol irradiaret, nunquam colores, aut gustus, aut odores, nec fructus nascerentur, nec ex semine orirentur. Sol corpus cœleste est, habetque in se influentiam, vt calore suo eliciat omne interius quod in semine est, atque

Vi ac calore Solis flores variorum colorũ nasci, & qua ratione id fiat.

odorem & gustum & colorem foras educit, idque ex semine, ita vt per ipsum ad suam perfectionem crescat. Atque efficit vt porrò alia semina copiosa nascantur perpetuò ad finè vsq; mundi: sed de corpore suo proprio non distribuit. Ita se prorsus res habet cum nostro lapide albo & rubro, non partitur in metalla tincturam suam aut corpus: sed corpus cœleste est, vt de Sole dictum est, tincturam ex metallis educit, eamque ad eius extremam perfectionem ducit, ita vt semen fiant ad lapidem ex ijs conficiendum. Sed si Deus in metallis nullam perfectionem condidisset: quamvis millies lapis in metalla proijceretur, nulla mutatio fieret. Lapis enim rei conferre quod non haberet minimè posset. Scribebam tibi in multiplicatione lapidem crystallum in similitudinem Rubini efficere; tamen Rubinus non est. Nihil aliud est quam lapis, qui cùm vitro crystalli vnus est, lucens per id, ita vt colore Rubinum referat. Ac si arte lapis separari ex vitro posset, vitrum denuò vitrum esset, vt priùs erat. Ita lapis quod non habet conferre haud potest. Verùm transfert ex malo in bonum, ex immundo in mundum quicquid sui simile est, ac non in rebus omnibus, sed propriè in metallis.

Medi-

Medicina quædam secundi ordinis vera ac perfecta.

Cap. 92.

Item ad Venerem mundandam initio ab omni immunditie eius: sumito Veneris 20 aut 30 ℔, ac tunde in tenues laminas instar calculorum, & candefacito laminas quinquies aut sexies, atque in vrina pone, vt Venus munda & clara sit, vt nulla scobs, aut immundities in laminis sit: sed mundæ, rubræ ac claræ sint. Tum sicca laminas in panno lineo mundo: deinde etiamnùm melius in sole sicca aut ad ignem. Tùm arsenicum admodum album & clarum habe, id in puluerem tunde. Tùm tere super lapide cum oleo tartari tam subtiliter, quam saponem: ac eo laminas inunge Veneris, ac tum adhuc ad ignem exicca. Cùmque laminæ probè siccæ fuerint, denuò inunge, ac rursum sicca: Idque quater aut quinquies itera. Tùm habe sal cõmune quale è mari venit, .i. Sal populare, tunde subtiliter: ac tum 2 crucibulos paratos habe, ac pone stratum super fundũ crucibulorum salis tui, ac ei laminas tuas impone Veneris tuæ: idque persequere donec crucibulus tuus plenus sit. Tùm crucibulũ tuum luto sapientiæ cõpressè obtura:

atque

atque ita porrò omnibus crucibulis facito. Tū omnes crucibulos thos fornaci impone ad calcinandum: ac primùm puſillū ignem adhibe, aliquoties magis magiſq; vehemẽtioré per gradus, id perſequens, donec optimè incandeat. Ac tùm ita etiamnùm ſtare ſinas ad horas 24 in candore; tum ſua ſponte refrigeſcere ſinas. Tum exime, ac vaſis confractis, cuprum illud aquæ bullienti immitte, ablue ac ſal inde ſolve, atque aquam ſalſam ſuperne effunde: ac identidem aquâ calidâ lava, donec cuprum tuum non amplius ſalis guſtum referat. Tum cuprū tuum ſicca, ac in mortario contunde, cribroque cribra: tum tere ſuper lapide tam ſubtiliter ac ſi eo pingendum eſſet. Tùm 2 aut 3 magnas teſtas habe, ac ſingulis partem huius pulveris inde contriti: ac aquam mundam ſuperfunde: ac probè move, ac ſine ſubſidere. Nobiliſſimum & optimum metalli ſubſidet: & aquã illam ſupernè effunde in magnam cupam aut duas: ac rurſum aliam aquam recentem pulveri ſuperfunde, ac probè move, ac ſine ſubſidere; aquam ſupernè rurſus effunde priori addens. Idque effundere ac denuò infundere tandiu iterabitur, donec aqua tam clara dimanet, quam ſuperfundis. Tum pulverem tuum ſicca, eumque miſce cum ſale alcali, & boracę, & ſalnitro, ac tali ſacco lineo immitte, qualem

hæc

hæc figura demonstrat:



& vbi saccus plenus fuerit, ipsum consue, ac paruam ligneam pennam ad extremum sacci immitte. Ac tum vbique saccum obducito bono luto, quod ignem ferre possit spissitudine 2 digitorum. Tum sinas siccescere: cùmque siccum fuerit saccum vni ferro aut duobus impone: ac crucibulum sub extremo sacci pone in quo lignea illa pennula inest. Tum ignem circum strue vehementem, ac facile liquescet, atque in crucibulum influet: ac ita rem donec omnem tuum pulverem in vnũ corpus habeas. Cùmque omne simul in vnum corpus habes, pondera quam grave sit ac in singulas marcas, ℥ puræ Lunæ cupellatæ addes: ac simul colliquabis in magno crucibulo, ac funde in virgas: atque ita corpus tuum paratum est, ac viuificatum ad medicinam alterius ordinis super id iaciendam: secundum doctrinam Hermetis & Geberis.

Cap. 93.

Quemodo Luna paranda ad medecinam hanc 2 ordinis.

NVNC te docere volo quo pacto Lunam tuam parabis. Sume vitriolum Romanum, & salnitrum ana, atq; indè aquam fortem confice destillationibus cum alembico secundum artem, &c.

Item

Cap. 94.

Luna solvenda in aqua alba.

ITEM in aqua illa alba Lunam solue, videlicet ad Marcam Lunæ, 2 marcas aquæ fortis sumito, ac in ea Lunam tuam solue, vt fieri solet, tum cùm simul solutum est. Lunã tuam præcipita; aquam illam supernè à calce effunde, ac calcem Lunæ tuæ aqua communi munda, laua à salsedine quater aut quinquies. Tùm calcem sicca ad ignem pusillum: ac tùm calcem tuæ Lunæ ponito in 5 aut 6 patellis terreis in fornace reuerberatoria: ac Lunam tuam reverbera tali calore vt non liquescat, donec Luna tua spongiosè intumeat in morem apertæ spongiæ. Idque ad summum octiduo fiet aut citius. Tùm sinas sponte frigefieri. Tùm exime, ac super lapide contere cum aceto destillato ad soluendum in balneo Mariæ. Duas partes receptaculi imple, ac tertiam vacuam sine: atq; pusilla scãdula leuigata aut vitro pusillo operi, ac ita stare sinas noctem vnã calore temperato: ita vt vix manũ tuam tenere possis in aqua balnei tui: ac inter diem & noctẽ sume vitrum superius: ac paululum cõmoue, ita vt calx se permisceat cum aceto; aut habe longum bacillum, ac supràin receptaculo immittito: ac attollito, & demittito, vt mulieres butyrum conficiunt: atque ita calcem Lunæ probè cũ aceto permisce. Atq; id facito quinquies aut sexies inter diem & no-

Luna soluta præcipitanda.

Salsedo Lunæ abluẽda, quater aut quinquies.

Luna reverberanda donec in morem spõgiæ intumcat.

noctem. Postremò, per diem vnum immotũ stare sine, ita vt calx benè subsidere possit. Tùm acetum viride subcæruleum erit. Sinas sponte frigefieri; tum exime, atq; acetum tuum coloratum supernè effundas in aliud vitrum: ac calci denuò aliud recens acetũ superfunde destillatum, vt priùs. Ponas denuò solvẽdum in balneo modis omnibus, vt prius doctum est. Idq; facito tandiu donec omnis calx Lunæ tuæ soluta fuerit. Ac possunt fæces aliquæ in fundo remanere, eas nihilt facito, eæ ex Luna & eius sulphure combustibili remansere, ac nigredine eius, ac pulvere cinerum in reverberatione collecto. Poteris denuò aliquantum aceti super fæces fundere: ac vide an acetum non ampliùs coloretur: ac si acetũ non ampliùs coloretur, tùm abijce, tùm enim nihil prorsus valet. Tùm omne acetum coloratum congelandum pone, ac tibi vetus inpalbabilis pulvis remanebit: eum pulverem denuò solvendũ pone in aqua communi in balneo: pulvis tuus solvetur in munda aqua nitida. Ac si quid in fundo rem aneret quod solui nollet, ei acetum denuò superfunde, atque omne simul solvetur. Tum denuò congela, ac rursum aquam communem superfunde, ac iterum in balneo pone: omne simul in aquam claram solvetur. Nunc te Lunam tuam parare docui, ad medicinã tuã alterius ordinis

Solutio pulveris in aqua cõmuni.

Luna parata.

per-

perficiendam, benè cuſtodias in vitro mundo: ac ſi vis, aquam Lunæ tuæ congelandā ponere potes, donec pellicula eam tegat: tum ſinas refrigeſcere, ac vitrum obtura, ac depone in vſum.

Cap. 95.

Præparatio ſpiritus ad eandem medicinam.

NVNC te docebo tuum ſpiritum præparare ad medicinam tuam alterius ordinis conficiendam. Sumes itaque arſenicum mundum album pellucidum, in quo nullæ fibræ ſulphureæ ſunt: ac contunde in pulverem, ac cum ſale & *alumine rupeo dicto, contere, calcinato: aluminis partes 2 ſalis 1. Contere cum aceto ſuper lapide: ac munias te adverſus aerem: cùmque ſatis eſt: materiam eiuſmodi ollæ inde, atque os leviga ſuper æquali lapide, tum magnū alembicum vitreum ſume, atque itidem leviga, vt alembicus ollæ quadret: vt hæc figura tibi demonſtrat; ac fornaci ſublimationis ſuper impone, ignem addens primum puſillū, ita vt humiditas in receptaculum volet. Cùmque humiditatem omnem ex materia eduxiſti, ita vt nullum amplius vaporem vides in alembico: Tum paululum ignem auge: atque exiguo igni aſcendet ſubtilior quidam ſpiritus, ac ſylveſtris ſpiritus dicitur.

* Vulgò, alumē de rocca.



Ignis puſillus primum adhibendus, ita vt humiditas in receptaculum volet.

tur: estque tam volatilis & subtilis, vt vbicunq; maneat, materia nullo vnquam tempore fixari possit. Ac propterea in arte nostra prorsus est inutilis. Cùmque vides nihil illius subtilis amplius ascendere, ignem auge, ac sublima igni mediocriter vehementi 12 horas continuè. Tum sinas sponte frigefieri. Frigefactum exime, ac arsenicum sublimatum invenies seorsim in olla, ac partem iacentem super fæces clarè sublimatam: tolle lentè, ac aliquid de fæcibus viuo carboni impone, ac vide an fæces fument: si fument amplius inest, tum pone denuò sublimandas igni vehementi etiamnum 5 aut 6 horas continuè. Tùm sinas refrigescere, exime ac fæces abijce: atque id quod sublimatum est adde reliquis, pone denuò sublimandum vt priùs. Ac quicquid volatilium spirituum ascendit, tolle, opus corrumperent. Atque istam sublimationem itera tãdiu, donec omnes sylvestres spiritus è materia amiseris. Tùm materiã sine fæcibus additis sublima, donec materia nihil ampliùs post se relinquat: tum satis sublimatum est. Nam iam omnes subtiles sylvestres spiritus amisisti, qui operi suam fixationem adimerent. Ac præterea crassam terream materiam, ac omne eius sulphur combustibile vnâ cum crassa materia terrea, quæ operi ingressum adimerent, ita vt medicina ipsam penetrare

Sublimatio tot ies iteranda donec è materia omnes sylvestres spiritus amiseris.

Sublimatio materiæ per se sine fæcibus adiunctis.

mini-

minimè posset : ac materia media tibi remansit, quæ in omnibus rebus bona est, & in arte nostra vtilis, &c.

Cap. 96.

Prædicta quomodo miscenda.

ITEM scies tibi sumendas in singulas marcas spiritus eius præparati, 2 marcas Lunæ revaporatæ donec pellicula superuenire incipiat. Ac tum sume spiritum prædictum, ac super lapide contere cum aqua illa Lunæ in densam pultem : ac inde materiam eiusmodi vitro pusillo: & pone super fornacem in testa cum cineribus, calorem Solis addens, donec siccum ac durum est, vt denuò puluerizari queat. Tùm denuo super lapide contere, vt priùs cum aqua tuæ Lunæ vsque ad pultis crassioris consistentiam. Vitro pusillo prædicto denuò inde, atq; iterum in cineribus siccandum pone, vt priùs. Conteres verò & siccabis tãdiu, donec duæ illæ marcæ aquæ Lunæ à spiritu imbibitæ fuerint. Tum materiam admodum subtiliter pulverizabis, ac vitro indes : atque os huius vitri levigarum erit : ac tum etiam exiguum vitrum rotundum tibi erit, quod ori quadret : id pusillum vitrum in fornace secreta pone : ac primum ignem pusillum adde, vt Sol media æstate lucet, 8 dies continuè. Post ignem tuum insigniter auge, etiamnùm 8 dies continuè. Postea ignem auge adhuc 8 dies cõtinuè; ita vt manũ tenere nõ spo-

possis per foramen fornacis. Item 8 illis diebus exactis, si nas frigescere; exime, ac pusillum laminæ cupriæ cãdenti superijcito quæ nitidè levigata sit, ac vide an fixũ sit: an non fumet: ac si parum fumet, nondum omne fixum est: pone etiamnum dies 8 in fornace eodem calore, aut paulò maiore, tanto quantum addere potes sine candore. Ac eo calore certò fixabitur, ac cùm probas super lamina candenti, si fixum est, liquescet, ita vt fumum non emittat, ac diffluet per laminam, atque eam dealbabit vt Luna, ac tum satis est.

Proba fixionis.

Cap. 97.

ITEM si tùm medicinam tuam vis subtiliorem efficere, ita vt proiectio altior fiat: acetum destillatum admodum forte, sume: contere prædictum pulverem super lapidem cum aceto prædicto, ac in receptaculum evacua, & pone in balneo Mariæ: omne simul in aquam clarã resolvetur. Tum super cineres calidos congela: tum denuò solve vt priùs. Et in quaq; solutione & coagulatione medicina tua adeò subtilior efficitur, vt 10 lucrifaciat in proiectione, inquit Geber Philosophus. Ac si medicinam istam tam multis vicibus solveres & coagulares, consisteret in morem olei, ac oleum tum stillatum super Mercurium calidum factum in crucibulo, Mercurium converteret in

Quomodo eadem medicina subtilior effici possit.

pu-

puram Lunam meliorem ex mineris petita. Atque ita cum medicina hactenus perducta foret, non iam medicina secundi ordinis esset, sed tertij ordinis, ac perfecta medicina ad metalla in veram Lunam transmutanda. Ac si tu tùm ex oleo perfectum Elixir conficere velles, sumeres de medio spiritu eius aut materia quam te antè sublimare docui ex puro arsènico. Ac oleum ponderabis ac bis tantundem medij spiritus eius sumes, ac cum oleo conteres super lapide, ac huiusmodi vitro immittes, ac in fornace secreta per 10 dies pones calore absque candore. Materiam tuam exime, estq; mutata & congelata in lapidem, estque perfectum Elixir omnia metalla in veram Lunam transferens meliorem è mineris petita.

Theorica de tribus ordinibus Elixiris & lapide.

Cap. 98.

ITEM nunc te nosse docebo opificium, quid vnumquodque opus sit quod in arte adhibendum sit: quare item quodque opificium repertum sit, quodque opus primùm in ordinibus fieri debeat: ac deinceps in varijs alijs operibus quæ in Alchimia fiunt: atque etiam 3 locis vt in minerali, vegetabili, & animali, &c.

Scies

Cap. 99.

Scies ac intelliges quodq́; opus cum eo quod in opere fieri debeat, ac alijs operibus sequentibus: opus secundum, tertiũ, quartũ, quintũ: donec opus ad finem pervenerit: opus illud quod in tota Alchymia geritur. Ac quicunque Alchymista omnia ista non intelligit antequam operari incipiat, is nec iam, nec vllo vnquã tempore quicquam in vniuersa arte Alchymiæ producet: quamvis semper operaretur. Fortè fortuna ad aliquam artem peruenire posset, quemadmodum cæcus passerem sagitta ferit: sed aliter ad eam artem peruenire non posset. Quemadmodum sæpè ignorantibus vsu venit, qui fortè fortuna ad aliquam artem peruenie-bant: cumque eam iterum ponerent, secundò eum agere non poterant: ac operam ludebant, & in desperationem incidebant. Nam quod primùm facerent sæpenumero postremo loco faciunt: ac etiam opus relinquunt vbi foret incipiendum: ac ad talem delirationem perveniunt, vt omnino stulti in arte fiant.

Cap. 100.

Itaque ad istam errationem deuitandam, te docebo, quid sit sublimatio, & quare inuenta, ac quomodo in quoq; opere sublimandum sit: ac deinceps quomodo calcinandum, ac quare calcinatio fiat: ac de

destillatione, & quare adhibenda: atque ita porrò multas alias rationes, quid in quoquo opere faciendum sit quod in arte fiet: Istamque lectionem iterum iterumq; perleges, ac memoriæ imprimes, ne in errorem incidas.

Cap. 101.

Quid Veteres fecerint intellecta generatione & incremento metallorum, atque etiam eorum morbis: quare item calcinatio & sublimatio reperta.

ITEM scies, cùm Veteres scirent ac intelligerent generationem atq; incrementū metallorum, ac morbos metallorum intelligerēt, vnde illis morbi orirentur qui impedirēt quominus Sol nec Luna fierent, tum perspiciebāt Veteres quibus modis illis ea vitia, & morbos demere possent, ac ad Solem & Lunam reducerent. Ac viam cōmodiorem invenire non potuerūt, quam vt corpora igni destruerent, & calcinarent. Et materiā quæ ea conservaret, reperiebant: vt non in nihilum vrendo redigerētur, à suo sulphure cōbustibili quod copiosè in se habēt, nec ab vstione ignis comburerentur. Materia ea clavis erat: eius 2 aut 3 partes sumebant in vnā corporis: ac corpora dura Martis & Veneris in limaturam subtilem limabant: Saturnum verò ac Iovem in cineres mouebant: ac tum miscebant cum claue ac aceto, atque ita in vasis luteis collocabant, ijsque probè lutatis in igni ad calcinandum: ac in superiore parte illius vasis lutei foramen habebant, per quod humiditas evaporare posset: cùmque

omnę

omne evaporatum esset, foramen illud luto claudebant: ignem per gradus augentes: ita vt modicè candere inciperet. Ac tum ignem retinebant in huiusmodi leni candore, vt clauis non liquesceret, ad horas 24. Tum sinebant spontè frigefieri: ac vase effracto eximebant: ac aquam communem bullientem superfundebant, ita vt clavis liquesceret. Tùm clauem aqua communi abluebant. Tùm corpora calcinata sumentes super lapide inpalpabiliter conterebant, ac tum aqua cómuni abluebant omnes sordes, ac nigredinem. Ita vt calces corporum rubrorum resplendescerent: atq; etiam alborũ vt itidem resplẽdescerent, ac candidè ac clarè instar nivis. Atq; hoc pacto corpora imperfecta à sua immunditie repurgarunt: ac à suo sulphure combustibili, ac nigredine, ac odore fœtido quem in mineris cõtraxerant. Atque ita metalla imperfecta mũdarunt ab immunditie. Sed cùm ea denuò in vnum corpus reducerent, non erant Sol nec Luna. Tùm rursum cogitabant quânam medicinâ aut materiâ, metalla mundificata ad Solem & Lunam possent reducere, ac tingere ijs coloribus qui in corpora ingressum darent. Cùmque omne sal aluminis atque aliud omne, ac species perveſtigassent, nihil reperiebãt quod metalla tingere vellet: nec ingredi in ea, vt ad Solẽ ac Lunã reducerentur.

Tùm vlterius cogitabãt, quod nihil in orbe reperirent præter ſpiritus qui in metalla ingredi vellent, ac cùm ijs ſeſe permiſcere. Ita cognoſcentes naturam ſpirituum, atque eorum morbos quos in minetis contraxerant: tam multos morbos in ſe habere quam metalla: vt multas terreas ac fœtidas fæces, ac ſulphur combuſtibile, quod metalla combureret: ac fœces terreas fætentes, quæ metalla denuò immundiora efficerent quam priùs fuerant. Atque etiam intelligebant Veteres, Spiritus in ſeſe habere quandam virulentiam, quæ tam corroſiua & venenata eſſet, ac tam volatilis, vt ſi ad metalla adducerentur, ea tam venenata ac corroſiua efficerent ac tam frangibilia, vt inſtar vitri frangerentur: atque etiam avolarent, cùm liquarentur, ac optimam partem metalli ſecum raperent, ac ſecum ſurſum veherent, ita vt metallum perderetur ac omnino corrumperetur. Cùm hæc omnia perſpicerent, cogitabant vlteriùs, quomodo & quâ ratione ſpiritibus omnes iſtos morbos prædictos demere poſſent: ac parare ſpiritus, vt in corpora ingrederentur: ac tingerent inſigni claro colore, qui in ijs & cum ijs manere poſſet in æternum: ac lenes ac molles manere poſſent: ac reducerent huiuſmodi ratione ad ſtatum Solis ac Lunæ. Omnibus verò naturis perſpectis, pro ſua ſapientia, 3

inue-

inuenerunt, quibus, ſpiritibus omnes iſtos morbos prædictos adimere poſſent, ac idoneos redderent ad prædicta corpora reducenda ad Solem ac Lunam. Repererunt itaque vaſa idonea, ac materiam cum qua miſcerent: atque id quo ſurſum pellerent ex materia, ac aſcendere facerent ſuprà, maximè venenatam ac volatilem partem, vt eam primùm tollerent: deinde vt ſurſum pellerent partem temperatam quæ nobis in arte vſui eſt, quæ poſt venenatam illam volatilem partem aſcendit. Tertiò materia cum qua ſpiritus permiſti ſunt apud ſe retinet craſſas partes terreas ingreſſum prohibentes: atque ſulphur album combuſtibile. Atque ita nullas alias rationes reperire poterant ad ſpiritus exonerandos & mundandos quam per ſublimationem, vt in corpora ingrederentur, ac ea inſigni claro ac reſplendente colore tingerent.

Cap. 102.

NVNC audiſti quare calcinatio corporum primùm ſit inuenta, ac porrò ſublimatio ſpirituum quare primùm reperta: ac poſtea verba faciemus, quomodo & qua ratione calcinandum ſit in quoque opere ac ſublimandum, quodque ſuo loco. Sed primùm de calcinatione ſpirituum agendum eſt, ac de ſolutione ſpirituum ac corporum iungenda, imbibitione, aut incerati-

ratione, ac quare primum inventa fuerit, vt scire & intelligere possis radicem artis Chymicæ. Nunc ad primum nostrum propositum redire volumus.

Cap. 103.

ITEM, cùm Veteres corpus & spiritum vtraq; mũdificassent, ac ab omnibus morbis liberassent, & munda ac pura essent. Tùm cogitabãt denuò quo pacto efficerẽt, vt in seinvicem ingrederentur. Nullam itaque rationem aliam reperire poterant, nisi corpus aut spiritum ad aquam redigerent, atque immergerẽt illud corpus spiritui: aut corpus solverent, atque imbiberent spiritum corpore: aut corpus & spiritum vtraq; solvere debebãt, ac aquas ambas simul iungere, estque hæc ratio optima. Atque hæc omnia funditus intelligentes, si spiritum & corpus copularent ac iungerent, non posse aliam rationem reperiri exceptis prædictis: tùm etiamnùm proprius reputabant cum animo, Spiritus & corpora primùm esse solvenda, & in aquam redigenda. Tùm nullam meliorem rationem tenebant, ad spiritus & corpora ad aquam redigenda, nisi primùm naturam clavis tenerent, si ad aquam reducerentur. Ita facilè intelligebant, si eò reducerentur vt naturam salis haberent: id igni fieri & calcinatione debere. Tùm vlte-

rius cogitabant, ac fornacem reperiebant quæ apta foret, in qua spiritus calcinare possent, ita vt spiritus ijs elabi non possent. Eamque Fornacem Sapientum dixêre: deinde vasa invenere, in quibus commodè spiritus calcinarentur, ita vt non auolarent. Ac spiritus in vase patente calcinandi sunt, ac igne nudo, alioqui naturam salis non adipiscerentur ad solvendum. Si vase clauso ac igne concluso, aut calore ponerentur, solvi nollent, quamvis in æternum starent. Tertiò huiusmodi ignem ac calorem reperiebant qui ita regeretur, vt spiritus non auolarent.

Fornax Sapientum.

Ignis regimẽ.

Hisce omnibus simul repertis, spiritus in fornace collocabant, in vase ad eam rẽ apto: atque ignem suum ita die & nocte moderabantur, 40 dies ac noctes naturales. Tum sinebant spontè frigefieri; eximebant, ac super lapide conterebant siccum, ita vt inpalpabile foret: ac tum super lapide spargebant, ac lapidem in cella frigida ac humida ponebant: ac ponebant lapidem paululum inclinatum: ac vitrum supponebant: ac spiritus ibi soluti fuêre, ac sensim in vitrum illud stillarunt in insignem claram ac nitidam aquam, sine additione rei alterius. Atque ita hac ratione prædicta spiritus solverunt in insignem, claram, pellucidam ac resplendentem aquam:

Spiritus solverunt Veteres in aquam claram

quam aquam in forti vase vitreo seruabant probè obturato, donec ea vsus esset. Et si quæ fæces remanserant in sublimatione, manebant super lapidem: fæces solui nolebant.

Cap. 104.

NVNC de calcinatione ac sublimatione, & solutione spirituum dictum est. Iam te de calcinatione ac reuerberatione corporum docturus sum, Scies Veteres fornacem quandem reperisse, in qua fornace commodum esset corpora calcinare, aut reuerberare, vt naturam salis adipiscerētur: ac ea Fornax reuerberatoria dicebatur. Præterea vasa reperiebant è luto cocta, quæ ad id apta forent, vt in ijs corpora calcinarentur aut reuerberarentur. Ad hæc ignem ad hoc idoneum reperêre, quo corpora calcinarentur aut reuerberarentur; huiusmodi calorem vt corpora non liquescerent, nec simul coagularentur. Tū corpora lota sumebant, quæ fæcibus suis exonerata fuerant, ac sulphure combustibili, ac vasi illi terreo indebant, ac in fornace reuerberatoria ponebāt, vt ibi calcinarentur aut reuerberarētur, quò naturam salis adipiscerentur. Ac ignem leni flamma accenderunt sine liquefactione 21 dies & noctes. Tùm sponte refrigescere sinebant, atque eximebant: ac super lapide cum forti aceto destillato conterebant impalpabiliter. Pòst acetum destillatum sumebant

Fornax reuerberatoria.

mebant, ac corpora in mundam ac claram aquam soluebant: ac fæces interiores super fundo vasis remanebant: aquam illam claram supernè effundebant in vitrum mundum. Tum Veteres cogitabant vlteriùs de corporibus coagulandis: probè enim intelligebant, sese aquam simplicem habere debere, si alioqui corpora & spiritus seinvicem complecterentur in fundo, vt simul maneant. Ac videbant acetum corporibus adesse, tum reperiebaut in sua sapientia, vt acetum inde sicco calore evaporarent. Atque ita fecêre, ac acetum indè sicco calore deduxêre, ac pulverem siccum retinebant: quem pulverem pòst subtiliter candefaciebant absque liquefactione. Tum porrò cogitabant pulverem soluere in aqua communi. Ac cernebant aceto & aquæ communi multas inesse fæces, quas vt ex aceto & aqua cõmuni educerent, vasa idonea reperiebant, in quibus acetum & aquam communem ascendere facerent, atque id quod ascenderat destillare facerent per fistulam in aliud vitrum, ac destillationem nuncuparunt, ac tùm primùm inventa fuit. Tum illius aquæ destillatę sumebant, ac super pulverem corporum fundebant, ac soluebatur in mundã claram aquam pellucidam: quam aquam corporũ in vitro mundo seruabant. Tum habebant 2 aquas simplices simul spirituum & corporum

Destillatio.

rum. Tum animo reputabant quantum spiritus ponerent apud corpora. Tùm facile pro sua sapientia intelligebant se plus aquæ corporũ debere sumere quam spiritus: quia alioqui spiritus avolarent cùm ad ignem adducerentur, ac optimam partem corporis secum raperent. Itaq; partem vnam aquarum spirituũ, ac 2 aquarũ corporũ sumpsere: ac aquas simul inter se permiscuere in vase vitreo, idque cineribus calidis imposuere, ac in puluerẽ siccum congelarunt. Cùm pulverem cernerent, facilè pro sua sapientia intelligebant, si ad ignem adducerent ad liquandum, spiritus avolaturos ab eo corpore, ac corpus illud in fundo crucibuli relinquerẽt. Tùm vlterius cogitabant quomodò & qua ratione corpora ac spiritũ, alterũ cum altero colligare possent & congregare alterũ in altero, vt sese inuicẽ ita amplecti possent vsq; ad fundum eorum, vt ignis ea separare non posset. Cum naturam omnem probè perspicerent ac funditus intelligerent: tùm facilè intelligebant, si corpora & spiritus ita coniungerentur, ita vt ignis ea separare non posset: etiam satis intelligebant coniunctionem nulla re quæ in orbe sit posse fieri quam igni: Ita vt super igni leniter essent regenda, eo pacto vt igni assuefierent. Tùm consultabant de vase idoneo reperiendo, in quo spiritus cum corporibus includere possent:

Coniunctio corporum & spirituum nulla re, nisi igni fieri posse.

sent: ac fornacem in qua vas illud ponerent. Ac vas vitreum idoneum repererunt ei rei aptum, ac ei corpus cum spiritibus includere: vasque illud Vas fixatorium vocarunt. Tum reperiebant fornacem ad eam rem aptam, ac in ea vitrum hoc imposuêre: eamque fornacem fixatoriam dixêre. Ac tùm ignem idoneum inuenere quo ita leniter regerent sensim paulò calidiùs per gradus, donec ignē feruentem ferre possent. Ac in tota arte nihil magis cauendum est, quam ne nimis feruens ignis adhibeatur, prius quam igni ita assuefiant vt ignem feruentem ferre possint; alioqui spiritus in eo sese attolleret ex corpore: tum iterùm de integro incipiendum foret, &c. Atque hoc opus Fixationem dixêre, ac liquefaciebant ac puram Lunam reperiebant: ob quam rem omnes gaudio afficiebantur. Hocque opus vocarunt opus primi ordinis, quia primùm inuentū fuerat à Veteribus ac Sapientibus, &c.

Fixatio.

Opus primi ordinis & quare.

Cap. 105.

ITEM consultarunt ad inquirendum an non alia via reperiri posset, ad rationem reperiendam conficiendi rem, vt corpora cum spiritibus permiscere necesse non esset, nec fixanda ponere. Longum enim opus erat antequam spiritus sublimarent, & corpora calcinarent & soluerent, ac tum mundificarent: ac tum corpora coniungerent,

ac

ac simul fixarent: ad ea multo tempore opus erat. Cùmque iam omne fixatum esset, nihil præter metallum perfectum habebant, Solem aut Lunam prout opus suum posuerant. Cùm autem Sapientes viderent ac intelligerent, metallum mortuum spiritibus, vt ratio postulabat, vivificari posse, ac perduci in eum statũ, vt omnibus probis ac examinationibus resistere posset: cogitabant vlteriùs possibile fore aliã viã reperire, quæ facilior esset, ad quam tanto tempore in arte opus non esset, ac vtilior. Sic igitur reputabant: Si impositione spirituũ corpora mortua vivificauimus: quid si sumamus corpus viuum, ac calcinemus ipsum, ac in aquam simplicem redigamus, ac in ea spiritus sublimatos immergamus, ac simul fixemus, ac proijciamus id super corpus mortuum mũdificatum, ac simul fluere sinamus, ac videamus quomodo sese simul componerent, ac dispiciamus quid inde futurum esset. Ac ita fecêre, ac corpus illud viuũ quod cum spiritibus permistum ac fixatum fuerat, sumebant, ac simul fluere sinebant, ac in massam fundebant, ac massam fragilem ac frangibilem reperiebant. Tum consultabant qua ratione id fieret. Tum facilè intelligebãt, materiam spirituum cum vivis corporibus tam efficacem esse, vt corpus mortuum mundificatum ferre non posset. Tùm verò placebat,

Ratiocinatio Veterum.

bat, vt corpus illud mortuum denuò liquefacerent, eíque etiamnùm bonam quantitatem mortui mundificati metalli adderent, vt fecerè, ac rursum in massam fudere. Tùm verò adhuc frangibile invenerunt: sed non erat tam frangibile quam prius. Ac tùm facilè cernebant se plus corporis mortui mũdificati addere ac ponere debere. Ac sæpè ponendo ac denuò liquefaciendo, ad extremum molle effectum est, eratque perfectus Sol aut Luna, quare summopere gaudebãt. Tum opus hoc vocarunt alterum opus alterius ordinis. Idque ob eam causam fecêre, quod hac prædicta materia proiectionẽ facerent super mortua metalla quæ mundificata erant. *Cap.* 106.

Opus 2 ordinis cur dictum.

PRÆTEREA Veteres cùm cernerent quod sublimatis spiritibus fixatis cũ vivis corporibus, proiectionem facerent super corpora mundificata, cogitabant vlterius an ratio reperiri posset reducẽdi corpora mortua ad Solem aut Lunam non mũdificata. Tùm facilè videbant, si id fieret: debere medicinã fortiorem confici, si corpora mortua transferrent. Ac facilè etiam intelligebant: si corpora mortua non mundificata transferrentur in Solem aut Lunã, se corpus illud mortuum prius vivificare debere, antequã medicina super illa proijceretur. Tùm medicinam sumebant alterius ordinis quam cõfecerant:

Quo pacto Veteres corpora mortua ad Solem aut Lunã non mundificata rationem reducendi, inuenerint.

cerant: qua proiectionem fecerant in metalla mundificata, de qua antè dictum est; ac eam soluebant in aceto forti destillato: ac rursum acetum deduxere: ac medicinam congelarunt. Ac post medicinam rursum in aqua pluuiali destillata soluerunt. Atque iterum tertiam partem sublimatorum spirituum sumpsere, ac aquam illam spiritui immersere, siccantes ac terentes denuò, ac rursum siccantes, donec spiritus corpus illud omne imbibisset. Tùm simul fixanda ponebant, quæ fixatio facilè fiebat. Cùmque omne fixum erat, tùm denuò soluebant, vt priùs fecerant, ac rursum sumebant tertiam partē spiritus pro quantitate prædictæ medicinæ quam habebant, ac rursum spiritui immersere, vt priùs faciebant, atque iterum fixanda posuere, vti priùs dictum est. Hisq; omnibus peractis eandem medicinā etiam semel in aceto destillato soluerunt, ac acetum rursum destillarunt, ac congelarunt. Ac tùm sumebant crudā ac immunda corpora mortua ac liquabant, ac vitam ijs indebant: & tum medicinā suam superijciebant, ac simul fluere sinebant, ac in massam fundebant: & perfectū Solem & Lunam inuenere omnes probas transeuntē ac examina. Ac reperiebant proiectionem tam magnam & copiosam esse, prout fuerat in opere alterius ordinis. Quam altam proiectionem admodum

modum mirabantur, atq; ea gaudebant: ac tùm opus hoc vocitarũt opus tertij ordinis, quia tertiũ opus erat quod inuenerant. Pòst cõsultarunt, ac reperiebant in sua sapientia naturam perueſtigantes: tum intelligebant altam proiectionem venire debere ſubtilitate medicinæ: qua intelligẽtia ac ſenſu quem hac de re habebant ac intelligebant, multiplicatio omnis medicinæ inuenta eſt. Atque ita rationem qua medicinæ ſubtiles efficerentur, multiplicationem vocarunt quia videbãt cùm medicina ſubtilis fieret, eam altam proiectionem facere. Ac quò ſubtiliorem faciebant, eò proiectio ſemper magis magiſque alta cadebat. Ita rationem inuenêre omnes medicinas multiplicandi, &c.

Opus 3 ordinis, & quare ita dictum.

Quomodò omnis multiplicatio medicinæ inuenta.

Cap. 107.

CVm ſapientes hæc omnia prædicta probaſſent, ac cernerent ſe omnia mortua immunda corpora ad Solem ac Lunã perducere, atq; inſuper altã proiectionẽ facere. Tum etiamnũ vlterius ratione inquirebant, vtrum foret poſſibile ſpiritus arte ac medicina reducere etiam ad Solem & Lunã. Qua de re conſultabant, cùmq; naturam omnem medicinæ perſpicerent, intelligebãt medicinã eſſe cõfectã ac coadunatam arte ſpirituũ ac corporũ, ac ſimul in vnũ ſimul fixata eſſe. Tùm etiam facile in ſua ſapientia intelligebãt, ſi ſpiritus ad Solem ac Lunã reducerẽt, debere

Ratio reducẽdi ſpiritus ad Solem & Lunam quomodo reperta à Veteribus.

debere etiam naturam medicinæ habere, alioqui medicina se cum ijs permiscere nollet, neque cum ijs ingredi: nam spiritus corpora efficere non possent: nullam enim proportionem inter se habent. Medicina constat ex spiritibus & corporibus: atque hæc igni ita fixata sunt, vt ignis separare nequeat: atque alter est purus spiritus qui ab igni ascendit. Ita facilè ex hac ratione prædicta, comprehendebant res duas. Vna erat, si ad id peruenirent, se primùm spiritus parare debere, vt essent eiusdem naturæ cum medicina, si alioqui medicina cum ijs amicitiam contraheret, aut in ea ingredi vellet: simile enim amat sui simile. Ita si ad artem peruenirent, principiò ac ante omnia spiritus debebant efficere corpora, si eiusdem naturæ cùm medicina forent. Deinde etiam facilè intelligebant, si spiritus corporeos ad Solem ac Lunam perducerent, se medicinã tam liquidam, tam subtilem, tamque penetrantem conficere debere, vt cùm proijcerent super spiritus corporeos, statim liquefaceret, ac penetraret, antequam ignis ita calidus fieret, vt spiritus à corpore non volaret; sed medicina spiritum tegeret ac supernataret, quemadmodum oleum super aquam natat: ita vt corpus à medicina capiatur antequam à corpore se subducat. Ac cùm medicina spiritum ac corpus penetrat, ac ea simul

mul fixat, vt ad Solem ac Lunam perveniant. Atque ita fecere: medicinam in aceto destillato solvebant: ac tùm denuò congelabant: ac tùm rursum solvebant in aceto destillato. Atque id solvere & congelare iterabant toties idédidem in aceto recéti; vt amplius congelare nollet: sed in forma densi olei consisteret. Ac spiritum Mercurij corpore induebant, ac ponebant in crucibulo super ignem, ac iaciebant aut stillabant super ipsum ex parata medicina, ac cõspergebant atque operiebant spiritum corporeũ, quemadmodum oleum super aquam natat, atque eam operit. Ac tum etiamnùm fortiorẽ ignem adhibebant, ac flabant, ita vt medicina vnâ cum spiritu corporeo inter se inciperent circumagi ac fluere. Ac medicina corpus ac spiritum ita pervasit ac penetrauit, ita vt spiritus & corpus vnum in alterum ita compacta sint, vt ignis ea separare nequeat. Ac in massam fundebant, & perfectum Solem & Lunam reperiebant, qua de re permagnas gratias Deo agebant, ac mirum in modum gaudebant. Atque huic medicinæ nomen Elixiris indidere.

Medicina hæc nomen Elixiris accepit.

Cap. 108.

CVM verò isti Sapientes cernerent se omnia corpora ac spiritus hoc pacto perducere ad verum Solem & Lunam: tum vlteriùs etiamnùm cogitabant, an non ex re

Quo pacto Veteres quæsuerint an non ex vna re medicinam conficere

possent, quæ corpora ac spiritus omnes posset transmutare in Solem aut Lunã.

vna medicinã conficere possent, quæ corpora ac spiritus omnes simul posset transferre in Solem, aut in Lunam. Itaque sedulò naturæ studuere: quid Deus naturæ infuderit, ac quomodò natura operetur in omnibus rebus inferioribus: ac cuius generis quæque res sit, ac vndè quodque genus primum ortum ceperit, vtrum ex materia simplici aut composita. Ac rebus omnibus probè perspectis, comperiebant ac intelligebãt omnia primùm originem duxisse ex aqua simplici, quæ aqua erat quædam essentia Mercurij, ac Deus terram suam in ea aqua collocabat: quæ terra in se naturam sulphuris habebat: quæ terra sulphurea aquam illam coagulabat: quæ 2 simul manere non possent, nisi per quoddam medium, quod ea contineret inter se, ita vt alterum ab altero non separaretur, quandiu mediũ illud apud ea maneret. Est verò sal quoddam, quod Sal Deus ijs infudit, ad illa duo copulanda. Ac Veteres Sal illud, Sal Sapientum vocavere. Adhæc Dominus Deus his tribus, vt aquæ, & terræ inclusit etiamnùm duo alia, vt aërem & ignem. Ac Deus hæc 4 cum sale quod medium est, etiamnùm ex suo mandato ornavit, adhuc 3 nimis subtilibus spiritibus, qui 3 spiritus mixturam prædictam simul continent: ac mixtura à se invicem separari nequit, nec corrumpi, nec interire,

Omnia originem duxêre ex aqua simplici.

Sal Sapientum.

In omni mixto 4 elemẽta cõueniunt ad mixtionem: quorum 2 sunt inclusa, vt ignis & aër, & 2 includentia, vt terra & aqua.

quan-

quandiu isti 3 spiritus adsunt. Sed cùm isti 3 spiritus mixturam deserunt, tùm omnia pariter alia ab alijs separantur: atque istos 3 spiritus Sapientes essentiam coniunctam nuncupauere. Atque ita facilè assequebantur primum illud principium istam compositam mixturam fuisse, ex qua omne quod hic infrà in Orbe est, originem suam duxit: siue sint homines, pecudes, aves, pisces, arbores, herbæ: ac deinceps quicquid sensile aut sensus expers est. Sed ista mixtura in rebus omnibus æqualiter distributa non est, &c. Atque etiamnùm Deus hisce mixturis suo mandato infudit virtutem seminatoriam, ad porrò producendum quodque sui simile, prout natura harum mixturarum componitur. Atque etiamnùm Deus aliam virtutem infudit per influentiam cœli ac stellarum, & planetarum, per infusionem suarum influetiarum quas addunt ex mandato diuino: essentiam, statum & declinationem, donec iterum separentur, ac denuò ad suam primã naturam perueniant, ex qua primùm composita sunt, provt res ea fuerit. Vna res crescit diu, antequam ad suum statum perueniat: alia breui tempore adolescit antequam ad suum statum perueniat. Alia multo tempore in suo statu permanet: alia non permanet diu in suo statu, &c.

Essentia coniuncta quid Veteribus.

Virtus seminatoria à Deo mixtis infusa.

Item alia virtus per influetiam cœli, stellarum & planetarum.

Cap. 109.

Sicuti rés omnis initium habuit, ita etiam medium habet ac finem.

ATQVE etiam probè intelligebãt quemadmodum res omnis initium habet, ita quoque eam medium habere debere, cuius hoc loco mentionem fecimus: ac post illud medium finem sequuturum. Ita intelligebant omnibus rebus divinâ providentiâ creatis nullum vitium inesse posse: omnia perfecta esse debere. Probè itaq; intelligebant cùm omnia ad suam primam essentiam redijssent, ad quam Deus condidit, quod tùm instaurabit: ac omnes res creatas in suam extremam virtutem perducet: ita vt posteà in rem illam creatam nulla mutatio cadere possit: ac in æternum in sua essentia permanebit. Probè etiam intelligebant quod Deus easdem res creatas mutabit absque alterius rei extraneæ additione. Sed eadem illa res creata mutabitur in suam perfectionem ac virtutem supremam. Ita facilè ex eo intelligebant, vnamquamque rem creatam medicinam suam propriam in se habere, per rationem prius demonstratam. Ita liquidò constat nihil peregrinum adhibere ei opus esse, quod ad supremam suam Potentiam perducere velimus: sed tantummodò rem sumendam esse, ad rem perfectam efficiendam; siue in minerali, vegetabili, aut animali. Cùm Veteres isti Sapiẽtes omnes hasce rationes prædictas, ac plures alias quas com-

cõmemorare nimis longum foret, probè intelligerẽt ac funditus, facilè sentiebant, idq; certò, se acumine ingenij facilè rem repertu-ros ex qua rem producerent qua spiritus & corpora in verum Solem ac Lunã transferrent. Tum cõsilium inibant ex qua materia rem illam perfectam extrahere possent, quæ virtute transferẽdi corpora, & spiritus in Solem, & Lunam prædita esset. Tùm pro sua sapientia facilè intelligebant, si Solẽ ac Lunam haberent, res ea debebat esse de eorum natura ac genere. Vnumquodque enim sui simile gignit. Equus equum producit, avis avem, &c. Ita reperiebant in sua sapientia: Deum ex omnibus his inferioribus nihil auro perfectius cõdidisse: Ignis enim ipsum destruere non potest, nec quicquam in orbe: ac in suo statu permanebit vsque ad diem novissimum absq; declinatione: quod nulli rei in orbe fiet, non enim diu in suo statu perseverabit, quin rursum declinet ac ad suam primam materiam redeat, qua de re antè doctum est, nisi aurum solum. Atq; per hoc planum fit ratione ante demõstrata, aurum esse rem perfectissimam quam Deus creavit, ac condidit. Ita conveniebat inter ipsos vt sumerent Solem, vt ex eo cõficerent id quod eam potẽtiã haberet spiritus & corpora in Solem ac Lunã transferẽdi. Ac quia Deus nihil solitarium creavit, sed duo crea-

Vnumquodq; sui simile gignit.

Deus ex omnibus inferioribus nihil auro perfectius cõdidit.

Conveniſſe inter Veteres vt ſumerent Solẽ, vt ex eo confi-cerent rem illã quæ potentiã

habueret spiritus & corpora in solem ac Lunam transferendi; sed vt naturâ generationemque eius sequerentur, Solem & Lunam sumpsêre.

uit vt masculũ & fœmellam, in hominibus & pecudibus, in avibus & piscibus, & in sensibilibus atque insensibilibus, in herbis, in plantis, &c. DEVS singulorum duo creauit, vt masculum & fœminam. Et vt opus ad suam extremam virtutem perducerent, sumpserunt Lunam tanquã fœmellam Solis, ac vtraque ceperunt vt lapidem sum ex ijs educerent: quamvis ipsum ex singulis per se facilè extrahere possent. Sed quia naturam generationemque naturæ sequi vellent, quantum poterant: vtraque maturâ deliberatione sumpsêre, quia Sol tam perfectus, tam purus, tamque subtilis erat, vt metuerent ne clàm avolaret cùm ipsum in opere haberent: & Lunam cuius partes nonnihil crassæ & terreæ sunt, ita vt multum terræ habeat, ac quia sese invicem amant ac amica sunt, vt maritus & vxor, ac quia alter calidus, altera frigida est, vt sese invicem temperarent in subtilitate & crassitudine, in volubilitate ac terrestritate: ac vt alterum contineret alterum, vtraque sumpsêre simul æquali proportione, vt alterũ temperaret alterum, vt antè traditum est. Cùm vtraq; hoc pacto sumpsissent, consultabant quibusnam operibus hæc duo tãquam marem ac fœminam inter se copularent. Tùm facilè intelligebant ea esse 2. dura corpora, in quæ natura suam extremam virtutem adhi-

adhibuisset, atque opus extremum, vt amplius in ea operari non posset. Natura enim non vlterius in his duobus mouetur. Nam hæc duo Sol & Luna, in ijs natura ita operata est, vt in nulla re creata in orbe, ita sit operata, nec vnquam operabitur, vt in his duobus corporibus fecit, in Sole & in Luna. Hæc enim duo corpora in statu permanebunt, vt natura ea tradidit in sanitate, vsque ad diem novissimum: donec Deus omnia in supremam virtutem perducet, & potentiam, ad eum finem ad quem omnia creata & facta sunt. Et quicquid Deus creauit in mundo, exceptis his duobus corporibus, omne simul mutabitur, postquam adoleuerit, ac in statu constiterit, quodque secundum naturam, aliud brevius aliud lõgius; tum ad extremum declinabit & abolebitur, ac redibit ad suam primam naturã, ex qua Deus id primùm produci voluit. Atq; hæc duo corpora in sanitatis statu permanebũt, & sine retrorsum eundo, ac quicquam declinando, ad diem vsque novissimum. Quare nihil in orbe hominibus præstantius est. Natura enim hominũ ea est, vt semper optimum quodque amet, estq; hoc donum quod Deus animæ nostræ infudit; estque vna suprematum virtutum animæ nostræ, quòd semper optimum quodque diligemus ac amabimus. Atque ita nihil

Homo naturã optimũ quodque amat.

in orbe præstantius est quod in statu permanebit, quam hæc 2 corpora. Facilè etiam intelligebant quamvis natura in ijs ita operata fuerat, vt in statu sanitatis permanerent vsque ad diem noviſſimum: Deum naturæ talem virtutem non infudiſſe, vt natura tale opus operata fuerit in his 2 corporibus, vt destrui non possent. Ita vt facilè ad suam primam essentiam reduci possint. Itaque natura ijs eam virtutem non dedit vt destrui non possent. Sed sine arte Sapientum hæc 2 corpora sua sponte non retrocederent, nec in primam suam naturam declinarent ante diem noviſſimum, cùm Deus omnia perficiet. Quemadmodum Deus Adamum immortalem condidit: sed Adamum non cõdiderat talem, quin facilè mori posset.

Cap. 110.

Ad hæc corpora transmutanda partim naturam esse sequendam, partim transmutationem Dei noviſſimã speculandam perspexêrę Veteres.

ITA Veteres Sapientes facilè intelligebant se hæc duo corpora arte posse destruere, ac ad suam primam naturam reducere, in aquam simplicem. Ac facilè itidem intelligebant, si hæc 2 corpora perdũcerent, ex propria natura in meliorem naturam, aut in aliam: in primis & ante omnia esse tollẽdum quicquid natura in ijs operata est, ac reducendum in eum statum in quo erat cùm natura primùm in eo operari inciperet.

Tum

Tùm facilè intelligebant se debere retexere quicquid natura fecerat, ac operata fuerat. Tùm consultabant, si ad id peruenirent, se naturam sequi debere. Ac natura omnia produxit, ac crescere fecit, ac pòst illud incrementum, in statu sanitatis còtinuit, aliud breuius aliud longius, provt quodque erat, vt ante doctum est. Ac post statum sanitatis cæpit declinare, donec ad suam primã materiam perueniret, vt prius dictum est. Ac si ad id peruenirent etiam in hoc naturam sequi debebant, ac retrocedere gradatim, donec hæc 2 ad suam materiam primam perduxissent, id erat, in simplicem aquam; ac tandiu naturam sequi debebant. Ac si tùm hæc 2 corpora perducere in supremã virtutem ad quam Deus ea coniunxit, vellent: tùm naturæ imitationem deserere debebãt, ac speculari transmutationem Dei nouissimam, atque opera post hoc seculum, quomodo omnia mutabit ac perficiet, ac opera naturæ sinet. Ita facilè præuidebant ac in sua sapientia intelligebant, sibi hoc pacto naturam esse sequendam, ac declinandam donec ad primam materiam peruenissent. i. in aquam simplicem, vti priùs dictum est: ac tum naturã esse deserendam, vt antè dictum est. Tùm consultabant, quomodo primùm operari deberent in hæc 2 corpora, ac facilè intelligebant, omnia opera operata operibus

Omnia opera operata contrarijs destruenda.

bus contrarijs esse destruenda, ac omnia dura, mollia efficienda, ac omnia sicca humida, & contrà, ac omnia leuia, grauia, ac omnia grauia, leuia, atque omnia calida, frigida, ac omnia amara, dulcia, & contra: atque ita deinceps, &c. Quare Aristoteles ait: Ex leui fac graue, & ex graui leue: fac ex aëre terrã, & ex terra aërem, ex igne aquam, & ex aqua ignem, dulce amarum, & amarum dulce efficito, ac omnes artes habes. Itaque intelligebant isti Sapientes, se hæc 2 dura corpora, mollia efficere debere, Natura enim dura fecerat, si opus naturæ dissoluerent. Idque ita debere fieri opere eo quod destruere appellauere, &c. Eo peracto, facilè intelligebãt naturam corpora ea arida finxisse, ac humiditatẽ eorum intrinsecus clausisse: ac tã firmiter concluisse, vt ignis inter eius partes peruenire non posset, ita vt ignis in ea vi operari non posset. Ac si hæc 2 dissoluerent, debebant siccitatem humidam efficere, ac in aquam soluere. Ac si aperirent solida eorum corpora quæ natura clauserat, id debere fieri per opus quod putrefactio dicitur. Cùmq; hæc opera ad eum modum intelligerent, ita fecêre. Ac post etiamnùm duobus operibus intenti fuere, quorum alterum solutio dicitur, quod per destillationem fiebat. Alterum opus dicebatur coagulatio. Hæc 2 iterabant tam sæpè ac frequenter

Aristoteles.

Solutio.

Coagulatio.

ter ope materiæ vegetabilis, donec hæc duo corpora ad primam suam materiam perduxissent, in qua erant cùm Natura primùm in ijs operari inciperet. i. in aquam simplicem. Cùm hæc 2 corpora hactenus perduxissent, viam naturæ sequi omisêre: ac tum aliam viam perspexêre. Probè intellexerunt Deum ex aqua terram fecisse, ita vt aqua & terra vtraque vnum fierent, ac ex aqua terram fecére. Facilè etiam intelligebant, Deum spiritum è corpore educere, ac spiritum igni purgare: ac spiritu per ignem purgato, spiritus ascendit in cœlum, ac corpus destruitur, ac etiam mundificatur in materiam claram ac subtilem, atque idipsum, istamque viam ita sequuti sunt, idq; duobus operibus perfecere. Opus quo spiritum è corpore educebant, ac mundabant spiritum, opus illud sublimatio dicebatur. Reliqua 2 opera quibus corpus purgabant, horum alterum vocabant Reuerberationem aut Calcinationem, ac alterum Solutionem. Ac cùm vtraq; mundassent ab omnibus peccatis eorum igni & aqua, tum opera Dei perspiciebant, quomodo animã denuò die nouissimo infundet suo corpori proprio glorificato: ac tùm nullã mutationẽ fore, tam fixum Deus corpus cum spiritu faciet: ita vt post illam fixationem nunquam à se inuicem separari possint, ac simul manebunt in secula.

Sublimatio.

Reuerberatio siue calcinatio.

Solutio.

Cum

Cum ista probè intelligerent funditus, etiam facilè intelligebant, si ad perfectionem lapidis sui peruenirent, vt ipsum etiam ad talem glorificationem ac æternitatem perducere possent, ac perfectionem, se Dei opera futura facere debere, si lapidem suum ad talem perfectionē perducerent. Atque etiā facilè intellexêre, si lapidem ad talem perfectionem perducerent, vt eodem gradu staret quo res omnes pòst diem nouissimū, se proiectionem eo nō posse facere. Nam tùm ad finem peruenissēt, ad quem Deus ipsum condidisset. Nam post illud tempus nulla erit generatio, nec vlla virtus seminaria. Tùm cōsultabant vt ei virtutem seminariam imprimerent. Ac partem vnam vtriusque corporis sumebant Solis ac Lunæ, cuiusq; tantundem subtile effectum, ac vnâ cum corpore glorificato cōglutinarunt, quod mundificatum erat: eamq; compositionem Fermentum dixêre. Tùm porrò Dei opera futura prosequebantur, ac spiritum corpori illi infudêre debita proportione, atque habent ita omnes simul spiritum apud se ac in proprio corpore. Idq; duobus operibus fecêre, quorum alterum Inceratio, alterum Fixatio dicebatur. Ac lapidem perfecêre, & ad virtutem extremam perduxêre.

Post hoc seculum nulla erit generatio, nec virtus seminalis.

Cap. 111.

Sublimationis cognitionem necessariam esse, & quare.

NVNC te modum sublimationis docere volo, quomodò & quâ ratione, vnusquisque spiritus sublimari debet, & quare, ac per quid quodque sublimandũ est. Nam in 3 ordinibus omnibus sublimari debet; atque etiam in Elixire, atque etiam in lapide. Atque ob id necesse est, veram naturam sublimationis nosse. Nam sublimatio fit multifariam. Nam sublimatio est instituenda secundum opus in quo spiritus sublimatus adhibendus est, siue ad 3 ordines, aut Elixir, aut in alia omnia opera, quæ multa sunt, atque ad rubrum ac album, ac potissimùm in lapide. Atque ob id necesse est intelligere sublimationem, quia sublimationes toties mutandæ sunt. Nam secundum quodque opus quod facere velimus, sublimationes alijs, atque alijs modis sunt mutandæ. Ideò necesse est tibi de sublimatione scribam ob rationem iam dictam, &c.

Cap. 112.

Sublimatio Arsenici & Auripigmenti.

SCIES principio sublimationem arsenici & auripigmenti, quorum alterum ad rubrum, alterum ad album. Est etiam rubrum arsenicum aut croceum. Sed simul vnum genus est auripigmenti aut arsenici. Arsenicum enim naturam auripigmenti habet. Ita natura eadem sunt, sed non colore: nam alterum ad album, alterum ad rubrum seruit.

seruit. Atque hi 2 spiritus nimis subtilem spiritum in se habent: ac spiritus solertiâ separandus est; nam si huius spiritus subtilis quicquam vsquam apud 2 lapides maneret: spiritus operi suam fixationem adimeret; ita vt opus nunquam fixari posset. Atque etiam apud se habent sulphur combustibile, quod opus omne simul combureret ac destrueret, cùm ad ignem adduceretur.

Cap. 113.

Crassæ fæces & ficca terrestritas lapidi adimenda, & quomodo.

ADHÆC 2 isti lapides etiamnùm materiam habent quæ itidem ijs adimenda est: ea enim etiam opus corrumperet: ea est crassæ eius fæces atque terrestritas. Nam si quid horum in his lapidibus remaneret, aut fæces aut ficca terrestritas, impediret quominus medicina ingredi posset. Quare opus est ad hæc omnia adimenda, vt hi 2 lapides misceantur cum fixa fæce quæ attrahat, quæque etiam spiritus non fiat. Quare debet esse fixa? quia res fixa rem volatilem ægrè à se dimittit, quando cùm ea permista est: quia fæx fixa apud se retinere potest spiritum medium, qui nobis in opere est necessarius, donec subtilis spiritus abierit; antequam spiritus medius à fæcibus sese separet. Quare fæx fixa etiam attrahens aut stiptica esse debet, quia spiritum non nimis

mis altè ascendere in vase sinet: sed altissimè latam manum supra fæces, aut vt maneat super fæces, &c. Ac quare fixa fæx nihil de se mittere debet, quia cum spiritu medio secum non subuehet, sed purus & mundus futurus est. Ac vt nihil extraneum in opus adducat. Nam in opere nihil extraneum esse potest. Præterea fæx frigida & sicca naturâ esse debet, per quam duo isti lapides erunt sublimandi. Quare frigida? ad calorem quem sulphur combustibile in se habet ita cohibendum, ne in sublimatione spiritum destruat, ac à spiritu se separet. Quare sicca? Vt fæx sua siccitate, calorem sulphuris combustibilis ita temperet, ac apud se retineat, ita vt cum spiritu medio nõ separet se, nec ascẽdat ex fæce. Ad hæc opus est alto & oblongo vase in quo hi duo lapides sublimentur. Quare alto vase? Vt subtilis spiritus volatilis qui calorem nullũ ferre potest, ascẽdere in superiorem partem illius vasis longi possit, vt frigus ibi reperiat: vt ibi manere possit, ad eò melius se à spiritu medio separandum. Debes etiam duos istos lapides admodum pusillo igni sublimare. Quare igni pusillo? Vt subtilis spiritus volatilis primùm ex fæcibus volare possit vsque in superiorem partem vasis: antequam spiritus medius ex fæcibus exire incipiat.

Nvnc

Cap. 114.

Subtilis spiritus eximēdus, antequam ignem in sublimatione augeas, & quare.

NVNC scies antequam ignem in sublimatione augeas, te alembicum demere debere, ac subtilem spiritum eximere. Idque ob hanc causam, ne cùm vehementem ignem adhibes, spiritus subtilis iterùm decidat: aut cùm omne sublimatum fuerit, ac tùm subtilis spiritus volatilis rursum super fæces decidat, nec super spiritum medium, ac nē iterum inter se permisceantur. Spiritu verò ex alembico sumpto, alembicū denuò superimpone: ac tùm ignem adde, vt spiritus medius ex fæcibus exire possit. Cùmque iam è fæcibus sublimatum fuerit, exime, ac rursum cum fæcibus tuis permisce, ac fac modis omnibus, vt priùs doctū est. Istamque sublimationem itera tandiu ac toties, donec nihil amplius de subtili spiritu ascendat. Tùm spiritū medium per se sublimandum pones, vt videas, an nihil spiritus volatilis sit adiunctum. Ac si quid sit adiunctū, id identidē eximes, ac etiam circumspicies nunquid de sulphure combustibili ac fæcibus remaneat, &c. Ac sublimationem iterabis tandiu, donec reperis nihil amplius ascendere de subtili spiritu volatili, ac nihil relinquat in fundo vasis. Tùm certus es, te spiritum medium mundum ac purum habere, estque paratus vt in opere colloces.

Ad

Ad Mercurium sublimandum.

Cap. 115.

SVMES Mercurium ac probè mundabis, cum sale & aceto benè conterens in mortario ligneo, pistillo ligneo. Ac vbi diu contrueris cum sale & aceto, Salem à Mercurio ablue aquâ mundâ bulliente, donec aqua pura defluat. Tùm Mercurium sicca panno lineo mundo. Ac tùm denuò sal mundum recens atque acetum recens adde, & rursum in mortario ligneo contere 4 aut 5 horas continuè. Tùm denuò aqua munda bulliente ablue, vt priùs. Ac tùm iterùm recens acetum & sal adhibe, ac contere ad illud vsque tempus, donec Mercurius nullam nigredinem, nec sordes de se mittat, ac Mercurius mundus ac clarus maneat instar speculi: tùm ad sublimandum paratus est. Ac tùm sume in vnam libram Mercurij salis communis ℔ 2 semel in aqua frigida soluti, ac denuò in balneo congelati ad spiritus suos retinendos. Ac tum in 2 illas libras salis prædictas 2 ℥ salis armoniaci sumito toties sublimati, vt nihil post se relinquat, ac probè inter sal contere: ac tùm Mercurium inter ea tere siccum super lapide, ita vt Mercurius non videatur. Tùm simul sublimanda pone in vase apto, alembico superimposito, ac receptaculo ad rostrũ lutato. Ac initio ignem

Modus sublimandi Mercurij.

Ignis primùm pusillus adhibendus ad horas 24.

pusillum adde ad horas 24. Deinde adhuc fortiorem adhibe horas 24. Pòst adde ad horas 24 ignem tam vehementem, vt certus sis omne simul esse sublimatum. Tùm sinas refrigescere. Tùm sublimatum ex alembico sume, ac denuò cum sale communi recenti contere, præparato, vt priùs dictũ est, ac denuò sublimandum pone, modis omnibus, vt priùs doctum est. Atque istam sublimationem itera toties semper cum sale recenti præparato, donec Mercurius tam clarus sursum sublimatus fuerit, quam crystallum pellucidum. Tùm satis sublimatum est. Item tùm eundem Mercurium iam sublimatum sumes, ac siccum super lapide conteres in puluerem subtilem. Tùm Mercurium communem pone in vitro lato aut vase lapideo in fornace in qua spiritus calcinantur. Atque ad 6 hebdomadas calorem adhibe tam vehementem, ita vt manum tenere non possis ad interiorem concauitatem fornacis. Ac 6 illis hebdomadis elapsis sponte refrigescere sine: eximè, ac sacco inde, eumque in cella humida suspende: ac ei vas vitreum suppone, ac prædictus Mercurius omnis soluetur in aquam claram pellucidam. Item hæc aqua Mercurij omnia metalla soluit, adque extremam perfectionem perducit hoc pacto. Item in ea solue corpus quodcunq;, fæces metallorum statim subsi-

Sublimatio Mercurij toties iterãda, donec Mercurius tam clarus sursum sublimatus fuerit quam crystallum pellucidum.

dunt;

dunt. Nam hæc aqua Mercurij, nihil nisi sui simile soluit, & quicquid naturæ eius non est fundum petere sinit. Ac tùm clarum sensim effundere potes, aut philtrare, ac fæces tollere, ac aquâ clarâ ollæ vitreæ indere, ac alembico superimposito ac receptaculo rostro addito, humiditatem destillare: ac tùm ignem tuum augere, ac tùm Mercurium sursum in alembicum sublimare, atque ita Mercurium tuum denuò habes, verùm aliquanto factum leuiorem. Ac tùm metallum ex olla exime & in corpus reducito, habesque metallũ tuum clarum, purum & mundum extremè, siue Venus, Saturnus, Iupiter aut Luna sit, &c. Estque hoc tam magnum secretum quam sit in arte vniuersa. Tùm Mercurium ex alembico denuò sume, ac rursum super lapide siccum contere, & iterum in sacco pende, ac denuò soluetur in aquam claram pellucidam. Atque habens tuum Mercurium, cum hac aqua potes omnia metalla simul conglutinare quodcunque sit: ac item omnia metallorum quæ fracta sunt, frusta denuò coniungere, ita vt videri non possit vbi fracta sint: ac eo loco tam fortia sunt quam alibi. Atque etiam plures virtutes reconditas quas hæc aqua in se habet, quas ob certas causas non scribo. Sed magnum secretum in natura est.

Hæc aquâ Mercurij nihil nisi sui simile soluit.

Magnum secretum.

Lapis tantummodo ex Sole.

Cap. 116.

Lapis ex solo Sole omnes alios superat.

NVNC tibi describere volo lapidem qui ex solo Sole conficitur: qui lapis omnes lapides superat, qui manibus hominũ confici possunt. Ac tenebis loco secreti, Solem suâ naturâ esse speciem metalli in quo nullæ partes insunt. Simplex est & purum, tamen vnius generis fæx ineſt, eaq; in eo abscõdita est. Et quamvis Sol est corpus simplex absq; discretis partibus, tamẽ arte ei color detrahi potest, tam ruber quã albus, sed sine arte id fieri non potest. Quamvis vnam materiam esse assero, tamẽ Sol diuidi potest in 2 partes quæ sibi inuicem contrariæ esse videntur. Sol species est quæ virtute naturę effecta est. Nã Natura in eo ita operata est, ita vt Natura in eo extremas suas vires ostenderit. Imõ natura ita in Sole operata est, vt in toto orbe nihil Sole præstantius sit. Sol enim mundus ac purus est, ac Natura tam prope naturam simplicem ipsum perduxit, quam potuit. Ita vt in toto orbe nihil tã prope ad simplex accedat, quam Sol. Nam Sol igne destrui non potest, nec in terra computrescere nec sordescere, nec in aëre corrumpi.

Sol quamvis vna materia sit, tamen in 2 partes diuidi potest, quę sibi contrariæ videntur.

Sol nec igne destrui, nec in terra computrescere, nec in aëre corrumpi potest.

Cap. 117.

Natura nihil fixum nec simplex producit.

SCIES in toto Orbe nihil quod Natura operata est, fixum esse. Sed arte Sol fixus effici

effici potest, ac alia plura. Sed naturæ à Deo non est concessum, vt quid fixum produceret, aut naturam simplicem. Fixum enim æternum est, id neque iam neque vllo vnquam tempore mutari potest in melius aut peius: sed in æternum permanere debet in ea natura in qua est. Cœlum fixum est, id in æternum in sua fixa simplici essentia permanebit, in qua est. Ac post diem nouissimum Deus omnia quæ condidit fixa efficiet, atque ita in æternum sicuti sunt, permanebunt. Itaque Natura nullam rem fixam operatur: retexi quidem potest quod natura operata est arte, vt in hoc libro docebitur. Scies naturam in Sole ita operatam, vt non possit vna pars eius sursum sublimari, ac altera infrà relinqui. Nam in Sole nulla terra est. Ea terra quæ in Sole est, ita coniuncta est cum reliquis 3 elementis, ita vt vnum elementum alterum sit, omnia munda sunt, in ijs nulla corruptio, nec contrarietas quæ partes disiungat. Terra tam subtilis est, quã ignis, aut aër sint: ac inter ea nulla est corruptio, quæ partes eius disiungat. Itaque aut simul ascendere aut simul infrà manere debent. Quare Sol omnis simul ascendit, aut omnis simul infrà in fundo fixus manet. Ita Solem arte totum ascendere facere possumus, aut arte fixare, vt totus in æternum infra maneat, vt nunquam effici possit vt ascendat, sed

Sol aut omnis simul ascendit, aut omnis simul in fundo fixus manet.

in æternum fixus maneat. Ex Sole 4 elementa separare non possis, quemadmodum ex reliquis rebus omnibus separantur: quia inter elementa nulla contrarietas est, quæ partes eius disiungat, vt suprà ostensum est, &c.

Cap. 118.

Modus parandi lapidem ex solo Sole.

NVNC cum verum lapidem philosophorum, qui nobilissimus ac summus lapis est conficere vis: scies tu qui verum lapidē ex solo Sole vis parare, qui verus lapis sit: quod sumes puri Solis marcas 2, ac tūdes in tenues laminas, ac frusta secabis magna aut parua provt libet, ac pones in cæmento Regali, ac adde aliquantum sulphuris ac salis armoniaci, ac cæmentabis 24 horas continuè. Exime, ac liquefacito, ac rursùm tunde in laminas tenues, vt priùs faciebas, ac pone denuò cæmentandum, vt prædictum est: liquefacito iterum, ac denuò in tenues laminas tunde, ac rursum cæmentandum pone, modis omnibus, vt antè dictum est. Idque minimùm ter aut quater itera, donec certò scias Solem tuum mundum ac purum esse. Tùm conficito aquam fortem ex salnitro, vitriolo, sale armoniaco. Salnitrum quantitate reliqua duo æquabit .i. salnitri 2 partes sumes, & vitrioli ac salis armoniaci ana, singulorum partem vnam. Atque ex his aquam fortem confice quem-

admo-

admodum secundum artem confici solet. Aut potest aqua illa confici ex vitriolo & salnitro solis, ac pòst in ea Sal armoniacum dissolui. Tùm solue 2 illas marcas Solis in ea aqua forti, quemadmodum Sol solui solet. Simulatque solutus est, aquam communem superfunde ter quatérve destillatam: ac super ignem pone, ac ad semihoram bulliat. Tùm spontè sinas refrigescere, ac per 2 dies stare sinas, ac Sol tuus fundum petet. Effunde aquam desuper sensim, ac rursùm aliam aquam superfunde, ac pone denuò vt bulliat, vt antè dictum est, idque ter aut quater itera, donec certus sis, tuum Solis puluerem probè ablutum à spiritibus aquæ fortis. Tùm puluerem tui Solis sicca ad ignem pusillum, aut ad Solem, aut super cineribus calidis. Tùm pulverem tuum in duabus partibus appende, æquali pondere.

Cap. 119.

Opera 2 sibi invicem contraria agenda.

NVNC scies duo opera tibi peragenda sibi invicem contraria futura: vnam partem pulveris spiritualem efficies ac volatilem: alteram verò partem illius pulveris corpoream ac fixam efficies: atque vtramque partem pulveris subtilé efficies quamque in suo gradu, ita vt nihil subtilius effici possit. Debes vtriusque partis pulveris

interius foràs producere, antequam subtilis fiet. Interius eius foràs producendum, vt lapis indè effici possit. Nam in eius parte interiore est species quædam fæcis crassæ, eaque educi nequit, nisi interius foràs producatur. Ac tùm lapis subtilis effici potest, &c.

Cap. 120.

Pulueremprimùm spiritualem efficiendũ, ac quomodo.

ITEM opus illud quo puluis spiritualis est efficiendus, primum erit opus quod aggrediemur. Aperiendum quod natura clausit, ac omne retexendum, quod natura fecit aut operata est; ac puluis conficiendus est eo statu, in quo erat, cùm natura in eo operari inciperet. Tùm primùm pulvis aut materia parata est ad lapidem conficiendum.

Cap. 121.

Altera parte pulueris quæ corporea ac fixa erit efficienda, quid agendum.

IN altera parte pulueris quæ corporea aut fixa erit efficienda, primum opus est perficere, vbi natura reliquit. Itaque hoc opus rectum est, alterum verò contrarium. Nam in illo opere omne simul retexendum, quod Natura operata est: & in hoc opere incipiendum, vbi Natura reliquit. Quod Natura efficere non poterat, id porrò arte perficiendum est. Natura enim non mouetur vlteriùs ad operandum, quam donec rem perduxerit in eum statum, ad quem Deus secundum voluntatem suam ordinauit, &c. Atq; ita illud nobis incipiendum est vbi natura reliquit, ac adducendum ad perfectionem

atque

ætque ſupremam virtutem. Hoc eſt, eius exterius intrò perducemus, ac interius foris collocabimus, ac tùm exterioribus ac interioribus fæcibus exuemus, & ſubtile ac fixũ efficiemus, ita paratum eſt ad lapidem ex eo conficiendum. Itaque hæc 2 opera ſibi inuicem contraria ſunt, idque eſſe debet, ſi alioqui lapis Philoſophorum producetur. Ratio enim hæc eſt: Sol omnis ſimul aſcendit, aut omnis ſimul infrà fixus manet. Sol nullam terram relinquit, vt te ſuprà docui. Itaque hæc 2 contraria opera tibi in lapide facienda ſunt: alteram partem ſpiritualem ac volatilem, alteram verò corpoream ac fixam efficere debes, ſi alioqui lapidem ſis productus. Ac quicunque alias vias quærit, errabit, ac mentem Sapientũ non capit. Scies Solem non poſſe ſeparari niſi in duo, .i. in albedinem & rubedinem. Cùm Sol eſt in ſua craſſitudine, rubedinem ei arte demere potes, ita vt Sol omninò candidus ſit futurus. Cùmque Soli interius foràs inverſum eſt, albedinem ei detrahere potes, ita vt omnino ruber ſit manſurus. Nam Sol tinctura ac colore extrinſecus ruber, intrinſecus verò albus eſt. Nam Sol interiùs Luna eſt, ac Luna interiùs Sol, Sed Luna ægra, & infirma ac imperfecta. Ideò lapis ex Luna haud facilè confici poteſt, qui perfectus ſit futurus. De quo nihil hîc ſcribendum eſt, nam id

Sol interius Luna eſt, ac Luna interius Sol.

nos

nos à proposito abduceret. In hoc enim o-pere tantummodo de Sole, ac non de Luna sermo est, &c.

Cap. 122.

Opus quomodo auspicandum.

ITEM nunc te docere volo, quomodo & quâ ratione opus auspicaberis. Ac principiò aquam fortem conficies ex sale armoniaco, & sal nitro ana, ac sal nitrum in pulverem siccum siccabis. Tùm probè sal armoniacum inter pulverem salnitri misce, ita vt benè inter se permista sint, ac incorporata alterum in altero. Tùm destillanda pone, nec receptaculum strictè ad rostrum luta, antequam destillare incipiat. Nam si initio receptaculum ad rostrum alembici lutas, spiritus sylvestres ventosi insunt materiæ qui receptaculum disrumperent. Sed cùm aliquantisper destillauit, luta intrepidè ad rostrum, atque aquam secundùm artem destilla. Item fac facilè quartarium Colonienſem aquæ cum dimidio: nam multa aqua tibi opus erit. Aquâ cõfectâ vitrum in hunc modum constructum sume, ac ei vnam partem pulveris tui Solis inde: alteram verò partem serva donec te doceam quid ea sis facturus. Ac Solem tuum solve, & in balneo pone, alembico vitro superimposito: nec balneum magis accendas, quam vt manum tuam



tuam in eo ferre possis, ac receptaculum rostro admodum solidè adglutina. Et suprà in alembico erit pusillum foramen, ei infundibulum vitreũ impone, per quod denuò alia aqua fortis infundi possit, cùm opus est. Ac balneum in eo calore retine, quo dictum est antè, die nocteque, cumque vides aquam tuam fortem ad tàm parvam perveniſſe quãtitatem, sicut erat cùm solveres in ea Solem: ita sinas sensim destillare diem ac noctem ex balneo. Cumque iterum spissescit, rursum aquam fortem materiæ superfunde, modis omnibus, vt antè dictum. Id ter itera, semper aquam fortem recentem superfundens. Tertiò verò liberè siccum destilla. Tùm sine corpus illud refrigeſcere, ac receptaculum à rostro tolle, ac cerâ solidè obtura. Alembicum ab olla aufer. Ac tùm sume drachmam aut scrupulum ex olla, materiæ, ac ollæ vitreæ inde, ac aquã communem destillatam superfunde, ac super fornacem colloca in testa cum cineribus, & aqua illa ad semihoram bulliat. Tùm sinas sponte refrigeſcere: ac stare sinas diem vnam ac noctem, ac pulvis in fundo vãsis subsidet. Aquam effundas sensim supernè, ac aquam reliquam super igni tepido evaporabis, ita vt pulviſculus tuus siccus fiat. Cùm verò siccus fuerit, exime, ac laminam argenteam candefacito, ac paululum

tui

tui puluiſculi laminæ candenti ſuperijcito: ac ſedulo vide an pulvis non fumet: ac ſi fumare videris, caue tibi à fumo: fumus enim te enecare poſſet. Tàm ſubtilis eſt fumus Solis cum apertus & ſpiritualis eſt. Ac ſi ita fumet, vt omne ſimul aſcendat à lamina candenti, Sol tuus ſatis apertus eſt, ac ſpiritualis ad ſublimandum. Si verò non fumet, aut parùm, ita vt paululum maneat ſuper lamina candente, Sol nondum ſatis apertus eſt, nec ſatis ſpiritualis ad ſublimandum. Debes iterum alembicum ollæ ſuperimponere, ac receptaculum ad roſtrum lutare, ac rurſum aquam fortem ſuperfunde, modis omnibus, vt antè dictũ eſt; ac denuò deſtilla, ac iterùm proba ſuper lamina argentea candente: cùmque omne ſimul aſcendit, ſatis apertum eſt & ſpirituale ad ſublimandum. Tùm ollam illam vitream ſume cum materia ex olla in magno vitro, ac aquã communem ter quatérve deſtillatam ſuperfunde, vt aquæ illius nihil remaneat, ac pone ſuper fornace in teſta cum cineribus cribratis per horam vnam. Tùm ſinas ſponte refrigeſcere, ac per duos dies, ac 2 noctes quieſcere ſine, ac puluis in fundo ſubſidet. Tùm aquam ſupernè effunde ſenſim per inclinationem aut per philtrum. Tùm denuò aquam communem recentem deſtillatam pulueri ſuperfunde, moue, ac probè cum a-

Proba Solis.

qua

aqua permisce, ac sine denuò super fornace bulliat, vt priùs. Sinas denuò sponte refrigescere, ac rursum subsidere, vt antè dictũ: effunde iterum sensim, aut philtra, vt priùs dictum. Ac rursum aliam aquam recentem prædictam superfunde, ac bulliat, ac facito modis omnibus, vt suprà dictum est. Atque superfundere, bullire, ac effundere debes, ac denuò quater aut quinquies iterare semper aqua communi recenti destillata, donec certus sis, puluerem à spiritibus aquæ fortis probè repurgatum esse. Tùm puluerem in patera vitrea munda exicca super cineribus tepidis, aut in Sole, ac sicca tam aridum, vt puluerescat. Tùm puluis tuus paratus est ad sublimandum, estque apertus & spiritualis effectus. Atque est in tali statu, quali erat cùm Natura in eo operari inciperet: sed non in eodem gradu. Nam quamvis haberemus materiam ex fodinis, cùm Natura primùm in ea operari inciperet, ex ea lapidem producere non possemus. Quamvis materia eo statu sit, quo erat cùm Natura in ea operari inciperet, non est eodem gradu in quo materia tùm erat. Quamvis materia iam aperta sit ac spiritualis effecta: est meliore gradu, quam tùm erat, cùm Natura primùm in ea opus suum inciperet. Nam materia fuit corpus perfectũ quod percoctum ac perfectũ erat vsq; ad extremã eius perfectionem;

ita

ita vt natura nullam vim haberet amplius in ea operādi. Ac tametsi nos iam denuo resolvimus ac spirituale effecimus quod Natura clauserat: ac natura ita clauserat vt omni igni resisteret, adeò omnibus probis & examinationibus resisteret quæ de eo fieri possent. Et quamvis iā resolutū sit, habet tamē in se omnem perfectionē ac potentiā, quam habebat antequā resolutum esset, ac spirituale effectum. Nihil enim amisit, sed plus viriū acquisivit, quāvis sit spirituale. Ac nisi perfectū corpus fuisset, in quo nullus esset defectus: quomodo lapidē ex eo educere possemus, qui eam potentiā habeat, vt omnia corpora mortua viuificet? ac immunda corpora munda & pura efficiat? ac omnia dura corpora, mollia; ac omnia mollia corpora dura? Fieri nullo modo posset, vt tam efficax lapis produceretur, qui tantam virtutem ac potentiam haberet, vt antè dictum est, ac effectus & eductus esset ex corpore aut alia materia in qua vllus esset defectus. Impossibile est rem bonam ac perfectam educere ex re quæ ipsa mala ac imperfecta sit, quamvis multi homines putent lapidem extrahere ex rebus quæ ipsæ immūdæ & imperfectæ sunt. Quare omnes stulti errant qui operantur in metallis imperfectis, in quibus vllus defectus, aut in vllis materijs alijs: ex ijs extrahere volunt quod in ijs nō est. Ita intellige, lapidem ex nullis rebus extrahi posse, aut pro-

Impossibile est rem bonā ac perfectam educere ex re quæ ipsa mala ac imperfecta sit.

dicere, præterquã ex omniũ perfectissimo corpore aut materia quã Deus in orbe vnquã condidit, aut esse fuit. Imò materia aut corpus vndè lapis Philosophorũ producitur tã perfectũ & omnib. numeris absolutũ, vt eadem materia aut corpus sui simile in Orbe non habeat, inter omnia quæ Deus in orbe esse voluit. Imò tã perfectũ ac numeris omnibus absolutũ esse debet, vt eadem materia aut corpus nulla re mundi quæ vnquã fuit, aut est, aut futura est, destrui possit, aut aboleri. Sed quò materia magis destrui putatur, eò nobilior, potentior, ac subtilior fit. Nec aqua, nec ignis, nec terra, nec aër, nec sulphur, nec antimonium, nec marchasitæ: nec vlla res quæ in orbe sit, quæ omnia quæ in rerũ natura sunt, destruunt & abolent, nihil in illud corpus aut materiam quicquã possunt: sed quò magis cum eo permiscẽtur, eò corpus aut materia nobilior ac fortior evadit: ac eò ad rem simplicem proprius accedit. Nam sexangulus est simplici propior quam octangulus, ac quadrangulus propior quam sexãgulus, &c. Igni hoc corpus omnino simplex efficeretur, aut alijs fortibus materijs, quæ omnia alia destruũt, ex materiã istã facilè simplicé ac perfectã efficerẽt. Hoc enim corpus aut materia est simplici propior, quam vlla alia materia in rerũ natura. Quẽadmodum monangulus rotundo propior est quam

Marchasita, Plinio Pyrites, lapis ararius.

id

id quod 10 aut 12 angulos habet: Ita corpus Solis simplici proprius est, quam vlla res in rerum natura. Non enim plures quam 2 angulos habet. i. Sol non potest diuidi in multas partes, quemadmodum omnes reliquæ materiæ possunt, aut corpora. Sol in plures partes quam in duas diuidi non potest,. i. in rubedinem & albedinem, vt antè doctum est. Ac si res eò perducta esset vt Sol in 2 partes diuidi non posset, Sol omninò simplex esset: ita lapis ex eo extrahi minimè posset. Ideò necesse est, vt Sol in duas partes secari possit, ad lapidem ex eo extrahendum. Ita pro certo scies, ex nulla re alia in rerum natura lapidem Philosophorum produci posse, qui magnam illam potentiam sit habiturus omnia metalla in Solem & Lunam transferendi, quam qui ex Sole confectus est solo, absque vllius alterius additione aut commixtione, quicquid etiam sit. Nam quicquid in Orbe est, à Sole alienum est. Deus enim nihil in toto orbe esse fiuit quod Soli simile sit, aut quod partem cum Sole habeat, aut quod de genere Solis sit. Quamvis multi stolidi dicant esse quasdam species minerales, aut genera minerarum quæ de natura solis sint. Mentiuntur, Solem non nouêre. In toto Orbe nihil est quod partem cum Sole habeat, siue in fodinis, aut extra fodinas. Omnino peregrinum est, ac nullam

nullam partem cum Sole habet. Iraq; benè tibi caue vt cum Sole, quando lapidem conficis, omnes res quibus lapidem resolvis ac claudis ab eo separes, vt certus sis nihil peregrinum apud lapidem manere: alioqui errabis ac operam ludes, &c.

Cap. 123.

ITAQVE quæras: an igitur ex Luna lapis vllus produci non potest? Maximè: ex Luna quidem lapis produci potest; atq; ita etiã ex omnibus rebus creatis in Mũdo, ex ijs lapis quidẽ produci potest arte, sed lapis Philosophorum nõ erit, qui omnia metalla imperfecta in verum Solem ac Lunam transferat, nec qui proiectionem illam infinitã facturus sit, quæ ob infinitatẽ proiectionis scribi non potest. Longo tempore ac ingenti labore medicina quidẽ produceretur ex Luna aut Elixir, quod proiectionem faceret super Venerem probè mundificatã calcinationibus & ablutionibus, ac liquefactionibus: sed nũquam ex Luna medicina, aut Elixir, aut in ordine quid simile producetur, quod proiectionem faciat in metalla cruda, imperfecta, ad extremum adulterinum & fraudulẽtum erit, aut fiet. Sed Venus ita parari potest, vt transferatur in veram Lunam medicinã quæ ex Luna confecta est. Ac si ex Lunã medicinam sis producturus, inprimis &

Ex Luna lapidem Philosophorum educi non posse.

antè omnia Lunæ omnes ægritudines demere debes. Luna enim ſicuti reliqua metalla omnia, duobus morbis eſt obnoxia, eos tollere debes, ac omnem eius nigredinem. Ac antequam eò pervenias, facilè dimidium tui ponderis amittis. Hoc facto porrò ipſum percoquere debes. Noſti Lunam eſſe crudum, frigidum & humidum corpus non percoctum in mineris: ac ſi ab artifice percoquetur, id eget longo tempore, ac multo ſumptu. Cumque iam Lunæ omnes morbi adempti ſint, ac deinde percocta eſt, tum primùm Luna parata eſt, ad medicinam ex ea conficiendam, aut Elixir, aut ad convertendam in lapidem. Atque hic tanti ſumptus faciendi eſſent, in diminutione Lunæ, ac tãtum laboris ac temporis impendendum. Cumq; iam omnino perfectum eſſet ac probũ, ac artifex opus illud ritè paraſſet, ac proiectionem, ac omnium ſubduceret rationẽ, ſumptus, temporis ac laboris, parum lucri reperiret. Ita liquet per rationẽ prædictam, ex nulla re in rerum natura Lapidem Philoſophorum produci poſſe, quã ex Sole: eiuſque rei ſedulò ratio eſt habenda.

Cap. 124.

Regreſſus ad opus.

ITÆM nunc denuò ad opus reverti volumus. Sumes ollam vitream 5 aut 6 quartarios continentem, in modum ſequentem factam: ac ex vitro denſo confici ſine, vt cõcuſ-



cussum ferre possit. Ac sine fornacem ad eam constrúi, ita vt nō sit latior, quam vt testa in ea stet ritè omnibus partibus fornacis inclusa, ita vt ad latus inter fornacem & testam nullus calor possit transire, sed vt nusquam calor venire possit quam tantummodo infernè; vt eò melius ascendere possit spiritus in sublimatione Solis. Tùm testam cineribus cribratis imple, ac pone vitrum in testa in cineribus altitudine lati digiti, vt vitrum à latere quam fieri possit parum caloris recipiat. Ac tum materiam tuam aut pulverem tuum ei inde: ac tū magnum ac latum alembicū superimpone, ac solidè luto operi: ita vt certus sis nullos spiritus lutum penetrare posse. Sunt enim adeò subtiles spiritus, vt tibi scribi non posset. Nā si spiritus penetrarent, tuque aërem reciperes, moriendum tibi esset. Ac luta ingens receptaculum ad rostrum alembici: ac lutū illud vbiq; probè sinas siccescere. Tùm ignem fornaci subijce, primùm ignem admodū pusillum: ac aliquoties per gradus ignem auge, donec materia tua sursū sublimare incipiat: quod igni pusillo fiet. Cumque materiam ascendere vides, sedulò adverte, vt ignem eodem statu retineas, vt admodum leniter sublimet: quod facilè fiet. Nā materia sublimatur ac ascendit igni admodum pusillo.

Fornax quo modo struēda.

Cùmque iam non æqualiter ſublimat, quod oculis facilè ipſe cernes : ignem paululum augere poteris, provt res poſtulat. Cùmque non ampliùs ſurſum ſublimat, ignem tuum ita adauge, vt fundus vitri candeat : ac ſi ne tùm quidem quicquam ampliùs aſcendere videas, ſinas refrigeſcere, ac deme, ac ex alembico exime: ac materia tua aſcendit tam candida quam nix, ac lucida in morem vitri, atq; interius tuæ materiæ iam foràs productum eſt, idque eſt albedo eius: idq; quod foris fuerat iam intrò perductũ eſt : infrà in olla vitrea invenies paululum pulveris cineritij, qui in interioribus partibus latuit, eſtq; nihil aliud quam fæx, eſtq; tam puſillum vt ponderari non poſſit: id verò tolle, nihil valet, nihil eſt præter fæcem : ritè perquiſitum fuit, ſed nihil præter fæcem in eo repertũ fuit. Tùm denuò id quod ſublimatum eſt, ollæ inde, ac fac iterùm vt priùs, modis omnibus vt antè feciſti, ad ſurſum ſublimandum, &c.

Cumque denuò ſurſum ſublimatum eſt, rurſum exime ex alembico, ac ſi quid infrà in fundo reperis ollæ vitreæ, aufer : ſed exiſtimo te nihil amplius reperturum. Pone iterum ſublimandum modis omnibus, vt ſuprà. Iſtam ſublimationem itera toties, donec materia tua tam clara & pellucida eſt quam cryſtallus; Ac albedo eius omnem albedinem in Orbe ſuperat. Tùm ſatis ſubli-

ma-

matum est. Ac quò sæpius sursum sublimas, eò facilius igni pusillo ascendit, ac eò materia spiritualior ac subtilior fit: ac quò spiritualius ac subtilius efficis, eò proiectio eius pòst maior est futura. Nam in sublimatione ac post in destillatione, sæpè sursum sublimando, ac post sæpè destillando: eo ipsi multiplicationem addis. In quaquo enim sublimatione centum in proiectione lucrifacis. Quare potes lapidem tuum tam subtilem reddere sæpè destillando, ita vt vitro continere nõ possis id penetraret quamvis pedis mensuram spissum esset. In lapide nulla est multiplicatio alia, quam vt frequẽter sublimando subtilem efficias: ac post sæpè destilles: ad lapidem subtilem efficiendum frequẽter sursum sublimando, ac post sæpè destillando ad lapidem subtilem efficiendum. Nulla multiplicatio alia reperitur, quam eo pacto multiplicare & subtile efficere. Et qui alias vias quærit, aut aliter putat, is artem non intelligit. Porrò cùm materiam hoc pacto sursum sublimasti, eam calcinandam ponere debes, in hunc modum sequentem.

Quę sit multiplicatio in lapide.

Cap. 125.

SVMES materiam sublimatam, ac eam impalpabiliter pulverisabis super marmore. Tùm pateram vitream habe fundo plano, ex vitro bono quod ignem ferre possit:

Modus materiam iam dictam calcinandi.

sit: ei tuam materiam inde, ac latè ponas super fundo vitri, ac obliné penna aut pede leporino: ac pone pateram cum lapidis materia, in fornace secreta, in qua spiritus calcinantur; ac operculum interius quod testæ quadrat superimpone: ac luto bono firmiter obtura, quod ab igni non scindatur nec rumpatur, ac benè siccescere sine. Tùm alterum illud operculũ super hoc impone quod fornaci quadrat, ac id ipsum etiam firmiter luta, ac sine siccescere. Cùmque siccum fuerit, impone operculũ illud quod oræ fornacis quadrat, quod reliqua omnia opercula operiat: idq; etiam firmiter luta, ac sine siccescere. Cumq; satis siccum est: ignem fornaci subijce, primùm ignẽ tepidũ ad 6 horas continuè: quibus exactis ignẽ tuũ auge adhuc ad horas 6: quibus exactis ignẽ tuũ etiãnùm auge ad horas 6: quibus finitis ignẽ tuũ tam fortiter auge, vt manũ tuam ingeras per foramen illud quadratũ quod in fornace est ad latus, atq; extremũ digiti madefacias, ac tãgas vas in fornace pẽdens si strideat ac sonet: perinde ac si lapis admodũ ferveat, ac super ipsum spurũ iacias, isq; strideret: ita hoc vas stridere debet quod in fornace pendet: cùm humor inspergitur: in tali calore dié ac noctem retineri debet. Bacillum verò tenuem tibi parabis, ac ad extremũ eius panniculum lineum alligabis sextuplũ aut septuplum, &

ipsum

psum firmiter circum cõsues, ac extremum
n aqua tinges ac humectabis, ac lapidẽ ex
foramine quadrato tolles quod in medio for
nacis est, ac per id bacillũ illud ingeres vsq;
id vas extremitate humida: ac sedulò atten-
des an vas stridеat, ac si emittat stridorem,
cùm bacillũ vas attingit: tum sat rectè est: ac
si non stridеat clarè aut fortiter, perinde ac si
frigidam super lapidem stilles: ignem ita ad-
uge, donec ad eum modũ stridеat. Atq; ita
die nocteq; retinere debes in eo calore. Ac
æpè inter diem ac noctẽ bacillo illo humi-
do probare poteris, per foramen illud in me-
dio fornacis, num ignis tuus commodè ca-
idus sit: sed vbi probaris, lapidẽ denuò fora-
nini quadrato quòd est in medio fornacis,
mper ingere. Ac in tali calore id retinere
ebes 40 dies ac noctes continuè: quibus
xactis, spontè 3 aut 4 dies refrigescere sine.
ùm exime, ac materiam lapidis probè cal-
inatam reperis, ac præparatam ad solven-
lum in aquam claram, in aëre frigido ac
umido. Ac per calidam siccitatem lapis tu-
is denuò congelabit. Ac necesse est, vt ma-
eria lapidis eam naturã in calcinatione ac-
uirat. Nam materia lapidis cõverti nõ pos-
et in aquã simplicẽ, nisi eam naturã haberet
t in aëre frigido & humido solveretur, ac in
alida siccitate congelaretur: materia lapi-
is eò reduci nõ posset, vt post distillaretur,

Ac materia lapidis destillari debet, si alioqui subtilis efficietur. Ac nisi subtilis esset, nullam proiectionem faceret. Ita materia lapidis sæpius mutanda est ex vna natura in aliam, ita vt in frigida humiditate solvatur, ac in calida siccitate congeletur. Ita arte ex vnâ naturâ in aliam ducendus est, donec materia tam sæpè ac toties ex vna natura in aliam sit perducta, vt ei omnia sint adhibita, quæ in eius regimine sunt adhibenda. Ac denique perducetur ad tam perfectam naturam, ita vt post nullo vnquam tempore deduci possit ex perfecta illa natura in peiorem aut meliorem. Sed in æternum in perfecta natura permanebit, &c.

Cap. 126.

Materia calcinata in aqua communi destillata soluenda, aut super mensam spargenda, &c.

NVNC materiam lapidis calcinatam sume, ac in aqua communi destillata solve: aut si materiam spargeres super mensam vitream, aut marmor: ac in cella frigida ac humida poneres, ac vitrum sub lapide poneres: ac lapidem paululùm inclinares, ita vt solutum in vas stillare posset: materia lapidis 8 aut 10 diebus facilè in aquam claram solveretur, ita vt nihil remaneret. Sed hic modus non est probandus, ob pulverem ac alias sordes surgentes in eo, atque etiam ex aëre provenientes: atque etiam humiditas quæ ex cella in materiam lapidis attrahitur,

hitur, quæ vt soluatur, efficit, ea itidem munda non est, &c. Itaq; ad materiam lapidis puram ac mundam seruãdam, materiam lapidis receptaculo indes in hunc modum fabricato, atque os receptaculi leuiga super lapide, ac etiam vitrũ pusillum super leuiga quod ori receptaculi quadret, quod firmiter super os receptaculi lutare possis, cum tibi lubebit.



Ac materia lapidis in vitro existente, aquam communem habe toties iterum iterumque destillatam, vt nihil remaneat post destillationem: ac interdum paululum illius aquæ super materiam lapidis funde, ac perpusillo aquæ soluetur ob subtilitatẽ. Subtilis enim materia multò facilius soluitur ac minore quantitate humiditatis, quam crassa ac grauis materia, quæ crassa & immunda est. Ac cum materia soluta est, materiam lapidis in aquam simplicem redegisti, ac talis esse debet, si alioqui lapis ad perfectionem peruenire possit, & ad supremam virtutem, ac sine vlla peregrina corrosiuitate addita. Ac iam materiam lapidis ad essentiam illam perduxisti. Item materiâ tua lapidis hoc modo solutâ in aquam communem simplicem, sume receptaculum cum materia resoluta, ac fornaci superimpone, in testa cum cineribus,

bus, ac vitrum illud pusillum firmiter super os receptaculi luta, ac ignem fornaci subijce, ac aquam illam communem iursum destilla, donec materia tua iterum sicca sit: ac tùm receptaculum à fornace remoue, ac in balneo pone, ac vitrum pusillum ab ore remoue: ac tum acetum forte ex vino confectum habe, multis vicibus destillatum, saltem vt nihil remaneat. Tùm tantum aceti illius destillati super materiam lapidis funde, vt materia lapidis verè soluatur. Cùmque omne solutum fuerit, pusillum illud vitrum denuò super os vitri luta, ac rursum acetum destilla calore tepido. Cùmque iterum siccum fuerit, denuò aliud acetum recens materiæ lapidis superfunde, donec iterum in aquam claram soluatur. Luto iterũ obtura, iterumq; destilla, donec siccum sit. Id verò superfundere, ac materiam lapidis identidem soluere, ac tùm denuò destillare, facito tam frequẽter, donec materia lapidis amplius cõgelare nolit, sed cõsistat in morẽ insignis olei albi: albedo enim eius foris, ac rubedo in interioribus eius est, &c. Ita materia lapidis sæpè ac multis vicibus mutari debet, nunc terra, nunc spiritus, nunc calx, nunc aqua, nunc oleum esse debet: ac sæpè ex vna natura in aliã transferenda est. Nam nisi intrò resoluta & aperta fuisset, quomodo eam sublimare potuisses: ac nisi calcinas-

ses,

ses, quomodo in aquam simplicem soluere? Ac nisi iam materiam lapidis in oleum conuertisses, quomodo destillare ac subtilē efficere posses? vt potentiam acquireret omnia metalla in Solem ac Lunam transferendi? Quare materia toties cōverti ex vna natura in aliam debet, ad omnia facienda quæ in regimine eius sunt, ad eam ad perfectionem perducendam. Quare Sapientes lapidi multa nomina indidere; postquam materiam lapidis resoluissent ac spiritualem effecissent, dixêre materiam esse rem vilem. Cùmq; ipsam sublimassent, Serpentem vocarunt ac bestiam venenatam. Cùmque eandem calcinassent, dixêre esse sal, & huiuscemodi. Et cum soluissent vocarunt aquam, ac in omnibus locis reperiri dixêre. Cùmque ad oleum perduxissent, materiam rem viscosam dixêre, ac passim vænalem. Cùm verò congelassent terram nuncuparunt, ac eam tam pauperes quam diuites habere dixêre. Cùmque ei albedinem exuissent, lac virginum, ac album quid dixêre. Ac cùm rubedinem eius sursum sublimassent, ignem dixêre, ac rubrum quid. Atque hoc pacto provt materia lapidis conuersa erat in peculiarem naturam, nomen illi indidêre, donec ad finem perductus esset.

Materia res vilis.

Serpens ac venenata bestia.

Aqua.

Res viscosa ac passim venalis.

Terra.

Lac virginum, ac album quid

Ignis, ac rubrū quid.

Mate-

Cap. 127.

Quid materia sit agendū cùm iam congelari abnuit, ac consistit in morem clari albi olei.

MATERIA igitur lapidis ita se habente, ac iam ampliùs congelari abnuente, ac consistente in morem clari albi olei: vitrum tuum è balneo sume, ac super fornacem pone in testa cum cineribus: ac luta receptaculum ad rostrum vitri admodum strictè, atque vitrum pusillum super os vitri luta. Ac receptaculum quod ad rostrum vitri est, etiam rostrum in ventre habebit: quemadmodum vitrum cui materia lapidis inest, habet: ac rostrum receptaculi ad eius extremum probè obtura, ne quis aër per id espiret. Non iam amplius alembicis destillare poteris, verū omnes destillationes quæ iam fiunt, per magna receptacula rostra in ventre habentia fieri debent, ne vltrò citroque sæpius sit transfundēdum. Sed cum ex vno vitro in aliud deductum est, vitrum illud ex cineribus sumetur, ac vitrum illud ponetur in eo in quod deductum est, super fornace in testa cum cineribus, ac luta rotundum illud vitrum super os: atque alterum illud vitrum rostro appone: ac extremum rostri luto obtura, ac luta firmiter iuxta rostrū quod adiunctum est vitro, super fornace stanti. Omnino in huiusmodi receptaculis vitreis destillandum est, quibus rostrum in ventre additum est, vt tantum modo ex vno vitro in aliud depromere opus sit, ita materiam sæpius

pius transfundere non est necesse. Ac cùm lutum probè siccum est, ignem fornaci subijce, primùm pusillum, ac paulatim ignem tuum auge paululum per gradus: ac videbis ascendere spiritum candidissimũ, ac transibit, ac in receptaculum destillabit. Quo viso ignem in eo calore retine, donec nõ amplius destillare videas. Tùm etiamnùm ignem insigniter auge, ac sedulo circumspice an nulli albi spiritus ascendant, ac cùm nõ ampliùs per rostrum vitri stillat, spontè sinas refrigescere, & receptaculo dempto id solide obtura: habesque ibi spiritum album ab oleo rubro separatum: ac materiam diuisam in 2 partes. Nunc quamque partem per se destillabis ad subtilem efficiendam. Nam multis vicibus destillando, vtramq; partem lapidis, partem albam ac rubram tàm subtilem reddes, vt proiectio eius infinita sit futura. Nam hæc destillatio vtriusque partis lapidis, multiplicatio eius est. Lapide enim perfecto nulla in eo multiplicatio. Nam lapide ad summam eius virtutem perducto, nulla mutatio in eo est. Postquam lapis perfectus est, manere in eo statu debet nunc, & in secula. Pòst perfectionem nec in melius nec in peius mutari potest, sed in æternum Rex permanebit. Quare si quis verum lapidem Philosophorum parauit, nulla pòst sequitur multiplicatio, vbicunque post perfectio- Vbicunq; post perfectionem

Sequitur multiplicatio, lapis Philosophicus non est.

fectionem multiplicatio sequitur, lapis Philosophorū non est, nec verus lapis est: Medicina esse potest, aut alius, cuiusmodi multi sunt quibus proiectio fit; verū lapis Philosophorum non est, de quo hic nobis sermo est. Cùm prædictus lapis perfectus est ac paratus, in æternū in eo statu permanere debet. Ita nunc destillatione multiplicationē eius facere debes, sæpe multisque vicibus vltrò citroq; destillando quodq; per se. Spiritum album per se, ac oleum rubrū per se, quodque super fornace peculiari, ac tum subtile efficere ac tam spirituale, vt proiectio eius sine fine sit futura: eaq; lapidis multiplicatio erit. Quare mentem meam funditus intellige.

Cap. 128.

Quid vtraque parte lapidis agendum.

NVNC ambas partes lapidis destillabis quamq; super fornace peculiari. Ambas simul in opere pones. Pars candida, igni pusillo facilè ascendit. Sed pars rubra ignem vehementem habere opus habet, si ascendet ac destillabit: verum vbi ter quatérve destillatum fuerit, paulatim facilius destillabit calore pusillo. Nam quò sæpius destillata fuerit, eò spiritualior ac subtilior fit, ita vt ad extremum destillet igni pusillo. Ac tibi cauere debes. Cùm igni pusillo destillat, materia admodum tenuis & subtilis erit, ac tùm materiam tàm frequenter vltro citroq; destillabis,

labis, vt materia spissesceret, ac iterum in destillando tarda fieret. Ac si tùm adhuc eam destillare perseuerares vltrò citroq;, materia tua tàm alba quàm rubra, iterùm spissesceret: ac ad extremum rursum indurescceret, ac si tùm ignem fortem adhiberes, tua materia liquescceret, antequam volaret: ac liquescens volaret, ac maxima eius pars vitrũ penetraret præ magna eius subtilitate: ac ita maximã partẽ materiæ tuæ amitteres. Quare circumspectus esto in vtráque materiâ lapidis, tam in vnâ quã in alterâ: nam in vtráq; contingeret materiâ. Quare cùm vides materiam tuam igni pusillo destillare, ac materiam tua admodũ tenuem ac subtilem esse: ac posteà cernis materiã tuam aliquãtò densiorem fieri: ac ignem aliquanto vehementiorem debere facere: desine. Materia tua tam subtilis est, quam eam efficere potes. Nam si porrò destillare pergeres pòst etiamnum octies aut decies, partem tuæ materiæ amitteres, vt priùs dictum est. Remoue ab igni ac quamque vitro peculiari inde, ac obtura strictè, ac sepone donec ego te doceam quid eâ sis facturus. Nunc partem vnam puluueris Solis tui parasti ac spiritualem effecisti, ad lapidem ex eo efficiẽdum. Nunc alteram partẽ sumes puluerisꝰ tui Solis quam tibi seruare iubebam, quum alteram cum altera ponderasses, &c.

Quid agendū alterā illā partē solis corporeā ac fixā efficiendā.

ITEM nunc alteram illam partem sumes pulueris tui Solis, quam tibi seruare iubebam, quam corpoream efficeres ac fixam: eamq; sume ac reuerberandam in fornace reuerberatoria pone: ac ibi retine die nocteque semper flammam circumvolantē materiam, vt flamma ac candor non extinguatur, donec puluis tuus intumeat, vt spongia. Tùm ignem sua sponte refrigescere sine. Tùm exime, ac cōtere materiam super marmore cum aceto ex vino destillato, ac probè rectificato in balneo: ac vbi impalpabiliter contrita fuerit, magno receptaculo vitreo inde, ac in calido balneo pone: ac bonam partem aceti ex vino destillati superfunde: ac moue, ac contritam materiam lapidis probè cum aceto permisce: ac benè vitrum inter manus tuas agita 3 quatérve: ac materiam benè cum aceto permisce: ac identidē in balneo calido repone. Ac materia lapidis sensim soluetur. Denique post quatuor aut quinq; dies, sine balneū sponte refrigescere, ac benè in fundo vasis subsidere sine. Tùm vitrum mundum habe, ac ei sensim desuper infunde de materia quod solutum fuerit, ac firmiter operi. Tùm denuò materiæ tuæ lapidis acetum recens superfunde, ac moue, & materiam probè cum aceto permisce: ac denuò pone in balneo calido, ac fac modis

omni-

omnibus, vt suprà. Ac rursum effunde sensim quod solutũ, priori addens. Ac illud infundere ac effundere iterabitur, donec materia simul omnis soluta est, ita vt nihil remaneat. Tùm id quod solutum est simul omne sume, ac pone super fornace in testâ cũ cineribus, ac igni tepido coagula tam siccũ, vt pulverescat. Tùm materiam ex olla vitrea sume, ac rursum reverberandam pone, donec materia intumescat, idque octiduo aut minori temporis spatio fiet. Tùm sponte refrigescere sine; exime, ac materiam super lapide marmoreo cõtere, cum bono aceto destillato: ac denuò materiam solvendam pone in balneo tepido cum aceto destillato, modis omnibus, vt priùs faciebas. Cumque iam omne simul solutum fuerit, cõgela denuò vt priùs; pone iterum reverberandum, vt antè, donec materia lapidis iterùm intumescat, idq; triduo aut quatriduo ad summũ fiet. Ac ne tam vehementem ignẽ aut flammam adhibe, vt materia tua liquescat. Cumque inflatum est, sine denuò frigefieri; exime, ac rursum super lapide cũ aceto destillato contere: pone denuò solvendum, vt priùs, ac statim solvetur: congela iterùm, ac rursum reverberandum pone, donec infletur; sine frigefieri, ac exime, ac super lapide cum aqua communi destillata contere: ac solvendum pone in aqua communi destil-

lata. Ac materia lapidis facilè ſolvetur in clara aqua communi. Et tùm materiã lapidis redegiſti in aquam ſimplicem, abſque vlla corroſivitate addita: ac ſolvitur in humiditate frigida: & congelat in calida ſiccitate: atque ita materia lapidis eſſe debet. Cùm materia lapidis in aquam communem ſolvitur, tùm exterius intus poſitum eſt, & interius foris. i. rubedo eius nunc intus eſt, ac albedo foris eſt. Cumq; materia hoc pacto in aquam ſimplicem ſoluta eſt, pone in olla vitrea in fornace, in teſta cum cineribus congelandam, donec humiditas abierit, ita vt pellicula ſuper eam venire incipiat. Tùm ſine frigefieri, ac à fornace depone: aut vitrũ ſuper fornacem diem vnum ac noctem ſine: aut præſtaret vt in cella frigida poneres, lapillabit quaſi ſalnitrum, alumen, aut mel arũdinis eſſet, album ac clarum, in morem nivis, pellucidum ac durum. Sume id quod in lapillos excrevit, ac rurſum ſuper fornacem pone, ac iterùm humiditatem evapôra, donec iterum pellicula ſuperveniat. Tùm iterum in cella pone, ac rursùm lapillare ſine, ac ſume quod lapillatũ eſt, idq; itera donec omnis materia tua lapidis omnis ſimul lapillata fuerit. Tùm ſume ſimul omne quod lapillatum fuerit; ac omne ſimul pateræ inde, ac cineribus calidis impone ſuper fornace: ac continuo rursùm aqua fiet, ſimulatq; calere incipit, ac iterum evapôra in pulverem

ſiccum, ac pulverem albũ habes. Pone pulverẽ in fornace reverberatoria, ac ignẽ adde vt pulvis verè ruber fiat, vt candeat orationis vnius, aut duarũ, aut triũ ad ſummũ ſpatio. Sine ſponte frigefieri, tùm exime, ac ſicca in olla vitrea, ac aquã cõmunem ſuperfunde, ac facilè ſolvetur etiamſi in balneo non ponas: ſinas tantũmodo diem vnũ ac noctem ſtare, ac in aquam claram ſolvetur: ſinas quieſcere puſillã fæcẽ ponet, eaq; fæx eius interior eſt, eam materia de ſe nõ mittit, antequã interius eius foràs inverſum eſt. Fæcẽ aufer, prorſus invtilis eſt: ſatis enim, pbatum eſt, nihil præter fæcem eſſe. Tolle etiã quicquid infra in quaq; ſolutione reperis, nihil enim itidem præter fæces eſt. Tam arctè cavere non potes in opere, inter candefaciendum, in fornace reverberatoria, ac in ſolvendo & congelando, quin ſemper pulvis incidat: ac vbi tùm ſolutum fuerit per philtrum deſtilla, ac rurſum aquã recentem deſtillatam ſuper fæces funde, ac fæces probè cum aqua permiſce, ac ſine denuò ſubſidere: rurſum deſtilla per philtrum: iterùm aquã recentem ſuperfunde; moue ac ſine ſubſidere, deſtilla per philtrũ, ac fæces ablue. Nam ſemper aliquid de materia lapidis apud fæces manet, ac nequid de materia amittas, fæces toties aqua communi deſtillata laua; donec certus ſis nihil de materia Lapidis in fæcibus ſupereſſe.

Aquas verò omnes quibus fæces lauisti cõfunde, ac cõgela cum eo quod primum è fæcibus deducebas. Et cùm congelatum est, denuò vt cãdefiat, pone in fornace reverberatoria, vti dictum est priùs, 3 aut 4 orationum dominicarum spatio. Tùm sinas sponte refrigescere; exime, ac solve iterum, vt priùs: sine residere, destilla per philtrum: Laua fæces, vt priùs. Id verò solvere, ac congelare, ac iterùm candefacere itera quoties libet. Nam istud solvere ac denuo congelare, materiam lapidis tam subtilem efficit, ita vt ad extremum vitrum tuum penetraret, si ad 3 aut 4 dies solutam stare sineres in vitro, ac in quaque solutione lucrifacis. Ita 16 aut 17 solvere potes, ac tùm denuò congelare, ac tùm iterùm candefacere: ac sæpius facere author tibi non fuerim. Timẽdum enim esset, ne materia lapidis præ subtilitate ollam tuam vitream penetraret in congelatione. Hoc facto, sume pulverem, ac in pyxide vitrea serva. Paratus enim est ad spiritus cum eo permiscendos ac vniendos.

Pulvis paratus ad spiritus cũ eo permiscendos, & vniendos.

Cap. 130.

NVNC te vtramque materiam præparare docui ad lapidem conficiendum, vnam partem spiritualem ac subtilem: alteram corporeã ac fixam: quia Sol nullã terrã relinquit, vt antè in opere doctum est: quiq; aliter operatur, ac alias vias quærit ad verum lapi-

lapidem Philosophorum conficiendum, errabit ac frustrà sudabit: nec intelligit semetipse nec mentem Philosophorum. Ex Sole multiplex medicina confici potest qua proiectio fit, in qua multum vtilitatis, ac lucri sit: Verum lapidem cõficere, magnum illud opus Philosophorum, hoc modo institui debet, ac non aliter. Ex Sole quidem oleum confici posset ita præparato corporaliter ac fixo, ac tum calcinandus poni ad dies 40 in fornace in qua spiritus calcinãtur: ac si tùm eximeretur ac in aceto destillato solveretur, ac denuò cõgelaretur; idq; toties iteraretur, donec materia cõsisteret in oleum candidũ ac splendens: Ac si tum lamina Veneris candefieret, ac de oleo illo ei inspergeretur oleũ separaret, ac penetraret per eam, quemadmodum oleum corium siccum penetrat: ac laminam Veneris omninò Lunam fixam efficeret, quam longè sese oleum sparsisset. Ac si oleum super Mercuriũ stillaretur calefactum, in Lunam fixam ipsum conuerteret: ac similiter Iouem, Saturnum, &c. cum super ea stillaretur cum liquefacta starent. Ac si oleum inderetur vitreo vasi ad eam rem cocto, ita vt ex vitro forti conflatum esset, ac poneretur in digestione, in calore sicco temperato: si oleum illud tandẽ in eo haberetur: tandem in oleum rubrum converteretur, interius eius denique foràs educeretur,

atq; exterius intrò longa digestione: ac tùm omnia metalla in verum Solem transferret, vt priùs in Lunam fixam transferebat. Sed Lapis non esset, oleum fixum Solis foret, & medicina quædam ac Elixir. Verum ad lapidem conficiendum, Sol in 2 partes dividendus est, ac vna pars spiritualis ac subtilis est efficienda, ac altera corporea & fixa, ac subtilis vti antè dictum est: ac tum duo illa cõtraria coniungenda, vt doceberis. Quamvis nunc sibi invicem contraria sint, tamen ex re vnâ & ex vna materiâ cõfecta sunt: ac nunc rursum in rem vnam coibunt, ac vna materia fient: ac deinceps vna materia in æternum permanebunt: ita vt neque iam, neque vllo vnquam tempore separentur: ac sint res absolutissima & perfectissima quæ vnquam in terris fuit, aut vllo tempore futura est. Ac perpende, ac probè opus circũspice: in hunc modum fieri debẽt ad lapidem conficiendum, nec in alium modũ. Potest quidem lapis cõfici, quo proiectio fieri potest, sed lapis Philosophorum non est, de quo Philosophi loquuntur, &c. Nunc denuò ad opus redire volumus, vt duas istas materias contrarias rursùm coniungamus, & rursùm in corpus perfectum reducamus, quod priùs non fuerant, quamvis antè vna materia, ac vnum corpus esset, tamen perfectum non erat. Nam si corpus perfectum

fuisset, non potuisset corpus illud in 2 naturas redigi, vt suprà doctum est. Ita priùs perfectum corpus non erat, nec materia: ei enim inest albedo & rubedo, quæ à se invicē arte separari possunt. Sed iam post coniunctionem istam quam nunc docebimus, fiet omninò vna materia, unus color, & vnum corpus: ita vt nunquam in vllas partes à se invicem separari possit. Tum dici potest: Est materia vna, color vnus; est res corpusq; tale, vt in hoc mundo inferiori ei simile non sit reperire. Est enim omnino rotundum instar circuli, nec angulos nec extremitates habet: est prorsus rotundum, ac simplex, vt cœlum invincibile. Potest calentem refrigerare; frigētem calefacere; humidum siccare; siccum humectare: tamen in se nec calidū, nec frigidū, nec humidum, nec siccū est. Nihilominus cuiq; rei suppeditat quo illi opus est, hoc fit, quia pfectū est ac simplex: tamē 4 elementa perfectè insunt, sed sibi invicem contraria nō sunt: vnū corpus sunt, vna materia, vnus color, vnū corpus simplex, quod in partes separari nequit. Ideircò cœlū omnia necessaria suppeditādi potētiá habet. Pari modo se res habet cū nostro lapide cùm perfectus est, & ad vnū corpus, ac ad vnū colorem, & ad vnā materiā perductus est, etiā calidū refrigerabit, &c. ac immūdū mundabit, & cuiq; quo opus habet, suppeditare valet.

Confert lapidē cum cœlo.

Itaque nunc 2 istas res contrarias coniungamus, vt virtutem prædictam habeant.

Cap. 131.

NVNC corpus tuum præparatum accipe, ac lapidi valdè mūdo ac claro impone: ac tùm sume vitrum in quo alba tua materia lapidis inest, aut tuum lac virginis, vt nominare placet, ac idipsum imbibe conterendo super lapide in corpore suo proprio. Tùm ipsum vitro inde: ac vas admodum solidè luto obtura, ac sine lutum probè siccescere, ac fornaci fixatoriæ impone, ac ignē admodum tepidum adde, vt Sol in Martio splendet, ac die nocteq; in hoc calore retine, donec materiam tuam nigrescere videas instar picis, etiamnùm magis. Tùm ignem tuum exiguum gradum auge, ac non multum: ita vt paulò calidior esse quam antè percipiatur. Ac retine ignem in eo calore, donec videbis alium colorem qui subrufè cinericius est, quasi essent cineres. Tùm ignem tuum etiamnùm paululum auge, ac non nimium, ita vt Sol in Aprili splendet, atq; ignem in eo calore retine donec subviridem colorem cernes, qualis est color plumæ psittaci. Tùm adhuc ignem paululum auge, donec videbis colorē, qualis cauda Pauonis, quæ centum colores habet. Tum ignem tuum auge eo calore, qualis est Solis in Iunio, nec maiore. Et ignem istum non augebis, donec per-

perfectam albedinem videris, ac lapidem album perfectum esse. Ac colores quos cernes quasi essent cauda Pavonis sese sæpè ex vno colore in alium mutabunt, donec omnes colores sese ostenderint qui in orbe cogitari possint. Imò multo plures. Nam ibi sese ostendunt omnes colores quos Deus in natura dedit, plures quam mens hominis imaginari potest. Ac colores omnes simul interibunt, ac ad extremum pervenient omnes simul ad insignem quendam clarum colorem album. Priusquam verò clarus splendens color veniet, multam insignem albedinem conspicies: ita vt tibi videatur: hæc est vera albedo. Sed vera albedo non erit. Priusquam vera albedo veniat, videbis in circuitu ad margines vitri, in materia lapidis quasi essent gemmæ Orientales vitro insignes, tanquam oculi piscium. Cùm id vides, sis certus in paucis diebus perfectam albedinem sese manifestaturam: cumque materiam instar nivis albam esse vides; ac splendorem habere vt gemmæ Orientales quæ aqua valdè insignes sunt, vt materia quæ in vitro est: gaude: Lapis enim albus est perfectus. Sinas sua sponte refrigescere; sume vitrum ac confringe, ac proba paululum super Mercurio præparato, mutabit ipsum in Lunam fixam. Ac tùm album lapidem sume, ac rursum super marmore pone: ac tum

Omnes colores hic se ostendunt quos Deus in natura dedit.

rubrum

rubrum illud oleum sume, quod tibi servare iubebam, postquam subtile destillãdo effeceras: ac imbibe terendo in lapide albo. Ac vbi ritè conglutinatum fuerit, tùm vitro inde tali, quale in quo lapidem album perfeciſti: ac vitrũ illud in fornace pone. Quare Sapientes dicunt: *Vnum est vas, vna fornax tam ad album quam ad rubrum, &c.* Ac ignem adde eundem, quo lapidem albũ percoxiſti, donec videbis materiam colorem cinericium adipiſci. Tùm ignem tuum auge paululum tantùm gradulum vnum, donec cernes colorem heluum, perinde ac ſi eſſet coagulum quo alutarij coria ſua præparant. Tum ignem tuũ etiamnùm gradulum 1. auge, ac illud regimen ignis ſerva, donec colorem cernes perinde ac ſi eſſet contritus later inter rubrum & ruſſum. Tùm ignem tuum auge etiamnùm exiguum gradulum, donec rurſum videas colorem cinericium; quaſi glauci cineres forent. Ideò Sapientes aiunt: *Ne contemne cineres in fundo iacentes.* Ac tùm ignem tuum auge etiamnùm exiguum gradulum. Color verò cinericius eſt poſtremus colorum omnium reliquorum ſeſe oſtendens. Ac iam ignem tuum non amplius augebis, priuſquã lapis perfectus ſit. Primus color quem poſt hunc colorem cinericium cernes, erit rubidus color, quaſi eſſet Roſa; ac paulatim co-

lor

for interdum altior fiet, ac paulatim magis magisq; rubebit: adeò vt materia tam rubra ac tã alti coloris sit evasura, vt nunquã talis rubedo vllis oculis humanis conspecta fuerit. Tùm cum Philosophis exulta, Lapis perfectus est. *Cap.* 132.

Lapis perfectus.

ITEM pulchra cœlesti rubedine conspecta, vt priùs dictum est, sinas sponte frigefieri, ac exime, atq; admodum circumspectè serva: atque huius drachmam 1 sume, ac tum 20 drachmas auri puri ter quaterve cæmentati, ita vt admodum purum sit. Tùm sume 20 illas drachmas auri, ac pone liquandas in crucibulo. Cumq; liquefactũ est, drachmam illam pulveris tui lapidis superijce: ac pulvis ille continuò se permiscebit cum auro illo, ac vnum corpus fiet: sine refrigescere, ac exime. Tùm optimũ crucibulum terreum habe, qui benè ignem ferre possit: ac tum habe crucibulum vitreum, qui terreo quadret, qui ex vitro ita sit confectus vt ignem ac flammam ferre possit, ita vt nec liquefiat nec rumpatur in igni. Tum crucibulum vitreũ crucibulo terreo impone. Ac tũ speciem furni venti habe, ac ei vtrumq; crucibulũ impone, ac ei crucibulo aurũ inde, in quod drachmã illã pulveris pieciſti tui lapidis. Ac liquefacito, atq; ita liquefactũ retine 3 dies ac noctes cõtinuè, vt omne in vnâ stet liquefactione, Sine refrigescere, ac exime.

Quid agendũ cœlesti rubedine cõspecta.

Tum

Tùm ſume auri puri mille partes, ac in crucibulo liquefacito, ita vt fluat. Tum huius materiæ accipe partem 1, quæ per 3 dies in furno venti ſtetit, ac proijce ſuper illud argẽtum quod fluit, ac vnâ cum eo fluere ſine 3 aut 4 orationum dominicarum ſpatio. Tùm ſine refrigeſcere, ac aurum purum ſuperans omnes probas habes, melius eo quod ex fodinis eſt.

Cap. 133.

QVÆRI poſſet: quî fit vt pars 1 illius coloris mille partes in aurum ſit cõverſura? Scies, argentum interius aurum eſt, ſicuti aurum interius argentum eſt. Ac lapis noſter cùm pẽrfectus eſt, omnibus metallis interius foris ponit, ac exteriùs intus: ac omnia metalla in ſupremùm eorum gradum perducit: ita vt in nullum aut altiorem gradum pervenire queant; niſi ex ijs lapis Philoſophorum conficeretur. Ita fit vt vna pars eius mille partes argenti trãsferat in Solem, quamvis vna pars eius nullam tincturam aut colorem haberet: Si nullam aliam potẽtiam in ſua natura haberet quam tantummodo argento interius foris ponendi, ac exterius intus, argentum illud in ſuum aurum converteretur, ac tinctura eius permaneret. Cumque metallo interius eius foris poſitum eſt, ac exteriùs intrò converſum eſt, abſolutum ac perfectum eſt.

Argentum interius aurum, ſicuti aurum interius argentum eſt.

Nunc

Cap. 134.

NVNC iterum loqui volumus de istis mille partibus argenti. In hunc modū conuersis vna parte firmati lapidis, argētum fortè frangibile erit ac fragile: ac si frangibile reperis, vna pars illa lapidis nimis est efficax, amplius argenti postulat. Itaq; istas mille partes denuò liqua, ac plus argenti adde, tantum vt malleabile, ac molle sit. Fortè vna illa pars facilè bis aut ter mille partes argenti in aurum purum cōvertet. Cumque molle est, vna pars illa opus suum peregit; Id experientia te facilè docebit, vt priùs dictum.

Cap. 135.

NVNC cùm illas bis aut ter mille partes habes, satis auri ad lapidem tuum totum fermētandum habes. Ac scies, cùm lapis tuus perfectus est, vt hoc loco docuimus, nullam proiectionem eo facere potes, nisi priùs auro fermentes, vt te docui. Nam nisi lapidem fermentares, nullam proiectionem faceret. Virtutem enim generationis iam non ampliùs habet: eā iam finem habente. Nam lapis ad summum gradum eius est perductus, ita vt lapis nullo vnquā tempore, ne quidem post diem noviſſimum ad altiorem statum aut gradum pervenire possit. Ita liquet rem perfectam nullam generationem in se habere.

Res perfecta nullam generationem in se habet.

Itaque

Itaque constat lapidem nostrũ nullum metallum translaturum ex sua natura in aliam naturam, nisi virtus ei insit per quam potentiam eam haberet. Ita necesse est, si lapis potentiam sit habiturus, omnia mortua immunda metalla viuificandi, ac liberaturus ab omni immunditie, ac sui similia in vnam partem facturus, vt lapis fermentetur corpore omnium purissimo, quod in toto orbe sit, ac cum eo conglutinetur, ita vt corpus illud sit lapis, ac lapis corpus illud: ita vt in secula in vnum, ac simul, & in vnâ substantiâ sint permansura, ac nunquam separentur.

Cap. 136.

De coniunctione quam Philosophi fermẽtationem, ac opus 3 dierum dixere.

ITEM coniunctionem Philosophi fermentare dixere, atque hoc est opus illud 3 dierum. Ac istud fermentare stolidi non intelligunt: ac putant fermentum corporis crudi adducendum ad opus lapidis, cum lapis in opere stat. Sunt capita insana, verba Philosophorum non intelligunt, sed verba Philosophorum ad suam stultam opinionem pertrahunt: vt quod corpora imperfecta, ac crudum Mercurium simul ponunt, ac cum in eo insano sunt opere, aliquid corporis perfecti addunt, atq; id fermentum vocant. Nam lapidi fermẽtum addi non potest, donec omnis simul perfectus sit: ac tùm additur eo modo, quo hic doctum est, atque etiam nùm

amnùm docebitur. Ac loquuntur etiam de lapide multiplicando vbi perfectus fuerit, id dictum est de fermentando. Lapidem fermentare volunt in opere stantem: ac lapis non potest fermẽtari nisi cum perfectus est. Ac lapis multiplicandus est, cùm est in opere, sublimationibus ac destillationibus, ac lapidem subtilem efficiendo. Atque ita manifestò intelligere potes, omnem opinionem eorum falsam esse, ac fraudulentam.

Cap. 137.

CVM 2000 auri habes aut eo amplius confecta, satis habes quo totum tuum lapidem fermentes. Tùm lapidem tuum pondera, ac vigesies tantum auri tui sume, quantum lapis ponderarit: ac cape crucibulum fortem, ac in eo aurum tuum pone, & sine liquefieri. Tùm ignem ei tam calidum subijce, vt fluat: tùm sensim ac cunctanter pulueré lapidis tui superijcito, donec omnẽ pulverem lapidis aurũ illud imbiberit. Tùm sinas etiãnùm 5 aut 6 orationũ dominicarũ spatio fluere. Tùm effunde, ac sine frigefieri. Tùm pulueriza, sinet se pulueriza in morẽ vitri, tã fragile est. Tùm magnũ crucibulum habe qui igni ferendo sit. Tùm habe admodum fortẽ crucibulum vitreũ ex vitro duro cõflatum, quod à calore ignis liquefieri nequeat. Ac crucibulus vitreus quadrabit crucibulo terreo: ac pusillũ cineris cribrati inter

vtrum-

trumque crucibulum sparge: ita vt crucibulus vitreus firmiter in crucibulo terreo stet. Tùm crucibulum firmiter operi, & in furno venti pone, ignem subijciens talem, vt lapis cum auro liquefactus stet, ac liquefactum retine per dies 3 ac noctes. Tùm sines sua sponte frigefieri. Tùm exime: lapis tuus fermentatus est & paratus ad proiectionem eo faciendam. Ac cùm proiectionem facies, sumes eius paululum, ac in puluerem contundes, ac super argẽtum proijcies, vt suprà doctum est. Author tibi sum vt super argentum semper proiectionem facias: nam id metallum est proximum: ac super id lapis tuus altiorem proiectionem est facturus, quam super metallum imperfectum. Aut proijce super Iouem, super ipsum lapis tuus altiorem proiectionem faciet quam super Mercurium: ac super Venerem lapis tuus maiorem proiectionem est facturus, quam super Saturnum, ac super Saturnũ altiorem quam super Martem. Ac si super Mercurium proijcis ei lapis tuus, non adhæresceret: nam Mercurius avolaret antequam lapis liquescat: lapis leniter esset calefaciendus. Sed tua nihil refert, quamvis proiectionem super Mercurium non facias. Metalla imperfecta satis multa sunt ad proiectionem faciendam, &c.

Lapis fermentatus & paratus ad proiectionem faciendam.

Nunc

NVNC te materiam nosse docui, ac quo pacto lapidem ex eo conficias. Ac iam quæso mẽtem meam probè intellige. Nam omne simul mutabitur quod Deus creavit, solo auro excepto, hoc nõ computrescet. Ita nulla res est in orbe quæ sit eius generis: ac ob id nõ est quicquam pretiosius in orbe quam Sol: atque ob id Reges super pectus gestant. Ita te veram artem docui, gratia Deo.

Libri primi finis.

Operum Mineralium M. Ioannis Isaaci Hollandi, siue de *Lapide Philosophico*, Liber Secvndvs.

Cap. I.

In hac præfatione docetur à quo opere sibi quisq; cauebit. Multũ erroris esse in Alchymia, potissimũ in opere vegetabili, ac multo magis in animali.

SCIET filius meus in hac arte multũ esse erroris, in opere vegetabili potissimùm, atque etiam magis in opere animali. Ratio hæc est,

Cap. II.

IN vegetabili multum destillandum, solvendum, congelandum, & rectificãdum: ac spiritus accuratè asservandi ne in aërem evolent: ac variæ aquæ fortes parandæ, multique spiritus humidi fixandi: ac opus est multo regimine atque cura, ne spiritus tui vitrum tuum fixatorium disrumpant, copiosiore aut vehemẽtiore igni adhibito, antequã ferè fixentur: tùm enim sese attollunt, ac vitro fixatorio conclusi tenentur, ac per elevationem vitrum disrumpunt, ac tum omne quod inerat, pditur. Itaq; sedulò advigilandum est, magnum enim periculum in hoc situm, quod norunt illi qui fecêre; estque multum laboris & temporis impendendum in vinis rectificãdis, quemadmodum

dum etiam in aquis fortibus parandis, ac spiritibus probè asseruandis, ne euanescant.

Cap. 3.

TVM etiam in digestione & putrefactione magno acumine opus est, atque ignium mira regimina adhibenda. Itaque semper vigilare opus est, ac magnâ cura cauendum, vt illi norunt qui idipsum quotidie experiuntur, &c. Preterea magna curâ adhibenda est ad corpora & terram calcinanda & reuerberãda, ne in vitrum vrendo redigantur, ac nimis sicca efficiantur: quare magna ignis ratio habẽda est, atq; magna cautio adhibenda. Adhæc terræ clarificandæ sunt, ac aquæ destillandæ, ac præterea omnia opera ad hoc necessaria efficienda. Præterea in cõiunctione si vel nimium vnius aut parum alterius adhibes, aut humiditatem tuam initio malè asseruasti, medicinæ tuæ ingressum non habent, ac timẽdum est ne opus tuum corrumpatur. Itaque multa cura, onus, tempus, ingensque sumptus est adhibendus; ac putãtes nos omnibus rebus probè perfunctos, si nobis vitrum rumpitur, aut quid prædictorum, ac nos ad finem perueni-entes volumus proiectionem facere, ac nihil proficimus, nescimus quid nobis desit, ac quî id accidat, atq; id fit vitio nostri opificij. Quare, mi fili, ne hoc opus vegetabile aggrediaris, suadeo, ob rem enim quamlibet exiguã opus perditur. Præterea nunquam aggrediaris opus

facere in animali ob separationem elementorum; est enim etiamnùm multò maiùs onus, & cura ob separationem & rectificationem, quæ in ea fieri debent, ac multam incertitudinem, cui ea est obnoxia: estque tempus adeò longum, vt finis operis ignoretur: ac si initio tuæ humiditatis naturalis aliquid amittis, opus tuum in compositione nimis aridum evadit, ac si amittis vllos spiritus per aërem in destillando, vitio vasorum aut lutamentorum, altas proiectiones simul amittis: si quid ignis amittis, tua medicina altè non colorat, ac ingressum amittit: sique nimium aëris habet, in aërem evolat, & si nimium aquæ, spiritus submerguntur, ita vt fixari nequeant, ac si nimium terræ habet, nimis sicca est, ac nullam liquefactionem, neque ingressum habet. Itaq; separatio elementorum nimis est periculosa: nimis enim facilè fit, vt quid alicuius elementi deperdatur, tum opera, tempus, impensa, ac simul omne perijt. Itaque si me audies, separationem elemẽtorum devitabis, siue in Mercurio operis mineralis, aut vegetabilis, aut in lapide quem nobis DEVS gratis donat, vbicunque de eâ re fit sermo, ac dicitur elementa esse separanda, vita omnia ea opera ob incertitudinem. Nimis enim facilè fit, vt quid ex humiditate eius deperdatur, in initio, in medio, aut in fine, ac cùm quid humiditatis eius amis-

Separatio elementorum devitanda.

amissum est, opus omne perijt & corruptum est. In compositione enim opus coniungi nequit, atque ingressus ei est ademptus, ac omnino deperditus. Fuêre tamen artifices nó pauci qui omnia hæc opera fecêre, ad naturã pervestigandam, verùm opus magnum prius perfecêre, &c. Nam qui opus magnum perfecit, sumptus nihil curat.

Fuêre item nonnulli qui mirificis amalgamationibus, ac fixationibus, multiplicationibus, atque multis alijs mirandis operibus fuere occupati; ac habebantur ea admodum bona per mensem, aut 7 aut 8 hebdomadas, aut etiam 10. atque interdum adeò longa sunt, vt ad finem pertingere nequeant, ob vitia quæ in opus incidunt. Nam in initio, medio, aut fine, genuinam humiditatem non servant, ita vt nimis siccum fiat: aut nimis calidè aut nimis diu ad ignem coquunt, vt ingressum amittat ac solutionem. Ita nihil proficiunt, verùm opera, impensa, ac tempus illis perit.

Ita, mi fili, istas amalgamationes, aut multiplicationes ac fixationes devita, quamlibet enim speciosæ & probæ esse videantur, tales sunt, vt ad finem perveniri non possit, atque etiam incertum est ob ablutionem & mundificationẽ, quæ fieri debet: nulla enim fixio fieri potest, quin spiritus purgentur ab omni sua immunditie, atque fæcibus careant:

alioqui nulla mixtio aut fixatio fieri potest: sique in mundificatione aut ablutione quid tuæ humiditatis amittis, omne tuum opus corrumpitur. Itaque, mi fili, tibi suadeo, devita omnia opera mūdificationis, & ablutionis, aut in quæ separationes elementorum ingrediuntur, aut destillationes, aut calcinationes, aut solutiones, & coagulationes, aut opera peregrina, in quæ cura & regimina ignis incidunt, ob cūcta pericula quibus ea obnoxia esse possunt, quæ partim hîc omnia recensuimus, exercentibus ea quotidiè probè nota. Quocirca, mi fili, ne nimium properes aliqua horum operum facere aut incipere: nam sexcenta præterea vitia incidunt, quæ hîc non cōmemoramus. Quare adhæreas arti magnæ, aut magno Elixiri, vt maiores tui fecêre, quo facto omnem naturā pervestigare poteris, sin aliter feceris, consilium meum non sequêre. Ante omnia in opere magno labora, in eo enim nulla cura, nec destillatio, nec congelatio, nec mundificatio, nec opera peregrina, nec res peregrinæ, nec immūdæ, fæces habēres, nec calcinas, nihil enim opus: non separas elementa, munda quippe sunt: nulla re opus habet: vnum est genus, res vna, & vas vnum, fornax vna, ac vnum opus ad album, ac rubrum, ac nullum periculum in opus potest incidere. Vnde Veteres dicunt, opus non est, nisi opus muliebre, ac ludus puerilis, ignari percipere nequeunt,

Cōmendatio operis magni ob facilitatē, securitatē, ac simplicitatem.

quia

quia opus tam est simplex. Opus enim magnũ semetipsum solvit, semetipsum sublimat, semetipsum fixat, semetipsum liquidum in modum ceræ efficit, semetipsum perficit, &c.

Ecce, mi fili, nunc omnia tibi vitia patefeci quæ in omnia illa opera varia possunt incidere, quæ singula non recensui. Quare sapias, ne in desperationem incidas, ob vitia quæ tibi in prædictis operibus obvenire possint. Verbis apertis te allocutus sum nullis parabolis vsus. Si tibi verba facerem de Selbach, Kalkabria, Manneſſi, ac de quadam re rubra, ac de cæruleo Muerach, Illabar, & Cafaria, & huiusmodi, haud facilè caperes, sed tibi viam aperui, atque omne obstaculum removi, nequid erres. Quare magno operi adhære, in eo nullus error, nec cura, nec labor, nec vigilia, nec corrumpi potest, nisi data opera velis corrumpere: neque ad id vllum peregrinum instrumentum, aut vitrum vsurpare opus habes; vnum vas, nec amplius, vna fornax est, nec amplius; vnũ genus materiæ, nec amplius. Quare Geber Philosophus ait: Noster lapis est vnum genus, res vna, vndè ignari artem capere nequeunt, nec adipisci, ac rebus nostris species, aut materiæ peregrinæ nõ permiscétur: ac illi assumunt res peregrinas quæ eius naturæ non sunt, atq; eas volunt eius naturæ efficere, quod ipsis impossibile est: tumque in ijs fixandis elaborant: ac cùm ea fixa habent, tàm profece-

runt quàm priùs, tum enim nihil nisi terra est, quæ humiditatem suam amisit, nec potest liquefieri, ac nullum ingressum habet, tumque opus deserunt, genus eius ignorantes. Nam si genus eius nossent, ac patrem matremq; eius, sorores ac fratres, ipsumque cum matre, sorore & fratre in lecto collocarent, componentes brachia brachijs, atq; oribus ora, eodem momento morerentur. Acsi nossent atque intelligerent hæc, in hac arte voti compotes fierent, ac omne opus eorum feliciter cederet. Atque hæc, mi fili, verbis apertis tibi nota feci, ac proinde nulla opera peregrina incipias, antequam magnum illud opus absolveris, tùm quicquid libet, incipe; tum enim nullus sumptus obesse poterit, nec tempus, in omnibus enim compos voti factus es, &c.

Cap. 4.

SCIES item, mi fili, nos cõmemorasse multa vitia operi accidentia: ac multa millia plura sunt quam recensuimus, &c.

Regula quædã simplex, de qua omnes Sapientes mirè loquuntur.

Scies verò, mi fili, ac intelliges esse regulam quandam simplicem de qua omnes Sapientes admodum mirè loquuntur, cuius tam multa diuersa ponunt nomina, atque ijs omnibus magnum illud opus denotant. Illi capere possunt qui nõrunt, quique omnes eorum parabolas & ænigmata intelligunt. Ac proinde filius meus, de istis operibus

bus intelliget ac tenebit; omnibus rebus à Deo conditis veram artem ineſſe. Vnde Veteres aiunt, *artem eſſe in rebus omnibus*, & verè. Id verò aliter intelliges. Item, *omnis res determinata habet ſuam perfectam medicinam in ſeſe, ſed imparatam, ſiq; eam parare noris, medicinam quærere aut petere nihil opus habes, cuique in ſuum vſum:* id alium habet ſenſum. Homini nullus morbus accidere poteſt, quin habeat perfectam medicinam apud ſe, ad ſeipſum certò ſanandum, ſi parare poſſit, atque à ſeipſo ſumere poteſt ac parare ſine diminutione ſui, aut detrimento corporis. Quod eodem modo de omnibus animantibus, auibus, omnibus plantis, ac cunctis quæ DEVS creavit, intelligendum eſt. Idque ita ſe habet: verum imperiti opera Veterum non capiunt, atque ex omnibus rebus medicinam in metalla facere putant. Ita pilos, oua, ſanguinem, cochleas & ſimilia ſumunt, atque ex ijs medicinam ſe parare poſſe putant ad imperfecta metalla in perfecta reducenda: ac cùm iam egregiè deſudarunt, nihil profecerunt, in errore permanentes.

Omnibus rebus à Deo conditis ars vera ineſt. Varia dicta Veterũ cum explicatione.

Sciet autem filius meus, quod homo hominem, equus equum, vulpes vulpem gignat; ex piſce fit piſcis, ita ſimile ſui ſimile gignit. Rationi omni atq; adeò naturæ repugnaret, quòd ex vllis ſpecieb⁹ peregrinis, cruore, pilis, ovis, aut cochleis, metallum poſſet fieri: nihil enim

Simile gignit ſui ſimile.

tale

tale ineſt: quantò minus ex huiuſmodi rebus medicina confici poteſt, quæ metalla imperfecta reduceret in Solem aut Lunam: profectò rationi omnino repugnat, atque etiam impoſſibile eſt: ac demiror aliquem ad tales errores peruenire poſſe. Si vim naturæ caperent, profectò in tales errores minimè inciderent. Itaq; mi fili, ſcies ac noſces cuius generis res ſit, aut quid ei inſit, priuſquam pares, ita non errabis.

Omne oleum metallorũ, ſicuti etiam Sal eorum eſt Elixir.

Sciet filius meus omne oleum metallorum eſſe Elixir, atque itidem omne ſal, ac ſi omne oleum metallorum eſt Elixir, planum fit omnia metalla perfecta propriam medicinam in ſe habere: Quantò melius igitur eſt oleum Solis & Lunæ quæ vtraque ſunt perfecta, &c.

Cap. 5.

Ex omnibus metallis perfecta medicina cõfici poteſt abſq; elementorum ſeparatione.

NORIT filius meus ex omnibus metallis perfectam medicinam confici poſſe, quæ reliqua omnia metalla in Solem & Lunam transferre poſſit, abſque ſeparatione elementorum, aut deſtillationibus, ſolutione, ſublimatione, aut fixatione; ſeipſum ſoluit, ſeipſum purgat, ſeipſum coagulat, ſeipſum deſtillat & ſublimat, ſeipſum fixat & perficit, ſeipſum incerat, ſeipſum liquidum efficit, &c.

Præterea ex omnibus metallis oleum conficere potes, abſq; elementorum ſeparatione, atque ita ex omnibus ſal potes conficere ſine ſeparatione elementorum: ac res prædictæ varijs modis fiunt, atque ita ad opus magnum per-

pertinent. Adhæc potes ex Sole & Luna perfectam medicinam facere absque elementorũ separatione, ac sine labore vllo, aut metu, sine periculo: præterea perfectam medicinam facere potes ex duobus lapidibus gratis nobis à Deo donatis, absque elementorum separatione, atque etiam absque magno apparatu, &c.

Intelliget itaque filius meus omnia prædicta pertinere ad magnum opus sine multo apparatu, ac magno sumptu, atque absque additione vllarum rerum peregrinarũ: egent quidem longo tempore, sed tuta sunt. Adhæc, mi fili, cùm magnum illud opus vis adornare, ipsum ipsiusque genera omnia nosse debes, ac potissimùm patrem, matrem, sororem ac fratrem, atque nudum constituere in claro & puro corpore instar crystalli, ac ipsum mundare ab omnibus peccatis, atque ita facito patri, matri, sorori ac fratri: tùm in lecto cum patre, matre, sorore atque fratre collocabis, componens brachijs brachia, atque oribus ora, in conclaui, tùm eodem momento morietur: tùm mortua illa corpora aqua limpida paradisi perfunde, atque vni probè hac aqua, atque hæc aqua ascendet ad cœlum intra circulum Lunæ, atque in rorem conuertetur, ac rursum guttatim decidet ex consilio artificis, atque terram humectabit; ita vt flores varij coloris enascãtur, qua virtute florum resurget filius generis cum rubro diademate, eritque

Impe-

Imperator in omnes tribus terræ, ac ſuam dominationem in æternum non amittet, omneſque eius hoſtes pacem cum eo inibunt, &c.

Cap. 6.

Nunc ſermonẽ inſtituit de magnis operibus Veterum.

NVNC, mi fili, de magnis operibus quæ Maiores noſtri fecere nobis ſermo erit. Scies autem, mi fili, ipſos in arte laboraſſe varijs modis, atque ita ad vnum eundemque finẽ peruenêre; verùm lapis eorum non æquè magnam proiectionem fecit: hic altam, ille longam, provt opera acutè fecêre, aut alti coloris. Nonnulli diu deſudârunt, antequam lapidem produxêre: alij acumine ingenij tempus abbreuiârunt, vt iam quotidie fit, multo ſudore ac labore. At noſtri maiores alij tres annos, alij quatuor laborauêre antequam lapidem produxerunt. Illis enim temporibus aqua fortis erat incognita, ac non niſi aceto deſtillato vtebantur. Nunc eorum poſteri aquas fortes adinuenêre, quod opus multùm abbreviavit. Ac tenebis, mi fili, opus facilè abbreuiari poſſe; prima præparatione materia ſubtilis efficiatur, ita vt ſpecies probè vniantur, vt natura ſola eam concoquere opus non habeat; atq; humidum cum ſicco adeò ſubtiliter commiſceatur, vt ſit vnum quid, vt anima corpori ac ſpiritui ita vniatur, vt ſint vnum quid. Quamobrem Hermes Philoſophus noſter ait: *In initio operum tuorum ne ſis lentus in omnibus probè*

Opus facilè abbreviari poſſe ac quo pacto.

probè mundificandis, ac clarificandis, ac subtiliter conglutinandis, vt postea gaudeas. Geber, Dantynus & Morienus etiam dicunt: *Aquam probè cum terræ coniunge, ac humidum cum sicco, vt pòst videas maris nigredinem* .i. atrum colorem eius, quem in eius putrefactione conspicies, quæ fiet 29 dierum spatio ad ignem pusillum, quod perfectum signum probæ coniunctionis est.

Perfectum signũ probæ cõiunctionis.

Ita, mi fili, initio sedulus esto, vt omnes tuas materias ritè ac diligenter præpares: ijs enim in igni collocatis, omni labore perfunctus es, ac tantummodo ignem regere opus habes.

Scies item, mi fili, me commemoraturum posthac varia opificia quæ omnia simul perfecta sunt. Principio laborârunt nostri Maiores circa amalgamationes Solis ac Lunæ, quod est opus perfectissimum, quamvis longum sit: verùm tutissimum est, & minima in eo cura. Istas etiam amalgamationes varijs modis posuêre, & tamen omnes ad vnum certum finem peruenêrunt, sed non ad æquè magnam altitudinem proiectionis. Alij etiam acumine ingenij opus multùm abbreuiârunt, vt posthac in opere docturi sumus.

De amalgamationibus Solis ac Lunæ Veterum.

Cap. 7.

SCIES, mi fili, nonnullos fuisse qui Iothones 3 Lunæ sumpsêre, & 1 Solis, atque Lunam super testam purgârũt ac reflârunt de Saturno

in

in crucibulo, tumque subtiliter limârunt in naturam subtilem: Solem cæmentarunt in cæmento Regali, ac tùm etiam limârunt: quo facto Mercurij lothones octo sumpsêre, ac simul in mortario ferreo amalgamârunt pistillo chalybato: præterea conterebant per diem integrum, ac vesperi vasi terreo aut lapideo immittebant, aut vitreo, in hunc modum facto,



ac in testa cum arena super fornace collocabant: ignem lentum addebant, ita vt digitum tuum arenæ immissum tenere possis, ac vas patere sinebatur ad humore extrahendum, mane materiam reperis duram: tùm iterum mortario ferreo immitte, ac addo rursùm 4 lothones Mercurij aut saltem tãtum donec materia iterùm molleſcat, idque opificium persequere donec materia tua per duplicem pannum lineum transmitti possit, tùmq; materiam tuam per 8 dies & noctes in testa cum arena repone, ac singulis diebus eam tere per dies 6 in mortario ferreo, pistillo chalybato indesinenter, vt aquam cum spiritu saltem



probè coniungas, vt corpus ritè veniatur spiritui: ac 8 diebus exactis materiam in huiusmodi vitrum euacua, acue os vitri super lapide cum rotũdo operculo vitreo, quod super os vitri pones, Saturni pondere superimposito, colloca in tripode,

pode, atque eiusmodi ignem adde, vt manum tuam tenere queas inter parietes Fornacis & conclaue. Retine in eo calore ad 6 hebdomadas dies nocteſque: pòſt ignem auge paululum, ita vt tantummodò plumblum liquefactum ſervari poſſit, ita vt non concreſcat, & verè ſolutum maneat: atque ita liquefactum retine, in eo calore. Eſtque hæc putrefactio eius; ac intereà perfectam eius nigredinẽ conſpicies, quâ conſpectâ, gaude: nam ſub eâ nigredine albedo latet, ac certum indicium eſt, materiam initio ritè coniunctam, ac vnitam fuiſſe. Scies autem quoque triduo exacto tibi operculum à fornace tollendum, ac videdum, an ad margines vitri vllæ margaritæ aſcenderint; quo viſo, vitrum quaties, donec illæ decidant, ac ſi decidere nolint, operculum deme, atque pluma circumcirca à vitro abſterge, donec decidant ſuper materiam in fundo, tùm verò denuò vitrum obturabis, pondus ſuper impones, fornacẽ rurſum operies: idque quoque triduo aut quadriduo iterabis. Præſtat autem vt tam puſillum ignem addas, vt ſurſum non ſublimet, quamvis tempus lõgius ſit, tuâ nihil refert, certum incerto præfer. Nam magno calore opus tuum perdere potes, verùm igni puſillo nunquam. Ac caue ne tantum ignem ei adhibeas, vt rubrum colorem pro albo acquiras.

Ignis puſillus adhibendus.

Noris, mi fili, vnum colorem ſeſe in alium mu-

Cum varij colores ſe-

se ostendãt, 3 tantum ratio est habenda, nigri, albi & rubri.

mutare: sunt multi ac varij colores, quorum ratio non est habenda: tres verò sunt colores qui sese in opere debent ostendere, primus niger, alter albus, postremus ruber, ac inter quemque colorem, colores varij sese ostendunt, imò plures quã cogitari possint, eorum verò colorum nullam rationem habe; sunt spiritus volatiles nondum fixi, atque hi sunt venenosi: quandiu varios illos colores vides, caue tibi ab eorum aëre, etenim te neçaret. Duo colores illi qui primi sese ostendunt igni pusillo suscitantur, eundum ignem paulatim augendo.

pusillus adhibendus.

Tenebis, mi fili, in hac arte nihil esse periculi quam in igni regendo: verùm si certus esse cupis, ignem pusillum adhibe, ita errare non poteris, quamvis tempore aliquanto longiore sit opus.

Itaque dico tibi & doceo, mi fili, ne ignem adeò augeas, vt rubrum colorem pro albo acquiras. Nam rubedo ea esset materia tua quę in vitro esset, ac fieret quasi esset later pulueri-zatus redactus in massulas instar tritici, ac pars instar exigui pulveris lateritij, cũ parvis gemmis viuis Mercurij, ac vbique vitro adhæresceret ita vt in eo subfideret, ac ingressum in vitrum daret, atq; tum opus tuum penitus esset corruptum, ac aliud tibi ponendum esset: verùm id tibi non accidet nisi igni vehementioꝛe. Sed color ruber perfectus non apparet ve-

lut

lut contritus later, verùm vt illustris obscurior purpureus, atque is videtur potius color cœlestis, is verò accidit magno regimine ignis, vt infrà, Deo volente, docebitur. Sed de hoc colore tibi mentionem facio, vt nosse, & scire possis, vtrum rectè, an secus facias, ac ne in errores incidas.

Cap. 8.

NVNC ad opus nostrum redire volumus. Si exiguo igni rursus ascendat ad margines aut operculum vitri, id aliquoties vide, siquid est, decidere facias vt suprà: retine hoc pacto per diem vnum ac noctem, donec materia tua omnino pulvis fiat, ac colorem habebit inter cinericium ac nigrum, instar terræ quæ humiditatem suam amisit, vt si cespites teras, ac in patella ad ignem exicces, hi apparent colore inter cinericium & nigrum: ac antequam ad eum colorem pervenias, multos ac varios colores in opere conspicies, ac post colores plures res mirandas cernes: nam ex materia tua nascentur varij arbusta figmenti: Imò omnes pictores aut aurifabri ea exprimere non possent. Et singulis gradibus cùm materia fortior fit ac maturior, toties mutatio accidit. Antequam ad cinericium pulverem pervenias, materia tua omnino subcrocea fiet, instar ligni aut cinerũ cespitum crocei coloris. Atq; id omne fiet ad ignem pusillum.

Regressus ad opus.

Cap. 9.

ET cùm istum cinericium nigrum pulue-rem vides, gaude: nam sub ea nigredine albedo conclusa est: tùm ita relinquas in eo re-gimine ignis diuturno tempore, donec paulò pallidior aut albior fiat, ac si albior fit, idem re-gimen ignis serua, sin in eodē statu permaneat, ac nihil proficias, ignem augebis paululū, do-nec videas materiam paulò candidiorem fieri: cumq; aliquid proficis, tùm hoc pacto sinas in eodē regimine ignis, ac si ne tùm quidē quic-quam proficis, ignem paulò magis augebis, & cùm vides materiam magis magisq; albesce-re, sinas hoc pacto in eo regimine ignis, ac vi-de ne ignem tuum nimis augeas. Ac mi fili, hanc regulam ignem struendi serva, id perse-quēns paulatim augendo, ac saltem vsq; adeò donec materia candida fuerit, imò nive can-didior: tùm exulta, mi fili, certusque sis sub ea albedine perfectam rubedinē latere, ac sub ea albedine, inquit Morienus, est abscondita, vt Christus in sepulchro iacebat, ac fiet resurre-ctio, ac post resurrectionē fit corpus glorifica-tum, quod corpus vivet in secula, eritq; rubro diademate coronatū, ac erit Rex in omne ge-nus suum, omnes hostes pacem cum eo ini-bunt, Rexque in æternum permanebit.

Regula ignis struendi tradita retinenda.

Conspecta albedine, gaudendū.

Cap. 10.

SCiet item filius meus hīc materiā illā intel-ligendā quam hīc in vitro habes, ea iā terra

est

est quæ humiditatem suam amisit, ac nondum quicquã boni efficiet. Tenebit filius meus in hac arte multos esse errores. Multi sunt qui lapidẽ Philosophorũ conficere aggrediuntur, ac bono moderamine ignis pducunt ad istum gradũ, ac lapidi fixando dant operam ad albũ ac rubrum, atq; cùm materia hactenus est perducta, proiectionẽ eá facere putant. Tùm verò ipsum in Mercuriũ crudum aut in metalla imperfecta proijciẽtes, nullũ reperiunt pfectum, ac in desperationẽ incidunt, artem impossibilẽ esse dictitantes, atq; ita est, ars enim ipsis impossibilis est: terrã enim quæ humiditatẽ amisit, habent. Quemadmodũ Geber ait: Spiritus qui multa fixatione ac sublimatione humiditatem amisêre, nihil boni efficiũt quamdiu terra sunt, aut tã sicci: atq; talis est hæc: ignari verò istud capere nequeunt: cùm lapidẽ perfecêre. i. lapidem ritè conglutinârunt, atq; lapis colorẽ debitũ induere cepit, tùm ipsum subtilem efficiendũ, ac denuò humidũ efficiendũ, si alioqui ingressum sit daturus, aut proiectionẽ facturus. Sed opera Sapientũ non intelligunt. Intelligunt quidem lapidem Philosophorũ effici, vt prædictum est, ipsumq; ita efficiunt, sed ignorant preparandum esse, opusq; deserunt, vbi inciperent, ac in errore permanent. Errores varij.

Cap. 11.

SCies, mi fili, me manifestaturũ tibi maximũ huius artis secretũ, quod nunquã palã fuit.

Quare te adiuro, mi fili, per filium Dei viventis; ne secretum hoc palàm facias nisi proprio filio, si tibi videatur timorem Dei habere, ne tua & mea anima ob id condemnentur, ob periculum quod inde exoriri posset.

Maximum totius artis arcanum.

Nunc, mi fili, oculos aperi, ac vide, aures aperi ac audi maximũ arcanum quod in rerum natura est. Filius meus dilectus tenebit, ex omni lapide Philosophorum quomodo & quo pacto fiat & componatur, videlicet in magnis operibus de quibus hîc nobis sermo est, duos illos lapides confici posse ad album & rubrum in vno vase, atque vna fornace: tibi dico, intellige probè quid dicam. Quamvis Lunam ac Mercurium ponas in hunc modum absq; additione auri, vtrumque lapidem ex eo conficies ad album, atque ad rubrum. Quæras itaq;

Quare sol & Luna simul in opere ponantur cũ ex Luna & Mercurio vterque lapis confici possit.

quare in opere Sol & Luna simul ponuntur. Id fit quia Sol fixus est, ac vt opus hoc pacto brevius esset. Nam antequam Luna fixa fiat in opere, lapis ad album est effectus. Luna enim fixa nõ est, & antequam fixa fiat, diuturnam coctionem accedere necesse est: ac Luna fixa esse debet antequam Mercurium possit fixare: ac propterea Sol & Luna in opere simul esse debent. Potes etiam vtrumque Lapidem efficere ex Sole & Mercurio solo, atque id facilius fieret quam ex Sole & Luna simul iunctis. Quia Sol fixus est, ob id Mercurium facilius fixat. Quæras autem, si Luna sola ponatur

tur cum Mercurio, quomodo inde provenire posset Lapis ad rubrum ? Rite rem intelligas, quod Luna sit intrinsecus rubra, quamvis extrinsecus alba sit. Nam sub omnibus rebus albis, in quibus 4 elemēta insunt, rubedo intus tecta est sub albedine extrinsecus. Luna enim frigida & volatilis est vt Mercurius, ex Mercurio enim & sulphure simul coagulata est, estque adhuc cruda & non fixa. Quare foris alba, intus rubra est. Itaque cum Luna est in opere cum Mercurio solo coquitur & fixatur regimine ignis, cùmq; ipsa fixa facta est, Mercurium apud se fixat in opere, ac fit lapis Philosophorum, atque augmentatione ignis, ac longa coctione, lapis albus in rubrum cōvertitur, tinctura eius foris stat ac albedo intus. Probè intellige, fili dilecte, quod dixi, & etiānùm dicturus sum; id enim omne necessarium, estque omnium operum secretum.

Cap. 12.

FVERE nonnulli ignari qui cùm Lapidem cōfeciſſent ad album & ad rubrum, ac tùm videbant non habere ingressum, nec fluere, ex quo facilè videbant ingressum illi deesse; Lapidem itaque solvebant, ac denuo congelabant vicies aut tricies, ita ipsum fusibilem efficere putantes, & ingressum habiturum, verùm nihil proficiebant, & quamvis solviſſent & cōgelaſſent multò diutius, nihil iuvare poterat.

Fuêre nonnulli alij qui oleum ex antimonio extrahebant, quo oleo lapidem suum imbuerunt super marmore, siccabant denuò in vitrea patella, id iterando, donec lapis fusibilis fieret ad modum ceræ, ac ingressum daret. Tùm in Mercurium proijciebant, atque existimabant Mercurium candefacere, cumque Mercurius feruesceret euolabat in aërem, ac oleum antimonij statim sequebatur: pulvis autem lapidis remanebat siccus, vti antè fuerat quam oleum imbiberat. Causa est, quia oleum antimonij non erat fixum, ac quamvis lapidem fusibilem effecerat, cum lapide fixum non fuerat, ac cum lapide fixari non potest. Ratio hæc est: Si lapis ita imbutus ponatur in vitro ad ignem lentum, oleum vnâ cum lapide in nihilum per vitrum penetraret: sin ignem vehementem adderes, oleum euolaret in aërem præ feruore. Ita ipsum cum lapide fixari non potest: atque hoc pacto ignorantes in errore permansêre.

Cap. 13.

Quomodo lapis fusibilis sit efficiendus.

IAM filium meum dilectum docebo lapidem nostrum fusibilem efficere, ac ingressum dare, quod hactenus nunquam fuit manifestatum. Quare hoc secretum quæso serua, si Deum, animam tuam, & meam amas.

Nunc scito, mi fili, lapis tuus nunc albus est factus bono moderamine ignis, vt suprà doctum est: si iam lapidem album vis seruare,

licet: siquè vis tempus expectare donec rubescat, itidem licet. Si ad rubrum vis perducere, in fornace ipsum sinere debes, ac ignem tuum insigniter augere longo tempore, vt per 15 aut 16 dies: vide num velit mutari in colorem croceum: sed si vides etiamnùm album manere, ignem insigniter auge, ac si proficis, atq; croceus fit instar masticis, ignem tuùm non augebis, sinas hoc pacto 8 aut 9 dies, aut eò amplius: tùm vide an adhuc magis croceus sit effectus: sin minus, ignem admodum auge: si tum instar croci inueneris, ignem non augebis, sines verò in eo moderamine adhuc 8 aut 10 dies, tùm inspice, ac si ne tùm quidem quid profeceris, eodem moderamine vtere etiamnùm 8 aut 10 dies. Atque ita moderamen hoc ignis persequere, donec ad perfectam rubedinem peruenias, qualis est auri in igne candentis, aut sanguinis, quorum color potius cœlestis quam artificialis videtur. Ac lapis ad ignem vehementem coquendus est, alioqui tinctura eius & sulphur absconditum prodire, & apparere nequeunt: verùm antequam perfectam rubedinem induat lapis, vsq; ad candorem feruère debet ad tempus facilè per 90 dies. Ac nunc facilè intelliget filius, si lapis iste fusibilis esset, quomodo tinctura & rubedo eius foràs produci posset, nam cùm ad candorem vsque feruet, lapis solueretur ac vitrum penetraret, ac fornacem.

Nam ad extremum facilè per 3 dies in vitro candens stare debet. Ac per has rationes animadvertere potes lapidem prius debere fieri, antequam fusibilis efficiatur. Ignorantes capere nequeunt præ mẽtis debilitate, vim enim naturæ minimè intelligũt. Ita, mi fili, lapis siue albus siue ruber sit, priùs conficiendus est, antequam fusibilem & subtilem possis efficere.

Lapis priùs conficiendus antequã fusibilis ac subtilis efficiatur.

Vtroque tuo lapide tam albo quam rubro confecto & parato, vt à me edoctus es, ac rationibus demonstratum, ita vt tua ipsius mente capere facilè possis, ita esse debere: nunc te docere volo, quo pacto vtrumq; lapidem parabis ac fusibilem atque subtilem reddes, ad altas proiectiones faciendas.

Cap. 14.

Pergit docere quomodo lapis fusibilis & subtilis fit efficiendus.

NVNC ausculta, care fili, maximum arcanum quod in hac arte est, quod nunquã literis proditum est, quam à me Solo tuâ causâ. Lapidem tuum perfundes clatâ & purâ aquâ paradisi, atque ipsum aquæ vnies, ac in carcere collocabis, ac concludes, atq; ea aqua subvolabit in cœlum intra circulum Lunæ, ac in roré convertetur, ac rursum guttatim decidet ex consilio & doctrina artificis, atque humectabit terram, siue lapidem, vt flores omnium colorum producat, per quos flores lapis tuus resurget à mortuis in vitam, omnesque hostes eius pacem cũm eo inibunt, ac tempestas

pestas quæ ante fuerat tùm præterierit, quæ terræmotus erat, ac caligo maris, atque eclipsis Solis ac Lunæ, quæ omnia tum deuicit, ac deinceps Rex in omnem tribum suam permanebit, dominationem in æternum non amittet, sed semper Rex gloriæ manebit, &c.

Cap. 15.

LAPIDEM tuum, mi fili, siue albus siue ruber sit, ex vase sumes, ac mortario lapideo indes, ac bonam quantitatem Mercurij mundi superfundes, quē te pòst mundare docebo, ac ligneo pistillo sumpto, conteres ipsum per diem inregrum continuè. Tùm vitro denuò indes, ac in fornace Philosophorum collocabis, aut in tripode, ignem addens talem, quo plumbum liquidum seruari possit, vt non congelet, liquefactione æquali: sed vitium pusillum super os vitri in quo lapis est, lutabis: retinebis in eo calore, donec Mercurius omnino sit mortuus, quod facilè 40, aut 50 dierum spatio fiet: lapis enim attrahit omnes spiritus ad suam naturam: simile attrahit sui simile, ac simile simili gaudet. Cumq; omnino mortuus fuerit, ignem paululum minues donec materia tua albescat: ac si lapis albus fuerit, exime ac lamina cādefacta, ei pondus grani imponas: vide an lapis tuus fluere velit, ac ingressum det. Id sciri hoc pacto potest: cum lapidem laminæ æris candenti imponis, atq; is tum laminam candentem penetrat velut oleum

Simile attrahit sui simile, ac simile gaudet simili.

Proba.

um corium ſiccum, atque lamina ærea omnino alba ſit inſtar argenti vbi lapis iacuit, ſi id præſtat, paratus eſt: ſin minus iterùm aqua paradiſi perfunde modis omnibus, vt ſuprà: Ignem moderare vt priùs: ac ſi pondus tui lapidis fuerit marca vna, 4 marcas aquæ Paradiſi adde: idque quoties aquam paradiſi ſuperfundis. Hoc opus itera, donec lapis ex animi tui ſententia ſolutus fuerit: ac ſi ruber ſit, in eodem calore ſtare ſine, in quo cùm aqua paradiſi ſtabat, hoc eſt, tali quo liquefactus deinceps retineri poſſit ſine candore, donec lapis tuus ruber fiat: ſed eget longiori tempore, quam albus, ac rubrum modis omnibus, vt album, probabis.

Scies, mi fili, ſi lapidem parare vis, vt in Mercurium proiectionem facias, ipſum tam fuſibilem quam ceram efficiendum, idq; magnâ curâ fieri debet, quia lapis per vitrum penetrare poſſet. Sed conſulo ribi, mi fili, lapidem tuum tam fuſibilem efficias, vt ferè candere incipiat, antequam fundi velit: idque lapidi albo fac: tùm proiectionem facito ſuper Iouem. Lapidem verò rubrum non potes fuſibiliorem facere, quam abſque flando candefieri poſſit. Nam cùm aqua Paradiſi vnâ cum eo mortua & fixata fuerit, ſtare debet in eo calore in fornace vſque ad candorem facilè per 50 dies, antequam aqua Paradiſi rubedinem eius foràs queat producere; cumque rubedo

eius

eius iam foris fuerit, ignis ille augendus est, vt lapis modicè candeat, vt tantummodò appareat candere, nec amplius: atque ita sinas stare per dies 3, tum vt refrigescat sinito, ac Deo gratias age, lapis enim tuus perfectus est.

Cap. 16.

QVARE, mi fili, modus tibi retinendus est in lapide fusibili efficiendo: nam si lapidem album nimis fusibilem efficeres, vitrum penetraret: ac lapis ruber minùs etiammùm fusibilis esse debet, alioqui rubram tincturam aquæ Paradisi foris acquirere non potes, vti doctum est.

Maximum arcanum & secretū.

Scies, fili dilecte, aquâ clarâ Paradisi omnes res quæ in orbe sunt, fusibiles effici posse, cùm per eas sublimatur, donec illis adhæreat.

Inceratio.

Noris, mi fili, Inceratione m. i. rem duram quæ liquescere non potest, Liquefacere, ac ingressum vt habeat efficere, primùm inventam fuisse apud Veteres. Postquam enim diu, multumque laboraverant, ac lapidem album & rubrum parauerant ac perfecerant, projectionem eo facere volentes, nihil proficiebant: lapis enim solvi nolebat, pulvisque ac terra remanebat. Tùm facilè animadvertere poterāt, ei nihil præter Inceratione m deesse, quia ingressum non habebat. Tum Inceratione m in multis rebus quæsiuere, omnibusque rebus perveſtigatis, in nulla re alia reperêre Inceratione m, quā in Sulphure, Arsenico & Mercurio.

Inceratio primùm inventa à Veteribus, & quomodo.

Scies

Cap. 17.

SCIES, mi fili, in omnibus rebus quæ sunt in rerum natura exceptis spiritibus mineralibus, ac metallis, avolare oleum à terra. Sed in spiritibus mineralibus ac metallis oleum se non seiungit: manent apud terrã suam in igne. Ac si ab igni subvolent, terra cum oleo vnâ volat. Oleum eorum à terra separari non potest, vt ab alijs rebus. Ac tùm facile sciebant, si naturam sequi vellent, se tale oleum habere debere, vndè metalla oleum suum sumebant, si spiritus quos sublimando siccos & terreos effecerant, vt minimè liquefieri possent: si eos iterum fusibiles efficerent, sibi eiusmodi oleo opus esse, quo eos incerarent ac fusibiles denuò efficerent, ita inceration em inuenêre in sulphure, Arsenico, & decies magis in Mercurio. Ita ipsi artem Incerationis inuenêre, quâ lapidem suum fusibilem effecêre ex animi sententia, cùmque artem Incerationis haberent, quicquid libebat faciebant, omne enim quod volebant fusibile efficiebant: per res calidas spiritus sublimabant, eosque validos ac venenatos efficiebant: ita vt tam feruentes, & subtiles redderentur, vt mirandum esset: cumque eos satis subtiles effecissent sublimatione, ac satis feruentes rebus corrosiuis, atque satis tincturæ impressissent, incerabant Mercurio probè purgato. i. perfundebant certa quantitate Mercurij probè mundificati, in tripode collocabant

cabant ac sinebant ascendere, & descendere, donec Mercurius apud ipsos permaneret: atq; ita spiritus liquidos, vti libebat, efficiebant. Sumebant etiam interdum, ac Solem & Lunam calcinabant in calcem subtilem, ac Mercurio mundificato eam calcem perfundebant, atque in tripode collocabant in eiusmodi vitro, acidentidem invertebant; atque hoc pacto sublimare sinebāt, donec Mercurius apud eos permaneret, ac calce rullas fusibiles effecēre adeò, vt illis proiectionem facerent: atq; etiam omnia metalla imperfecta calcinārunt, calcesque soluērunt in acri aceto destillato, donec tàm nitida quàm crystallus redderentur, atque ita calces illas à sua immunditie repurgārunt, ac lapides illos crystallinos in pulverem subtilem redegêre, atque Mercurio perfudêre, ac in tripode collocārunt, vti doctum de Sole & Luna, atq; ex eo medicinam confecere. Dico tibi, mi fili, tota ars consistit in Inceratione, aut liquefactione. Quare hanc lectionē sedulò perlege, mira enim continet. Ex omnibus metallis medicinam facere potes, vti suprà dictum, breui tempore, sine sumptu ac labore, idque hac inceratione, &c.



Tota ars posita in Inceratione ac liquefactione.

Fuēre præterea non nulli qui 3 partes Lunæ ac vnam Solis sumpsere, atque eas purgārunt,

vt

vt initio operis doctũ fuit, ac simul inter se solu-
erunt, ac tùm minutim limárunt, atq; morta-
rio indidêre, in subtilem puluerem redigêtes,
adeò vt per pannum lineum cribrauerint; ac
postea super marmore contriuêre cum melle
aut gummi arabico, atq; ita contriuerunt vt
omnino intangibiles essent. Aut sumebant sal
præparatũ ac melli ac aquæ gummi permisce-
bant, intangibiliter terentes. Tùm aquâ com-
muni destillatâ sumptâ, materiam contritam
ollæ vitreæ indebant, bonam quantitatem a-
quæ superfundentes, atq; de in cineribus illis
cribratis posuêre; atque vas illud cum mate-
ria büllire fecerunt per horam aut amplius:
tùm refrigescere sinebant: & sal ac mel lique-
scebant in eâ aquâ: Sol verò ac Luna in fundo
remanebant. Tùm aquam illam supernè ef-
fundebant, ac rursùm aqua communi recenti
superfusa bullire sinebant, vt suprà, idq; itera-
bant tandiu donec aqua omnis pura rursùm
defluebat, vt superfusa erat. Tùm eum pulue-
rem sumptum pusillo igni exiccabant. Tùm
Mercurium quinquies aut sexies per pellé le-
porinã pressum sumebant; eoq; loto sale & a-
ceto, donec sal nitidũ & album remanebat: a-
qua cõmuni munda, abluebant prorsus omne
sal & acetum, pòst pannis lineis mundis exic-
cabant: ollæ vitreæ immittebãt, alembico su-
perimposito, cineribus imposuêre, ac recepta-
culo lutato, ignem struxêre, perinde ac siquis

Mercurio quomodo aqua nubium adimatur.

aquam

aquam rosarum destillare velit, atq; hoc pacto stare sinebāt per dies 12 aut 15, ad humiditatem superfluā ei detrahendam, quam in se habet, quā opus corrumperetur: Atq; hoc pacto omnis Mercurius præparandus, quo vtendum in opere sit, atq; talis ignis ei adhibendus est, ne omnis sursùm sublimet. Tametsi verò partū sursùm sublimet, ita vt exiguæ gemmulæ stillent per alembicum, nihil refert. Si autem ipsum sursùm sublimares, ita vt aliquid mortuū esset, iterum viuificandus foret in aqua bulliente, tùm verò iterùm humiditatem aquosam assumeret, quæ omne illud opus corrumperet.

Cap. 19.

SCIES, mi fili, omnē Mercurium viuentem habere in se aquā nubiū, id ipse videre poteris: nam in receptaculū decidet magna pars aquæ cōmunis mūdæ: ea autē vacuari debet, si alioqui apud corpus Solis & Lunæ moreretur, & pulvis ac fixus fieret: ac si humiditatē apud se retineret, nunquā moreretur, nunquā pulvis nec fixus fieret quāliber diu ita haberetur. Superflua ei humiditas detrahēda est destillatione, sine sublimatione, vt demōstratū est; sineq; in igni donec videas in alēbicū nullū amplius roré ascendere. Pòst retine etiamnùm in eodē calore ad 10 aut 12 dies sine sublimatione: quo factò sinas refrigescere, seruq; in pyxide lignea, loco sicco & calido, ne quā humiditatē ab aëre frigido & humido ad se trahat; ac si patere sineres,

Omnis Mercurius vivem aquam nubium in se

sineres, ab aëre ad se attraheret aliquam humiditatem, atque ita & labor & tempus perijssent,&c.

Cap. 20.

SCIES, mi fili, hoc pacto omnem Mercurium parandum esse, ex quo amalgamationes facere velimus, si alioqui Mercurius in opere mori & fixari vellet: idq; plurimos fallit qui voti compotes non fiunt; & hoc facit superflua humiditas, quam in se habet, ac nescientes quid sibi desit, in errore permanent.

Item nunc tenebis, mi fili, iam Solem, Lunam, & Mercurium parata esse ad opus hoc conglutinandum.

Item nôris, mi fili, quod pulueres tuos Solis & Lunæ ponderabis: ac sumes tantundē pōderis Mercurij tui præparati, i. tantum spiritus quātum corporis; alioqui si non satis corporis esset, eò diutius in igni stare deberet, antequam spiritus commori vellet cum corpore, atque puluis fieret: sed cum pondus est æquale, spiritus facilè apud corpus moritur, &c.

Quærat verò filius meus, cum iam spiritus ille mortuus est apud corpus, & apud ipsum fixatus, & ad perfectum colorem est perductus siue album, siue rubrum, ac perfunditur magna quantitate Mercurij ad incerandum ac fusibilem efficiendum, & subtilem, ad opus perficiendum: interdum funduntur 10 aut 12 partes spiritus super vnam partem lapidis, aut

pulue-

pulueris fixati, ad album: ac ſuper puluerem ad rubrũ, funduntur interdum 20, aut 24, imò 30 partes ſpiritus, ſuper vnam partem pulueris ad rubrum fixati. Cùm enim lapis ad album perfunditur 12 partibus, ruber opus habet, aut puluis facilè 30 partibus, antequam velit fuſibilis fieri. Ratio hæc eſt: lapis albus eſt crudus & humidus, frigidus, & albus, tantum dimidiâ parte aquæ paradiſi opus habet, aut ſpiritus ad ipſum incerandũ, & fuſibilem efficiendum: non enim diu coctus eſt in igni, vt ruber lapis aut pulvis, neque tam ſiccus eſt. Ruber naturâ calidus eſt, & ſiccus, interius eius foris ſtat. i. calor eius, & ſiccitas, ac eius albedo intus eſt. i. eius frigiditas: ac antequam fuſibilis effici poſſit, facilè 30 partes aquæ paradiſi ſuper vnam partem rubri pulueris aut lapidis debent effundi.

Nunc autem quærat filius meus, ſi ſuper vtrumque lapidem tantum aquæ paradiſi fundi debet, antequam fuſibilis fiat ac ſubtilis, immenſo tempore in igni ſtare debet, antequã omnis ſpiritus mori poſſit apud puluerem, ac fixus fieri.

Cap. 21.

SCIET filius meus ac intelliget, primam additionem ſpiritus & corporis eſſe vtramque crudam. Ea ratio eſt vna, cur diu ſtare debeat, antequam ſeſe invicem amplectantur radicaliter. Altera ratio eſt hæc, quod prima

Duę rationes cur diu in igni retineri debeat.

additio tàm pusillo, & lento igni persequenda est, vt nihil aut perparum ascendat in vasibus; ita diu stare debet antequam mori possit, ac puluis fieri: cumque lapis aut puluis, albus aut ruber est effectus, fixus est, quamvis nõ sit fusibilis, estque medicina radicaliter, etiamsi nondum ingressum habeat. Ac Hermes ita ait: Cùm Mercurius solutus est, soluit facilè omnia reliqua metalla, aut spiritus; cùmq; est congelatus, porrò congelat: ac fixatus, porrò fixat. Ita quamvis super ipsum multum aquæ paradisi sit infusum, 30 partes super 1 Mercurij, is est coagulatus, quare aquam paradisi facilè coagulat, ac fixat facilè, vt prædictum. Est & alia ratio, ex parte medicinalis est, si lapis fluere nequit .i. quòd aquam paradisi facilè in suam naturam pertrahat. Est item alia ratio: cùm aqua Paradisi fusa est super pulverem, ac super fornace ponitur, multò maior calor ei additur, quam initio operis daretur: nam initium operis sublimare non debet: atque huic aquæ Paradisi talis calor adhibetur, vt sursùm sublimet, ac guttatim rursùm decidat in pulverem. Cùmque mori incipit, ac simul pulvis fit, ignem augebis, vt per eum sublimet: ac vitrum iterùm iterùmq; invertes: cùmque sursum sublimatum est, inferior pars vitri in superiore parte ponitur; atque ita fixus ille pulvis decidit super partem spititus sublimatam: idque opus toties repetitur, donec

vnum

vnum cum altero in fundo remaneat: ac tùm ignis paulò vehementior ſtruitur, donec perveniat ad ſuum colorem album, ſiue rubrum, provt cupis. Ita per rationes prædictas, nõ debet tandiu ſtare in opere, quemadmodum in principio. Quare non amplius de ſpiritu quam de corpore ſumpsêre. Quorſum verò hæc omnia? Vt te, mi fili, ad veram intelligentiam operis deducã, vt nôris, mi fili, inter bonum & malum diſcernere, vt nôris quid agas, ne in errorem, aut deſperationem incidas. Quare, mi fili, ſedulus hanc, & ſimiles lectiones ſepiùs relege, ac memorię imprimere conare, ad omnes errores vitandos, qui in opus incidere poſſent: antequam operi manus applices.

Cap. 22.

NVNC iterũ ad opus accedamus. Pulverem tuũ Solis ac Lunæ ſumes, ac ponderabis; ac tantum Mercurij prepărati quantũ, tui pulueris pondera, atq; mortarium ferreum calefacito, ac piſtillum, ſed non adeò vt Mercurius euolet in aërem. Inde pulverem tuum præparatũ mortario, ac pulverem tuum, ac vnciæ $\frac{1}{20}$ partẽ ſalis armoniaci, aut 4 partẽ lothonis pulveriza ſal armoniacũ antequã mortario indas. Tùm conteras illo piſtillo calido in mortario. Amalgama Mercuriũ & pulverẽ in amalgama. Sal armoniacũ efficit vt pulveres & Mercurius ſeſe invicem cõplectãtur radicaliter. Contere verò per diem integrum indeſinenter; iuuate

Reditus ad opus.

invicem, defesso succedat alius; contere saltem 12 horas continuè, nares verò os, & aures obtura, ne odor tibi noceat, qui invisibiliter posset ascendere. Ac 12 horis elapsis, materiam tuam eiusmodi exiguo vitro inde, alio cooperto, pondus superimpone, colloca tùm in fornace secretâ, ac facito vti priùs doctum, eodé moderamine ignis, donec opus omninò perfectum fuerit. Primum ignis moderamen opera perficere docet, quæ amalgamationibus efficiuntur, vnum & idem est ignis moderamen: prima autem constructio fit varijs modis, omnibus ad vnum finem venientibus, ac breuitatem temporis quærentibus.



Fuêre item nonnulli, qui lapidem nobis à Deo Optimo Maximo gratis donatum sumpsêre, eumq; nonies aut decies soluêre, ac à fæcibus purgârunt, ac rursum cõgelârunt, atque in subtilem puluerem album redegêre, ac in pyxide seruârunt: tùm lapis paratus erat. Tùm Mercurium probè ablutum ac præparatum, vt suprà doctum fuit, sublimabant per vitriolum .i. Mercurij sublimati sumebant ℔ 1, ac vitrioli crudi 4 ℔, ac simul miscebant, ac per id cum sublimabant, conterebant denuò cum fæcibus, atque iterum sublimabant: iterùm conterebant super fæcibus, denuò sublimabant; quo facto fæces abijciebant. Tùm verò

verò iterùm ſublimabant per recentis vitrioli ℔ 2, identidem fæces abijcientes, ac ſublimatum ſolum in pyxide ſeruabant. Tùm 3 lothones Lunæ & 1 Solis ſumebant, ac ſimul liquefaciebant, ac ea minutim limauêre: limaturam in pulverem tundendo redegêre in mortario ferreo, atque pulverem lauêrunt, vt in opere præcedente doctum eſt, aquâ deſtillatâ. Pòſt ea ſuper marmore contriuêre cum ſale communi præparato, & aqua gummi, ac in intangibilem pulueren tundendo redegêre, ac aquâ communi deſtillatâ lauêrunt, donec aqua munda & clara indè defluęret: tùm ad ignem tepidum ſiccatum per ſe in pyxide aſſeruârunt.

Item tùm ſumpsêre 8 partes, aut lothones pulueris lapidis gratis nobis à Deo donati, 4 lothones aut partes pulueris Solis ac Lunæ, ea efficiunt 12 partes; ac tùm partes totidè Mercurij ſumebant, quantum erat pondus 2 reliquarum. i. ſumebāt 12 lothones Mercurij ſublimati, aut 12 partes, eæ efficiunt ſimul 24 lothones aut partes, eaque tria ſimul probè terendo miſcuêre cum aceto deſtillato, ac intāgibilia effecere: ac poſtea materiā contritā ſiccârunt in vaſe vitreo ſuper cinerib⁹ tepidis, vt pſiuereſceret. His factis pulueré vaſi vitreo rotundo in hunc modū



facto immittebant, vas ad summum vsq; implentes: Tùm ipsum sumebant, suspendebant intùs in tripode, aut in fornace secretâ, in conclaui, clausoq; ostio ibidem pendêre sinebant 89 dies, eiusmodi ignem subijcientes, vt manum commodè ibidem tenere possent ad semihoram inter parietes fornacis, & conclaue in quo annulus pendebat, atque ignem in eodem calore retinebant lampade facta cum ellychnio ex resina, ac cum oleo destillato, quod lampadem non denigrat, ac parum fumi excitat: atque interea temporis materia in rem vnam coquitur. Diebus verò 89 exactis, vitrum rumpebant, materiamque eximebant: laminam ferream aut æream candefaciebant, ei materiam imponebant, fornaci immittebant, in qua aurifabri encausto pingunt, videbant an pulvis non fumaret: aut pulveris drachmas 2 ponderabant, exiguo crucibulo immittebant, candefaciebant in igni ad semihoram: cùmque refrixerat iterum ponderabant: siquid in pondere amisissent, puluis nondum fixus erat: tùm denuò vitro vt priùs immittebant, atque iterum in fornace suspendebant, ita ignem augentes, vt vix eo temporis spatio quo Aue Maria recitari posset, manum retinere possent inter parietes fornacis, vt suprà: ita hoc moderamine ignis adhuc ad 30 aut 40 dies vtebantur: quibus finitis vitrum sumptum confringebant, inspicientes nùm

materia fixa esset: sed ferè, ac sine dubio fixa erat, ac rubra vt sanguis, sed nō fusibilis. Tùm eam materiam sumebant, ac probè cum aquę paradisi ℔ 2 probè mundificatæ miscebant, cui humiditas superflua exiccata fuerat, vt in opere suprà doctum est, ac omne simul mortario ferreo indebant probè mundo, conterebant 12 dies validè ac cōtinuè vt materia benè cum ea aqua paradisi commista esset: tum in vitrū indebāt eiusmodi,



& forti lutamento claudebant, ac super fornace collocabant, sinentes ascendere & descendere, donec omne in pulverem redigeretur. Tùm igni aucto sursum sublimabant, ac vas sursum deorsum invertebant: hocque opificium iterabant, donec omne simul fixum maneret in fundo vasis: tùm stare sinebant, donec color albus sese patefaceret, eodem ignis moderamine, cumque omne albnm evasisset, erat omne Elixir ad album: ac si ad rubrum habere vellent, stare sinebant, ignem augentes: nam moderamine ignis ad album, tiuctura rubra foràs sese prodere non valet. Quare vnum cum altero in cerebro habere debes, si quid in arte proficeres. Quare lectiones tuas sæpius perlegere ne pigeat sedula mente: cumque rubedo foràs esset perducta, perfectum erat Elixir, lapis ad rubrum ad omnia metalla imperfecta in

verum Solem redigenda, qui præstantior eo qui ex mineris, omnes probas transiens.

Cap. 23.

SCIET filius meus opus quod deinceps docebitur, loqui de magnis operibus, quo pacto Philosophi locuti sunt verbis tectis, ad dilucidè intelligendum sine vlla verborum obscuritate.

Cap. 24.

Primum Veterum verbum reductio.

PRIMVM est Reductio corporis, id est quod Lunam dixere, hoc imperfectum illud corpus vocant, quia Luna fixa non est: ac Solem vocant Fermentum, quia fixus est, ac primum verbum Philosophorum est Reductio, hoc est, quòd corpus illud imperfectum amalgamant cum Mercurio vivente, ac in suam pristinam essentiam perducunt, ea est solutio Veterum.

2 Solutio.

Solutio eorum nō est fusio aquæ nubium, sed est aqua sicca. i. Mercurius, estque artis fundamentum, de qua Rasis ait: Nisi corpora solvas, operā ludis. De quibus solutionibus Geber verba facit in libris qui turba Philosophorū inscribuntur. Hæc via brevissima in arte est reductio, si corpora clarificentur, atque in aquam resplendentem redigātur, quæ est aqua illa ex qua primùm originē duxère, quæ aqua in se spiritum, animam, & corpus complectitur, estque quæ nos resplēdescere facit, inquit Geber. Cumque in Mercurium convertissent, ita vt per pannū exprimere possent, se elementum

cùm Aquæ habere dicebãt: ac Philosophi dixêre ex ea crassitie aquæ terram formari, atque tùm sese alterum elementum habere dictitabant, Aquam nimirum & Terram.

Tertium Veterum verbum est Mundificatio, qua de Morienus ait: Hæc terra cum aqua putrefit, ac tùm continuò seipsa mundificat: cùmque munda est, ex ea omnis medicina Dei auxilio conficitur: de qua Philosophi tractant in turba dicentes: Siccum cum humido coniunge. Siccum est Terra, humidũ Aqua: Ecce nunc aquam & terram mundificata habes. 3 Mundificatio.

Quartum verbum est, Evaporatio aquæ, ea fit cùm aqua Paradisi ascendit in cœlũ, ac guttatim in terram decidit: ac tùm dicunt sublimationem, aut ascensum & descensum; ita fit aqua illa terra quæ prius in terra pistrata fuerat, eumq; ascensum aëra appellavêre. Ita Aquam, Aërem & Terram habes; idq; est quod Philosophi dicunt: Cùm album est effectum, aqua Paradisi perfunde, ac statim sublimationem coniunge, donec ex eo prodeat spiritus, qui apud Hermetem auis dicitur: ac de hac re Morienus inquit: Ad extremum remanebit tibi aqua calcinata, arena aut cineres. Atq; Hermes, Geber, ac Morienus aiunt: Ne contemne cineres quos infimo statu reperis, cineres sunt resplendentes, in ijs pretiosum adamanta reperies. Deinde dicitur: Fermentum ei continuo adde, id est, cùm imperfectũ illud ad pulverem 4 Evaporatio.

verem album reduxêre, ita vt aquam Paradisi superfundas, in quo Sol amalgamatus fuerit: cùmq; tùm pulverem perfundunt dicunt Fermẽtum, eâdem aquâ Philosophorum: tum dixêre: nunc illi animâ adiũge: Qua de re Rasis: Deinde lapidi nostro animâ coniungimus. Nã quemadmodũ in homine corpus hominis nõ vivit sine anima: ita nec noster lapis sine anima, quãlibet purùm imperfectũ corpus fuerit: Fermentũ enim ipsum ad suam naturã ducit. Quare fermentũ addunt: i. Solem amalgamatum cum aqua paradisi: idq; est quod Morienus ait: Nisi impfectum mundifices ac dealbes in pulveré, at tum animam ei indas, ac cum eo commisceas, nihil in arte nostra effecisti. Ideò Philosophus Dantynus ait: Animę cõgregationem cũ corpore mundificato & spiritu facito: tùm spiritus eius additur, atq; gaude cum ijs: nam naturam suam cõmutarunt, ac res crassæ subtiles sunt effectæ. Hoc est quod Alanus Philosophus ait in libro turbarum: Spiritus cum corporibus non coniũguntur, donec perfectè ab omnibus inquinamentis nudi sint. In hora verò commixtionis res mirę apparent, omnes colores orbis, quam multi cogitari queunt: atq; omnes tandẽ ad vnum colorem perveniunt qui ruber est, quem Ignem vocitarũt, tumq;, imperfectũ illud corpus coloratur colore firmo cũ fermento, quod est anima, & spiritus cum anima coniungitur & ligatur cum cor-

cum corpore, ac simul cum eo convertitur in colorem fermenti, ac vnum fiunt, ita vt ignis omni sua vi ac vehementia ea separare non queat. Ex his verbis prædictis constat, Philosophos verum dixisse. Dicunt enim: Lapis noster constat ex 4 elementis: Item, Lapis noster est ex corpore, anima, ac Spiritu; ac verè: Corpus illud imperfectum corpori mortuo assimilauêre: quia Luna debilis ac minimè fixa est: ac spiritum aquam nominauêre, ac verum dicunt. Nam spiritus ille est profectò aqua resplendens ac fluens: ac fermentum animam appellauere, ac verum dixêre: nam vitam dat corpori illi imperfecto, quam prius non habebat, atque in aliam formam reducit: ac verum est quicquid verbis obscuris dixêre. Quidam etiam Philosophi dicunt: Nisi corpora corporibus exuas, atque etiam spiritus, nihil in arte nostra effeciſti. Ex corpore illo primùm aquam conficimus, cùm est amalgamatum, ac tùm corpus illud corpore exuitur: ac post continua decoctione corpus illud exiccatur, ac moritur cum spiritu, ac tùm Spiritus corpus fit.

Veteres inquiunt: naturam sequere, atque id quod ipsa quærit, invenies: ac verum dicunt. Nam in nostris operibus primùm ex siccis humida, ex humidis sicca, ex crassis subtilia, atque ex subtilibus crassa conficimus, ex corporibus spiritus, atque ex spiritibus corpora con-

Dicti Veterum, naturam sequere.

constituimus, ac superius, vt sit inferius efficimus, ac inferius superiori æquamus. Ita materias vnam in aliam conuertimus, vti prius doctum est. Ita ex rationibus prædictis liquet, Veteres in omnibus verum dixisse, quamvis obscuri sint: id factũ est, ne ignorantes qui de numero filiorum non sunt nos intelligerẽt, ac vt notitia horum ipsis incognita permaneret.

Deinceps sciet filius meus, Veteres multa capita posuisse, vt ignorantes existimarent artem nostram magnâ cum difficultate exerceri: atque in vnoquoque capite multa ac varia opera posuere, multis nominibus, qualia sunt, Reductio, Solutio, Lotio, Sublimatio, Destillatio, Coagulatio, Inceratio, Calcinatio, Fixatio, atque ita deinceps, vt suprà commemorarum est. Ac nunc filio meo aperiam quomodo Veteres ac Sapientes ea nomina in opere adinvenêre.

Cap. 25.

Quomodo opus fit instituendũ ad imitationem Veterum.

ITEM si opus vis facere ad eundem modum quo Maiores nostri fecere, sumito Mercurium è fodinis, vbi argentum aut aurum effoditur, sed nullum sume qui arte efficitur, eum per pellem leporinam exprimes, ac si quid in pelle leporina reliquum sit, inspice num quod corpus metalli, hoc inde exiguo crucibulo cũ parte boracis pulueriza tæ: pone in igni, flato vt soluatur, cumque liquefactum fuerit, vide quodnam corpus metalli sit, ac si alicuius imperfecti

perfecti metalli esse repereris, Mercurius ille ad opus nostrũ prorsus est inutilis: sin Solem ac Lunã repereris, probus est: tùm sumito illius Mercurij quantum vis, vasi vitreo inde, ac per alembicum superfluam eius humiditatem detrahe, quæ opus tuum corrumperet, ac impediret quominus Mercurius in puluerẽ mori posset. Nam si superflua ei humiditas non detraheretur, quamvis ea materia in igni consisteret vsq; ad diem Iudicij in puluerem minimè redigeretur: In causa est humiditas quã Mercurius in se habet: vides enim in eo humiditatis per destillationem magnam partem, vt antè doctum est: Sed cùm Mercurius omni suâ humiditate superfluâ exutus est; tùm corpus illud imperfectum sume.i. Lunam cupellatam quæ postea reflata est de plumbo in crucibulo: ac Lunam istam Veteres corpus imperfectum vocant, quia Luna debilis est, alba, cruda, ac non fixa: hanc autem Lunam amalgamauerunt cum magnâ quantitate Mercurij: ac semper 3 partes Lunæ ac Solis 1 sumpsere, quem Solem fermentum appellarunt. Nonnulli Solem ac Lunam simul amalgamauerunt, vt opus præcedens docet, ac quidam per se amalgamauêre, ac fermentum siue Solẽ amalgamatum miscuêre inter aquam Paradisi, ac tùm super vtrumque puluerem fudêre, ac miscuêre, vt docebitur. Ac postquam Lunã amalgamauerant vitro indebant, vti in opere

Superflua humiditas Mercurio detrahẽda

priùs



priùs doctum fuit, huiuſmodi inquam vitro, atque in tripode collocavêre, vt ſuprà; ac eodem moderamine ignis: ac deinceps Solẽ etiam amalgamauerunt, ac etiam in fornace poſuêre in vitro vti Lunam, ac regimine ignis vſi ſunt, vt ſuprà, atque aqua paradiſi, atque aqua eiuſdem Mercurij, humiditate ei detracta, vt ſæpè dictum eſt; atq; etiam eiuſmodi vitro indidere quale hic ſuprà poſitum eſt, atque etiam in tripode collocarunt iuxta reliqua 3 vitra, donec ad opus accederetur ad incerandum, idq; faciebant vt aqua Paradiſi eo facilius incerare ac moreretur apud opus illud: nam aqua illa fit inter fixum & non fixum; nam tandiu decoctionem in igni habuerat quam ipſum opus, quamùis non fuerat mortua, aut pulvis facta.

Scias, mi fili, quamvis aqua Paradiſi, id eſt, tuus Mercurius per 10 annos in fornace haberetur, non ſimul tamen in pulverẽ moreretur, ſemper aliquid vivum pmaneret, ac cùm illud moveretur, ſimul omnis viuus fieret. Quare Mercurius de ſeipſo ait: Quum corporis mei pars inſtar lentis vivit, nõ tam magis mortuus ſum quam vnquam fui: idq; fit quia cum eo aut in eo nullũ corpus cõmiſtum eſt, aut pater, aut mater, aut ſoror aut frater, aut aliquis ex proximis propinquis, aut ex tribu

eius

eius cum eo aut in eo cõmisti sunt. Sed compositra brachia brachijs, atque oribus ora vbi fuerint, eodem momẽto moritur. Id hoc modo intelliget filius meus: vt cum eo misceantur vlla ex metallis, aut spiritus qui ex metallis orti sunt, aut noster lapis albus, aut ruber; eaq; omnia sunt de genere eius, aut propinquis, ac sunt etiam naturæ eius: ac proinde cum ijs sese coniungit, ac statim cũ ijs commoritur: Sed cùm solus est, ne 10 quidem annorum spatio moritur, quamlibet ei temperatum ignem subdas.

Mercurius nunquam solus moritur.

Mi fili, hæc omnia sæpius relege, ita naturam in omnibus intelligere poteris. Sed de his satis: ad opus nostrum revertimur.

Omnia tria stant in tripode, nimirùm Sol in vitro per se, opus cum Luna in alio vitro, ac aqua paradisi in tertio vitro: atque omnia 3 simul stabant in tripode in conclavi obsignato, ita firmiter, vt nihil expirare posset, ac igni pusillo regebantur, vt manus teneri posset sine aduſtionis periculo inter parietes & conclaue, &c. id est, vt calor & sensus manus vnum sint. Nam calor ita regendus est, vt manum per semihoram tenere possis sine aduſtione: ac si calor ac sensus manus idem essent, omnia bene sese habebant. Tùm Veteres ac Sapientes consultabant, quo nomine peculiari quodque signum quod in opere conspiciebant, insignirent, vt ignorantes qui huius artis

non

non sunt, artem celarent; vtque illi existimarent artem magnâ cum difficultate exerceri, operi varia nomina imposuêre, vt etiamnùm docebitur. Multa opificia posuere quæ etiam infrà, vt Solutionem, Reductionem, Sublimationem, Destillationẽ, Congelationem, Euaporationem, Inceration em, Calcinationem, ac multa plura ac varia opificia, vt ignorantes in errorem inducerent. Sed omnes sunt nothi, hæreditatem Sapientum non possidebunt: ac prædicta omnia opificia fiunt in vitro clauso, in quo opus in fornace stat, vt docebitur, ac suprà satis doctum est: rudes verò id capere nequeunt præ debilitate mẽtis: putant vnumquodque opus esse peculiare, ac vnumquodq; vasis peculiaribus ac instrumentis fieri, ac peculiaribus fornacibus, ac moderamine ignis peculiari, atque ita errant, artem difficulter exerceri putantes: capere nequeunt omnia simul fieri in vno vase clauso, ac in vnâ fornace, ac vno regimine ignis, vt docebitur. Initio cernebant Veteres materiam in vitro positam in superiori parte vellus nigrum aut pellem nanciſci, tùm id Nigrificationem maris vocabant. Nam aqua illa suprà omnino nigra erat, ac quia Sol ac Luna inerant, dicebant esse Eclipsin Solis atque Lunæ, ac Nigrificationem maris: ac ignorantes minimè id intellexêre.

Nigrificatio maris.

Eclipsis Solis ac Lunæ.

Deinde

Cap. 26.

Deinde cernebant aquam illam .i. Mercurium sursum volare in superiorem partem vitri ex materiâ illâ, aut corporibus Solis ac Lunæ, ac dicebant, ventum in ventre portauit; quia Mercurius ex materia aut corpore ac Luna volabat per aërem præ calore ac feruore, dicebant: Ventum in ventre portauit. Ideò quidam Philosophus ait: Aërem illi offeres, in cuius ventre portabitur per productionem filij qui illi pater est; tum dabitur illi bibendum, id est, cùm rursum decidit in fundũ aut materiam, tùm dabitur illi bibendum de humiditate terræ, quæ eius nutrix est. Atque hac de re loquitur Hermes Philosorũ Parens: Id quod suprà est videtur mihi esse vt illud quod infrà est, & quod infrà est, vt illud quod suprà est. Ac Danthynus ait: Qui miraculum vult facere rei cuius lapis noster pater, & terra nutrix est, ac Luna mater, ventum in ventre portat, ac nutrix eius in terra est. Ac Danthynus præterea ait: Cùm è terra ascendit sursum in cœlum, ac rursum decidit in terrã, tum robur assumet ex eo quod suprà & infrà est: ac verum dicit: Cùm suprà gemmare incipit, tùm incipiunt gemmæ rursum decidere humi, ac moritur in pulverem: cùmque tale est, aquâ clarâ paradisi perfundendum est, ac offerenda ei Luna eius mater, donec ea aqua cum pulvere permista est: aç tùm offerto ei Solem .i. ignẽ

tandiu, donec perficiatur id quod præstantius est, quam res vlla Orbis, idque ignorantes non capiunt, &c. Cùmq; propius rem inspicerent, materiam magis adhuc ascẽdere ac descendere cernebant, in vitro: tùm ei nomen sublimationis indidere, erat enim vera sublimatio. Idcirco Geber ait in turba Philosophorum: cùm opus aut lapis aggregatus fuerit, continuò illi sublimationem adde: ac ignorantes non intelligebant sublimationem fieri in vasis clausis, ac erraruntt: videbant etiã cum guttæ rursùm deciderent, adhuc aquam permanere, tùm existimabant destillationem nominãdam, eratq; perfecta destillatio. Ideo Morienus ait in turba: Post sublimationẽ ei destillationem adhibe: ne hoc quidem ignorantes intellexêre. Videbant denique materiam spissescere, ac in terram converti, ac crassam terram remanere, ad extremum super aquam cõsistere: idque fiebat quia Mercurius ascendebat ac descendebat, terram aut corpus exuebat: ac cùm Mercurius deorsum guttaret, nolebat sese iterum permiscere cũ corpore, ac corpus illud sup Mercurium fluebat; infrà enim iacebat, quia gravior quã corpus illud erat: atq; ita videbant Veteres, omne ad extremum in superiore parte fluere super aquam, isq; erat Mercurius, super ipsum terra consistebat aut fluebat: ac magis magisq; spissescebat, ac nigrescebat. Denique videbant terram denuò incipere subsidere in

Sublimatio.

Destillatio

aqua

aqua vsq; ad fundū vasis, quæ terra nigra erat, tūm placebat vocare corruptionem, ac fœtidū menstruale. De qua re Morienus in libello suo ait: Noster lapis reperitur ex fœtido corrupto menstruali, ex eo lapis noster in massam redigitur. Nec hoc ignorantes intellexêre, ac lapidem in stabulis, in cloacis, in stercore, ac fimo quæsiuere, ac falsi sunt. Deinde cernebant Veteres isti, hanc terram fœtidam continua coctione ac bono regimine tēperati ac lenti ignis sub aqua illa fœtorem amittere, ac colorē mutari: tum Philosophi id ipsum Ablutionem dixêre. De hac Origines Philosophus ait: Fac Ablutionem, mundifica ac purga hoc corpus aquâ, ita cōglutinatio fieri potest, inter corpus, animam, & spiritum: ac Philosophorū mens nō fuit, corpora lauāda ac purganda aquâ nubium: atq; idcirco ignorantes corpora calcinârunt sale, ac eas calces super lapide cōtriuêre, atq; perfudêre atq; abluêre aqua munda, idque tandiu fecêre, donec aqua pura & clara defluueret: ac tum nihilo magis quàm prius profecerant, tempus, impensa, atque labor illis perierat, in errore permanentibus. Hermes ac Geber prętereà aiunt: Scito artē nostrā nihil aliud esse quàm extractionem aquæ è terra, atque aquam illam rursum super terrā spargere, donec putrificetur ac mundificetur, atq; abluatur cū terrā: ac ne hoc quidem ignorantes intelligebant: nesciebant id omne fieri in vitro

Corruptio.

Ablutio.

clauſo in noſtrâ fornace: non ſunt de numero filiorum noſtrorum.

Adhæc cernebant Philoſophi longo tempore, ac continuâ decoctione, eodem regimine ignis terram creſcere ac craſſeſcere, ac aquâ decreſcere ac minui ob temperatam decoctionem: tùm pariter dicebãt: Hæc eſt perfecta inceratio, eaq; erat appellatio propria. Ideò Dãthynus Philoſophus ait: Sudor ei detrahẽdus, eoque poſtea potandus eſt. Inceratio.

Hermes ait: Terra aquâ imbuetur. Et Morienus: Sitienti potum da, donec ſudore ſuo ſit nutritus, ac in æternum amplius non ſitiet. Id etiã rudes non intellexêre: id fieri in vaſe clauſo noſtrâ in fornace neſcientes. Diuturnâ decoctione ac diuturno calore temperato omnem aquam exiccari cernebant, ac omnem ſimul converti in terram, quæ terra adhuc poſt opus noſtrum operabitur, vt Geber ait: Cùm terra, noſtra eſt facta, noſtra ars magna ex parte cõſummata eſt. Tùm videbant terram iſtam in ſolidam ſubſtantiam ſeſe conſtituere, ac firmam conſiſtere, nec iam amplius aſcendere: tùm ferè dicebant: Hæc eſt perfecta Congelatio, & ea propria appellatio eius erat. Ignorantes ea verba minimè intellexêre, neſciebant, vt ſuprà. Cõgelatio.

Hermes inquit: Lapidem noſtrum ſolve, ac tùm magnâ aſtutiâ congela ac in terram redige, pòſt album effice, ac deinde viuum & denique

nique rubrum: tùm opus in arte noſtra abſolveris. Philoſophus Danthynus ait: Scias artem noſtram nihil aliud eſſe, quàm perfectè ſolvere, ac perfectè denuò congelare, abſq; diminutione ſubſtantiæ, abſque additione aut detractione, atque artem omnem habes, libros claude, ac nihil amplius quære. Ideo Morienus inquit: opus noſtrũ nihil eſt aliud, quam opus mulierum, ac luſus puerilis: ac ignorantes neſciunt, quo ſenſu hæc verba recondita accipient. Tùm cernebant Veteres diuturniori decoctione, ac calore temperato, iſtam terram ſolidam paulatim magis magiſque albeſcere: ac tandẽ tàm perfectè albam ac reſplendẽtem fieri, vt candor eius omnẽ cãdorem Orbis ſuperaret. Tùm inter ipſos, pariter conveniebat, vt iſtam dealbationem Calcinationem appellarent, & eſt vera Calcinatio Veterum, eſtque hoc verum eius nomen. Idcircò Hermes & Morienus inquiunt: Ne contemne cineres inferiore loco conſiſtentes: nam in ijs eſt præſtantiſſimus adamas: Et ex cineribus iſtis (inquit Geber) naſcetur ſplendida virgo, ea in vtero fructus concipiet, ac tùm filium vitæ productura eſt. Id fiet, mi fili, cùm fermentum miſcebitur cum hac terrâ albâ, tùm recipit terra aut corpus illud imperfectum, fermentum, ac tum Virgo vtero concipit, & ea eſt in his Veterum mens. Tùm dicunt Philoſophi: Nutri filium aut puerum illum lacte proprio, do-

Calcinatio

nec adoleuerit, hoc est, cùm ista terra quæ in hunc modum alba est, ac cum fermẽto mista, perfundetur aqua clara & nitida paradisi, & ea aqua in hac albâ & siccâ materiâ inceratur, mens eorum est, quod puer iste nutriatur lacte proprio: ac verè est lac eius. Ignorantes nõ capiunt. Præterea cùm materia ad eum modum alba esset ac fixa, tùm ex fornace eximebant, ac vitrum cui Sol inerat amalgamavêrunt, id etiam ex fornace sumebant, ac simul in mortario lapideo cõtrivêre pistillo lapideo, donec Sol amalgamatus probè permistus erat cum albo lapide aut pulvere: ac tùm ei fermẽtum adhibuêre. De quo Morienus loquitur: Cõiunctionem facito, ac animam ei inde, ita vt in æternum ab anima non separetur. Facito nuptias, inquit Geber, ac sponsam cũ suo sponso in lecto colloca, ac lectum eius rore cœlesti irrorabis, atque sponsa filium concipiet, is Rex erit in omnes tribus eius, omnesque hostes eius pacem cum eo inibunt, ac rubro diademate coronabitur, Rexque æternitatis permanebit, ac nunquam dominationem amittet. Ignorãtes hæc verba obscura minimè capiunt.

Tùm materiam sumptam denuo vasi indebant, ac tùm aquâ Paradisi acceptâ, perfundebant eam materiâ, facilè 10 partibus 1 materiæ, idque erat, quod Geber dicebat: Lectum rore cœlesti irrora: Sponsa concipiet filium. Ea mens erat. Ac vitrum sigillo concludebant,

ag

ac rursum in fornace collocabant, paulò vehementius ignem augentes, donec aqua paradisi sursùm sublimatet, ac guttatim rursùm decideret in materiam: idque erat, quod filius virginis resplendētis nutriretur lacte proprio, donec adoleuisset.

Fili mi, scies ac intelliges, si lapidem ad rubrum conficere vis, terram albam ac rubram perducere debes cum fermento eius, augmentatione ignis, donec crocea fiat: cumq; omnino crocea fuerit in modū croci sicci, tùm elementū aëris foràs versum est: tùm verò ignis insigniter augendus, vt elemētum ignis foràs prodeat. Nam eo regimine ignis quo aër foràs sese proferebat instar croci, eo nec potest, nec valet ignis eius, ac rubra tinctura sese simul proferre. Ita ignis insigniter augendus est, donec rubra eius tinctura foris prostet: cumque materia tua rubra fuerit, eam tùm aquâ paradisi perfūde, donec lapis tuus omnem aquam paradisi imbiberit, ac omnis vnus pulvis fiat: eum pulverem tùm regito moderamine ignis, vt rursus instar nivis fiat candidus: tùm ignem auge, vt suprà doctum est, donec pulvis perfectè croceus fuerit: tùm ignem auge donec perfectè rubeat, ac opus tuum consummatum erit.

Cap. 27.

Quatuor elementa in opere figillatim.

Ac iā vidisti in opere omnia 4 elemēta sigilla im, primùm vidisti aquā & terrā quę prius

in manifesto erant, atq; ignem & aërem quæ intus erant: ea enim in intellectu erant, quæ iã oculis manifesta vidisti: tùm videlicet cùm perfectum croceũ colorem cerneres: ac nunc rubram eius tinctaram vides, atq; ignem, quæ iam palam prostant. Idcircò Veteres dixêre, cùm dicerent, Lapis noster ex 4 elementis est conflatus, tamen vnum esse; & ex vno, ac verum dixere: planum fit ex rationibus superioribus.

Cap. 28.

NVNC scies deinceps fili mi, tibi ita faciendum esse, vt hîc te docui, si lapidé ad rubrum habere cupis, sin tãtummodo ad album habere vis, aquam paradisi illi adhibe, vbi ipsum cum fermento miscueris, vt supra; ac sinas ascendere ac descendere, donec cum lapide albo fixus in fundo subsidat: ac tùm iden regimẽ ignis persequere, donec puluis denũ fiat perfectè candidus: ac tùm lapidem ad album habes, ad metalla imperfecta in puram Lunam reducenda.

Cap. 29.

SCIES præterea, mi fili, hæc omnia genera opificiorum esse pariter valdè bona, atque eorum proiectio tam alta est, vt sit mirandum. Id ipse comperies: cùm enim medicinam tum proijcis super aliquod metallũ, aut super Mercurium, quandiu medicina vires habet, metallum in quod medicinã tuam proiecisti, fã-

gillo

gibile ac fragile est, instar vitri quod pulverizari potest: ac tùm deinceps eundem pulverem in alia metalla imperfecta conijce, erit etiamnùm medicina; idq; tandiu facito quàm metallum frangibile ac fragile est: at cùm est malleabile medicina finem virium habet: tùm metallū illud Sol aut Luna est, prout medicina fuerat. Ita, mi fili, facilè id videbis, experientia facilè te docebit.

Cap. 30.

De multiplicatione lapidis.

NVNC filium meum instituere cupio, quomodo lapidem istum sit multiplicaturus, ita vt nisi semel de vita vnum tātummodo opus facere opus habeat de integro: atque vbi semel confectum fuerit, facilè onus navis eo confici posset: imò centum vasa impleri. Sciet filius meus, sibi sumendas 10 aut 12 ℔ Mercurij, eas sublimābit per vitriolum Romanum, tres partes vitrioli in 1 partem Mercurij, atque identidem sublimati per vitriolum recens: idque poteris sexies aut septies facere: tum Mercurius paratus est, serva. Tùm sumito Solis puri in cemento Regali cementati marcam 1. quo facto, Solem in crucibulo liquefacito, atque vnciā medicinæ tuæ superijcito, sive alba, sive rubra fuerit; ac id omne medicina erit. Tùm sinas simul fluere eo tēporis spatio, quo bis oratio dominica recitari posset: in massam effunde: tùm sumito aurum illud, ac tundendo in subtilem pulverem redige: ac contere

hunc

hunc pulverē etiamnùm ſubtilius ſuper marmore cum aqua vitæ rectificata: idq́ue ob hanc cauſam. Pulvis enim iſte facilè ſicceſcit ad ignem puſillum: nam aqua illa vitæ ſubvolat, ſimulatq́ue calorem ſenſerit: tum ſumito Solem illum contritum aut medicinam, ac tantundem ponderis tui Mercurij ſublimati, quantum eſt Solis, ac probè inter ſe miſce, ſiccè ſuper lapide, tùm etiamnùm vtraq́ue ſimul contere cum bonâ aquâ vitæ rectificatâ, ac tum in Sole exicca, aut in balneo ad ignem puſillum, donec nullus amplius humor inſit:



tum vitro eiuſmodi inde, ac 12 partes Mercurij ſuperfunde præparati, ac humiditate exuti, vt doctum eſt, ſuper vnam huius pulveris: tum vitrum probè obturatum, inter manus tuas moue, invertēdo identidem per horā, vt Mercurius omnis gemmulis ſit pmiſtus cū eo pulvere: tum in tripode colloca, atq, ignē adde, vti docui, dandū eſſe, cùm aqua paradiſi ſuperfuſa fuit: atq; hoc pacto ſtare ſine 90 dies cōtinuè: eſtq́; omne hoc medicina, tam bona imò melior quā prima medicina erat. Siq́, tum plus etiamnùm medicinę vis facere, magnū vitrum fume eiuſdem compoſitionis cū primo, in quo multiplicabas, ac medicinam tuam pondera: ſi eius pondus fuerint 10 marcę, 100 marcas ſume Mercurij præparati

parati ac humiditate exuti, ac cũ medicinâ magno illi vitro inde, probè inter se permisce, vt suprà te docebam, inter manus tuas agitando, colloca in tripode 90 dies eodem moderamine ignis, vt prius: fitq; omne medicina tam bona quam prima erat. Siq; amplius facere vis, fornaxq; tua satis ampla foret, ac vas tam amplũ haberes: sume medicinã, vitro inde, superfunde Mercurij præparati marcas 1000, fac vt suprà: fitq; omne simul medicina, tam bona quã prima fuerat. Ita medicinam tuam multiplicare potes quantum vis, brevi tempore.

Cap. 31.

SCIET filius meus, fuisse quiâ sumerẽt 9 partes aquę paradisi à superfluâ humiditate rectificatæ, vt priùs doctum est, ac 9 phialas sumebant, ac in singulis partem immisere, easque supra lutarunt, ac posuerunt in tripode, in conclavi, ac ibi reliquêre, donec lapis omnino paratus esset, donec aquâ paradisi perfunderetur: ac tùm sumebant phialam 1 cum parte vnâ, ac super lapidem fundebant, probè inter se simul miscebant, ponebant in tripode. Reliquas phialas 8 in fornace sinebãt, donec vna pars cũ lapide fixa erat, ac tùm dabant ei partem aliã, faciẽtes vt priùs; atq; ita porrò tertiam ac quartã, donec lapis 9 partes omnes imbibisset, atq; illę cũ eo fixę essent. Et ea mihi optima ratio videtur, ac melior quã si omne simul infũderetur, atq; opus abbreviat, ac celerrimè fit:

non

non enim aggravatur ac si nouem partes omnes in vnam reciperet ac simul, tempusque abbreviat: sed paulò maioris laboris est, itendidem vas ex fornace sumere, ac aperire & rursum claudere: sed optima ratio est in opere. Ac de his 9 partibus super vnam partem lapidis fundendis, vt te priùs docui, Veteres ita dixere, cum filios suos docuerunt verba ipsorum intelligentes, ita inquiunt: 9 partes roris Maialis sumentur, vnaquâque parte in phialâ concluſâ, ac retentâ in febri aut æstu: donec mũdus infimus albus ac siccus fit: tum asperge mundum infimum parte roris Maij, ac tum alia parte, donec mundus fluat instar olei.

Verba Veterum de 9 illis partibus super vnam partem lapidis fundendis.

Ita mi fili, intellige Veteres varijs modis Lapideni suum confeciſſe, ac in fine omnia proba erant, &c. Sciet filius meus, Veteres operatos esse, vt prius doctum est, estque optima ratio: Sed posteri multas alias rationes adinvenêre ad artem abbreviãdam, vt aquâ forti varijs modis efficiẽdâ, vt in opere minerali multis in locis narratur, atque etiam in animali, ac multò magis in vegetabili, in quo mira habentur de aquis mirandis, quæ miraculosæ videntur, propter miracula quæ aquis fiunt, vt in vegetabili docetur. Atque etiam separationem elementorum invenêre varijs modis, vt etiam multis in locis docetur. Idque omne magnâ subtilitate geritur, ac magnâ curâ: hęcque omnia ad tempus breviandum quæsivere,

Posteros multas alias rationes adinvenisse ad artẽ abbreuiandam.

& ad

& ad naturam inuestigandam: ac in his operibus sunt permagnæ curæ propter multa opificia quæ in ijs fiunt, & ingentes sumptus, atq; incertitudinem.

Cap. 32.

ITAQVE tibi suadeo, mi fili, ab huiusmodi operibus te libera, in quæ separatio elementorum incidit, aut variæ rationes aquarũ fortium, vt in præfatione magni operis ritè docui: Non fit sine periculo, quamvis aliquis artis sit peritus: sed hæc opera præcipua serua quæ prius edoctus es, & etiamnum doceberis; in ijs nulla elementorum separatio, &c.

Suprà docuimus, quo pacto Maiores nostri operati sunt amalgamationibus, & omnes ad vnum finem pervenêrunt: estque tam bonum & certum vt melius esse non possit. Ac infrà docebimus quomodo vulgari aquâ forti lapis confici possit, atque oleum ex metallis, quod etiam sine magno labore fiet, ac sine separatione elementorũ, atq; etiam vt ad opera vera & perfecta perveniatur: estque bonum ac certum.

Cap. 33.

SCIET filius meus, quare separentur elementa, nimirum vt quid imperfectum perfectum reddatur, & ad omnem immunditiem rectificando extrahendam, & ad munditiem reducendam: & ad corpora nec spiritum ab omni immunditie repurgãda, quo facto, eadem rursus coniungenda sunt.

Nunc

Nunc sciet filius meus, igné purgare res omnes illi adhibitas, quamlibet immúdæ sint: estne hoc verũ? Etiã. Ignis omnes purgat. Opera enim quę supra docuimus inspice: cùm lapidé nostrum primùm ad igné afferimus, primũ signum est pfecta nigredo, eam oculis cernimus, omné videlicet materiam instar picis nigrã fieri. Quo pacto hoc fit? Ignis corruptioné ac sordes sursum cogit, atq; ex materiâ expellit, leni ac moderato calore: non fit vi aut vehementiâ ignis, omne leni ac tepido calore geritur: ac propterea corruptio aut fæces quæ in materia sunt moderatè suprà fluũt: donec omne nigrũ sit. Ideo Morie. ait: Vide igné ita modereris, ne albedinẽ loco nigredinis acquiras, alioqui totũ opus tuum corruptum esset, albedine p nigredine veniente. Hęc itaq; ratio certa esse debet, vt hoc pacto modicè, corruptę, ac sordidæ fæces sursum fluant ex materia sine vehementiâ ignis, ea perfecta purgatio esse debet. Vide deinceps in operibus nostris, post perfectam nigredinem diuturnâ coctione caloris continui, concoquit calor sensim corruptionem ac fæces sordidas, ac in alio colore materiam reponit, ac mox in alio, atque ita deinceps ex vno in alium, donec omne simul adeò candidum fiat vt nix: atque id fit sensim, ita vt elementa non lædantur: Sed hoc pacto sensim rectificãtur à sua immunditie, ac illæsa ac inviolata permanent: suntque nihilominus ritè ac perfectè

fectè per igné rectificata ac separata, quod imperfectè fieri non potest. Ita liquet hanc esse optimam in opere rationem. Aliud item inquit Morienus : Caue ne rubedinem pro albedine acquiras. Nam si tam feruentem ei ignem adhibeas, vt rubedinem loco albedinis acquiras, omne opus corruptum est : ac lapis noster in operibus comburi nō potest. Ita etiam per rationem prędictam liquet, primam rationē esse optimam. Nam in elementorum separatione, interdum ignis vehemens adhibetur, cùm videlicet elementa ignis sunt destillanda, materia candere debet, ac cùm fæces ex terra exurentur. i. cum terra calcinabitur in fornace reverberatoriâ, terra candere debet, atq; vri, antequam terra alba fieri velit : atque ita sæpè bonum cum malo cōburitur, ac fit pars vitri, atque vnum cum altero perditur. Primum itaque optimum est, ob magnam incertitudinē : fæces enim sensim concoqui debent. Dicit enim Geber: Draco suam ipsius caudam comedet, ac suo ipsius veneno nutrietur. Et Danthynus : Niger coruus sua oua fouebit, donec pulli præ senio albi fiant.

Cap. 34.

Sciet preterea filius meus, naturâ omniū quę sub cœlo sunt, ex rectâ naturâ quam à suo Creatore habent, expetere, seipsa rectificare, ac exonerare suis fæcibus quæ ijs copiosè insunt. Nam in se natura perfecta est sine vitio:

ac in principio perfecta erat, atque in fine perfecta fiet diuinâ potentiâ, non solùm naturâ humana: verùmetiam quicquid ex 4 elementis cõflatum est, ac conditum, ac quicquid sensile & sensus expers est, nullo excepto, in principio ac in fine omne perfectum est, atque numeris omnibus absolutũ. Ita omne quod sub cœlo est, à fæcibus suis exonerari expetit.

Omne initio perfectũ fuisse, atq; in fine etiam perfectũ fore.

Quid sint fæces.

Quærat verò filius meus, quid sunt fæces? Fæces sunt humor à Deo ordinatus, ex quo quicquid sub cursu cœlesti est, pascitur, atque is res in sua essentia retinet. Inest rebus omnibus perfectus elementaris calor naturalis, aut ignis; atq; inest etiam calor imperfectus nõ naturalis, ac ignis, estque ignis consumptibilis ac combustibilis: suntque hæc 2 simul permista: ac quandiu ignis ille imperfectus nõ plura mala accidentia acquirit, rem in sua essentia servat, ac necessario reiinest, vt res in essentiâ suâ permaneat. Verùm cùm ignis ille imperfectus vlla mala accidentia iuxta se acquirit, quæ etiam calida sunt & imperfecta, atq; occultè inter se permiscentur, ita inter se inflammãtur, vt rem cui insunt, comburant, destruant atque enecent, siue sint homines, pecudes, herbæ, arbores, ac quicquid sub cursu cœlesti continetur. Ita etiam 2 genera aquarũ sunt in omnibus ex 4 elementis cõflatis, aqua naturalis, atque aqua elementaris dicitur, ac ea est perfecta, bona atque æterna: estque etiam nùm

Duplex ignis inest rebus omnibus, alter naturalis, alter non naturalis.

Duplex itẽ in omnibus rebꝰ aqua, videlicet, aqua naturalis & aqua nubiũ.

amnùm alia aqua, aqua nubium, estq; imperfecta, ac mixta cum aqua elementari: estque aqua hæc rei necessaria ad nutrimentum atque humorem acquirendum: ac rem facilè in sua essentia retinebit, quandiu nulla amplius aqua nubium ei accedit; verùm cum amplius illi accedit, vnâ commiscentur ac humefaciunt ac submergunt rem illam, adeò vt tota destruatur, ita vt moriatur. Atque id quod de igni & aquâ dictum est, etiam de aëre, ac terrâ intelligendum. Ac nisi fæces istæ in elemẽtis essent, res omnes forent perfectæ, spirituales, ac subtiles, ad quod Deus primùm ordinauit, neque mors esset, vt in opere vegetabili rectè docetur. Si plura de fæcibus ac morbis elementorũ requiris, caput 16 operis Vegetabilis quære, ibi perfectè de his doceberis.

Aqua

Idẽ de aere ac terra intelligendum.

Nunc quærat filius meus, cum res ad eum modum destructa est, vbi tũ illa perfectio manet quæ rei inest? Hac de re multa in opere vegetabili cap. 29. habes. Id quære, ibi perfectè doceberis, ac ritè, quo pacto simile attrahat sui simile: sed hac de re pauca subijciam. Scies, cùm res quælibet mortua fuerit, siue sit sensilis, siue sensus expers, siue homo, pecus, animal, aut herbæ, aut arbores, quicquid ex 4 elementis conditum est, vbi destructum fuerit, tùm spiritus vitæ ab eo separatur, ac ad sui simile redit, ex quo primùm originem sumpsit, vt in opere Vegetabili, &c. Atque etiam ele-

In destructione simile redit ad sui simile.

menta ad sui simile redeunt, vndè primùm orta sunt. Flammam ignis aut carbones vide: flamma sursum fertur ac calor, idem etiam facit fumus, in quo fumo spiritus aeris latet, atque recedit ad sui simile: vt faciunt etiam reliqua elementa omnia, vt in opere vegetabili.

Fæces consumi ab aere ac calore Solis, quod probatur exemplis.

Nunc autem quærat filius meus, vbi nam manent fæces quæ sunt in elemẽtis, postquam omnia ad sui simile rediere? Eas aër consumit, ac naturalis Solis calor progressu temporis. Exemplum: Pone tempore æstiuo peluim vitream cum aqua ad Solem: calor Solis aquam illam omnem exiccabit, ac in fundo remanebit nigra limosa ac fœtens materia: sinas eandem pelvim continuè in Sole, ac caue ne vllus ventus inuolet: progressu temporis nigra illa ac limosa aqua tam alba fiet quã nix, ac omnis fœtor abierit, ac gratè alba erit: Idq; calor Solis operatur, ac Natura. Aut carpito siue amputato pelvim plenam herbarũ viridium, colloca ad Solem: herbæ putrefient, fœtebunt ac marcescent: atque omne elementum ad sui simile abit, vt supra dictum est, ac fœtida illa nigra terra in pelui remanebit: ac progressu temporis aër atque calor Solis terram nigram fœtẽtem calcinabit tàm albam, quàm nix est: atque hoc pacto Natura operatur. Hominem maleficum intuere rotæ impositum, aut de patibulo suspensum; aër, ac calor solis omnes illas sordes consumunt ac fœtorem, ita vt nihil præ-

præter cineres albos remaneat: ac diuturnitate temporis ossa dura plena pinguedinis, ac medullæ ita cõsumuntur ab aere, ac calore Solis, vt ossa tàm munda ac candida fiant, quam nix: Imò etiamnùm longiori tẽporis spatio adeo ab aëre & calore Solis subtilia efficiuntur; vt ossa fiant tãquã pulvis subtilis, qui inter digitos insensilis est. Atque id Natura operatur, vt præ oculis quotidie cernimus, ac vbi remanet fœtida materia, nisi quod consumitur ac in nihilum redigitur, ac elementum terræ ita mundificatur ac candidum instar nivis efficitur, subtile adeò, vt sit intangibile. Id ipsum Natura operatur per se, ac rectificat elementa per se, vt priùs doctum est.

Ita planũ fit nullã separatione elementorum in nostro lapide opus esse, nec vllã lotione aut mundificatione in Mercurium, tantummodo vt probetur num bonus sit, vt per leporinum, aut aliud molle corium transmittatur.

Cap. 36.

Quare autẽ filio meo hęc dixi? nisi vt sciat nõ esse necesse elemẽta separare in opere nostro, nec rectificare, per rationes præcedẽtes. Fæces exiccantur in nihilum. Atque etiam rectificatio fieri non potest vi ignis, vt demonstratum est, ob destructionem elementorum: nam effugiunt artificem ab igni, aut ex vasis, aut in transfundendo ita vt aliquod elementum amittat: ac tùm coniungere volens,

nimium vnius vel parum alterius habet: aut praua humiditas aquea irrepsit, quæ opus omnino corrumpit. Ita, mi fili, omnem separationem elementorum tanquam non necessariam fuge.

Omnis separatio elementorũ tanquam non necessaria fugiẽda.

De Oleo Metallorum.

Cap. 37.

Ex omnibus metallis oleum elici potest absque elementorũ separatione.

DEINCEPS hîc norit filius meus, ex omnibus metallis oleum elici posse, absque elementorũ separatione, sine vllâ ablutione, aut mundificatione: sed aquis fortibus fieri debet, ac fermentum ei adhibendum est, qui oleum ex corporibus imperfectis vult conficere. Sed author tibi non fuerim, vt ex vllis corporibus imperfectis oleum conficias, præterquam ex Saturno & Ioue, vno ad rubrum, altero ad album. Multi sunt ac varij modi olei conficiendi, suntque reperti brevitatis temporis gratiâ: quia tempus operum magnorũ expectare non poterant, vt citò lucro potirentur: sed plus periculi est in hoc opere, quam in magno, atque etiam plura opificia. Nam hîc aquæ fortes destillandæ, atque hîc multùm sublimandum, ac multa & varia opificia exercenda. Ita hoc oleum conficiendum labore, curâ, ac sumptu.

Cap. 38.

AC fuêre nonnulli qui aquam fortem confecere ex sâlnitro & alumine, ac in ea solvere

runt

runt partem vnam Lunæ purę reflatæ à Saturno, ac præcipitarunt, & calces abluerunt aqua communi destillata, easq́ue exiccarunt in Sole, vel super cineribus calidis: ac tùm calces indiderunt vitro, aquam vitę superfundentes rectificatam, ita videlicet rectificatam, vt pannus lineus in ea humectatus atque accensus non comburatur. Proba aquæ vitæ rectificatę.

Cap. 39.

ID verò hoc pacto fieri debet, Duo vitra accipe, atque inde cuique marcam 1 aut ½ Lunæ puræ; infunde in vitrum aquæ vitæ prædictæ, ac destilla super alterum vitrum cui altera pars Lunæ inest ex balneo: tùm denuò ex balneo ex altero vitro super Lunam: atq; hoc viciſſim destilla, donec Luna omnis soluta fuerit. Ac tam multas ℥ calcium Lunę quàm habes, tàm multas ℔ aquæ vitæ rectificatę superfundes: cumq́ue omne solutum fuerit, destilla aquam illam vitæ ex balneo igni tepido, vt vix manum in balneo tenere possis, ac destilla sensim donec pelliculam supervenire vides, tùm desine ac refrigescere sine, atque in cella frigida repone, donec infrà in fundo subsidat in lapides crystallinos. Tùm è cella sume, lapillos exime, atque exiguæ cucurbitæ immitte, probè suprà operi, repone super cineres, aut in tripode, donec lapilli isti in oleum convertantur, vt ampliùs non congelentur. Estq́; hoc oleum Elixir, ad proiectionē faciendam ad album. Elixir.

Cap. 40.

FVêre item alij, qui sumpsêre Lunę marcā r, eam cū Mercurio amalgamauere, ita vt eā Lunam amalgamatam per pannum lineū cōpresserint. Tùm illud amalgama ad 6 hebdomadas in calore temperato posuere. post solverunt in aquā forti ex salnitro & alumine confecta: eamq; aquam fortem sensim ex balneo eduxêre, donec materia in vitro sicca fieret: ac tùm aliam aquā fortē recentē superfudêre, ac rursùm tepido balneo eduxêre, donec materia sicca fieret. Atq; hoc opificium persecuti sunt, donec materia ampliùs siccescere nollet: sed cōsisteret instar olei. Hoc facto ex balneo sumptam super fornace collocabant in testa cū cineribus cribratis, aut in tripode ponebant, ignem subdentes, perinde ac si Saturnū liquentē retinere velis, vt non concrescat: donec oleum fixum fieret. Id verò hoc modo probatur: Exprime guttā super candentē laminam Veneris, si imbibitur ac non fumat, sed penetrat laminam, vt oleum eorium siccum, ac diffunditur per, & trans laminā, ac quam lōgè diffunditur, si Venus est mutata in puram Lunam, oleum illud fixum est, ac perfectum Elixir: sin minus, repone super, fornace in eodem calore donec id faciat: ac tùm est perfectum Elixir super Venere & Ioue, & super Mercurio transferendo in veram Lunam meliorem quam ex fodinis venit, omnes probas transeuntem.

Oleū metallorum.

Proba olei

Elixir.

Fuêre

Cap. 41.

FVêre item nonnulli qui sumpsêre vitrioli Roma. lb. 1 ß, arsenici sublimati ad albũ, ac Mercurij itidẽ ad album sublimati, vt in opere minerali docetur, singulorum lb. 1. calciũ Iouis lib. 1, salnitri tantum quantum omnia reliqua; simul omnia contunde, tùm simul contere cum aceto destillatõ super lapide tàm subtiliter, vt pictor penicillo ijs pingere possit: tùm ad Solem siccabis, aut super cineres. Hoc facto materiam omnẽ in 3 partes æquales divide: ex vnâ parte aquã fortẽ confice, vt ea cõfici solet: alteram partem ollę vitreæ immitte, aquam illam fortẽ superfunde: aquam fortem confice vti fieri convenit. Tùm partem 3 ollæ vitreę immittito, ac omnem aquam fortẽ quæ ex duabus destillationibus venit, superfunde: aquam fortem destilla, vt prius. Tùm illa 3 capita mortua pulverizabis, aquam illam fortem superfunde in magnum vitrum, alembico firmiter superlutato, ac tam compressẽ, vt nihil expirare queat; pone in fornace in testa cum cineribus, receptaculo probè iuxtà lutato. Sinas hoc pacto per 8 dies ac noctes, antequam ignem substruas, vt probè incorporetur in terra eius aut fæcibus. Tùm substrue, atque adhibe ad horas 24 ignem tepidum, tùm per horas 24. paulo vehementiorem, & per horas 24 etiamnũ vehementiorẽ, ita vt materia post illas horas 24 sensim candere incipiat:

Oleum ad album ex aqua forti & ex calcibus Iouis.

Capita mortua.

atque ipsam eo modico candore cãdentem retine ad horas 24. Quibus exactis, ignem subijce vt candeat, perinde ac si ferrum velles cõvolvere, atque ita retine in eo candore 3 horas continuè; vtrùm verò vitrum tuum findatur aut liquescat, nihil refert: tùm sine refrigescere, ab igni remoue, receptaculumque tuum probè operi: aquam habes Sole præstantiorẽ: Illud verò caput mortuum, aut fæces quæ remansere pulveriza; pulverem illum super lapide conterens cum aceto destillato tàm subtiliter, ac si eo esset pingendum, contritum lapideo cantharo inde, ac magnam quantitatem aceti destillati superfunde: pone 8 dies ac noctes in balneo, atque moue singulis diebus cochleari ligneo, tùm sinas subsidere, ac clarum superne effunde in alium cantharum lapideum mundum. Acetum destilla, ac in fundo remanabit tibi insigne sal album: tunde rursus in puluerem, ac pulverem cantharo inde, acetum destillatum denuò infunde, in feruente balneo pone, vt suprà, & hoc opus itera, donec terra tua nullas amplius fæces post se relinquat, ac sal tuum tàm mundum, ac nitidũ est, quam nix; tum sal tuũ aquæ tuæ fortis paratum est: serva singula ad vsum. Tùm sume calcis Iouis ℔ 1, calcis Lunæ ℔ ß, vt alibi te docui. Mercurij ad album sublimati marcam 1. Arsenici etiam ad album sublimati marcam 1. ac salis præparati, aut terræ tuę aquæ fortis, com-

commisce omnia simul, ac subtilissimè contere, donec sint intangibilia: tum sume materiã contritam in phialis vitreis, ac in stupham tuam siccam ferto, calore quo Sol media æstate lucet: cumq; materia tua sicca est; iterum contere, eum pulverem magnæ cucurbitæ vitreæ immitte, alembico superimposito suprà in nodo foramen habenti: ac pone vitrum in aqua profunda, ac superfunde materiæ omnem tuam aquam fortem infundibulo vitreo; tum operi ac luta foramẽ alembici admodum compressè, receptaculumq; luto probè adglutina: ac tàm calidum fac balneum, ita vt tãtummodo digitus retineri possit in arena, atq; ita sensim aquam tuæ materiæ destilla: cumque non amplius stillat, sinas refrigescere, destillatum rursum materiæ superfunde, atque iterum destilla, vt suprà. Hoc tandiu facito, donec amplius nolit ascendere: tùm balneum bulliat, eo calore etiamnùm aliquid ascendet, ac destillato rursum infuso, donec etiam amplius ascendere nolit; repone vitrum in testa cum cineribus; super fornace aut in tripode, suprà luto probè operi; sine hoc pacto ad 6 hebdomadas, calore adhibito, vt vix orationis dominicæ spatio, inter parietes fornacis ac cubiculi manus retinere possis. Sex illis hebdomadis exactis, exime, ac guttam pone super munda lamina Veneris candente: si eam penetrat, vt oleum corium siccum, ac tingit albo colore, & Proba elixiris.

non

non fumat, est verum Elixir: si verò id non facit, pone rursum in tripode, vt suprà, donec absque fumo ingrediatur. Atque ita habes oleum perfectum, omnia metalla in veram Lunam transferens, omnes probas transeuntem, estque proiectio eius vnius in 1000. Est enim oleum efficax, mira enim eius effecta vidi, itaque ne vilipenderis.

Olei metallorum.

Medicina.

Cap. 42.

Oleum ad rubrum ex aqua forti, & ex calcibus Saturni.

FVêre nõnulli qui sumpsêre vitrioli Romani lib. 2, cineris Saturni aut ceruſſæ, lib. ß, Mercurij sublimati ad rubrum etiam lib. ß. cinnabaris lib. ß. viridis æris marcam 1, Salnitri optimi, quantum hæc omnia simul. Atq; ex his aquam fortem conficiebant, modis omnibus, vt in opere superiore ad album parato, doctum est. Hac aquâ forti ad hunc modum paratâ ac confectâ, elice sal ex terra, aut capite mortuo, etiam eodem modo, vt in opere superiore, tùm aquam fortem in vsum serva. Tùm Mercurij lib. 1 sublimabant per vitrioli Romani lib. 3, ac rursùm super fæces conterebant, ac sublimabant iterùm per fæces: tùm fæcibus abiectis, rursùm recens vitriolum sumebant, vt suprà. Id tertiò iterabant, ita nonies sublimatum erat, ac tùm Mercurius ad opus paratus erat. Tùm sumebant calcis Saturni

Calx Saturni quid?

ni lib. 1. hoc est, ceruſſæ cum aceto deſtillato rectificato, aut ceruſſæ in Sole calcinatæ, perinde est, ac ſumebāt marcam 1 puri Solis calcinati: hæc omnia inter ſe probè miſcentes: ac tum ſimul ſuper lapide duro conterebant cum aceto deſtillato, adeò vt intangibilia fierent: inter hæc ſal prædictum conterebant, eductum ac rectificatum ex capite mortuo, ex prędicta aqua forti educta; ſiccabant in Sole. Ac nihilo minus aut magis in hoc opere ad rubrum faciebant, quam in opere ad album. Sed ad rubrū opus labore longiore in igni, ac calore vehementiore, quam ad album. Ac cùm oleum fixandum in fornace ponis, ignis paulò vehementior ſtruendus eſt, quàm in opere ad album, alioqui eadem ratio, idem opificium, eſtq; proba vtrum fixum ſit, eadem, habeſque perfectum Elixir ad rubrum, & eſt magnū ſecretum: nulla enim hic mundificatio aut ablutio, fæces omnes conſumuntur, ac in ęternū oleum manere debet paulò tenuius melle. Oleum hoc ad lapidem reduci nō poteſt, vt multa quæ aquâ vitę confecta ſunt, ea ad lapidem reduci poſſunt, ſed hoc minimè: in hoc enim nimis multa corroſiua ſunt.

Oleum ad rubrum ex aqua forti & ex amalgamatione Saturni.

Cap. 43.

FVère item qui ſumpsêre vitrioli, ſalnitri, ana lib. 2. ex his aquam fortem confecêre, tùm

tum caput mortuũ pulverizabant, rursum ollæ vitreæ immittebant, aquam illam fortẽ superfũdebant, id quod denuò indè destillabant servantes. Tùm sumebant Saturni ℔ 1. subtiliter dolati, amalgamabant cum 2 lib. Mercurij à sua aquositate præparati, ac solvebant istã amalgamationem in hac aquâ forti prædictâ, ac omnino liquefactam posuere super fornacem, in testa cum cineribus cribratis, aquam fortem per alembicum exiguo igni deducẽtes, vt materia sicca fieret: tùm rursum aquam fortem superfundebant, ac rursùm in ea solvebant: tùm in balneo collocabant in arenâ, aquam denuò balneo tepido deducẽtes, donec materia sicca fieret: quo facto rursùm aquam fortem superfundebant, iterùm deducentes, vt materia non amplius congelaret, sed consisteret in oleum rubrum. Tùm Solis puri marcam 1 sumebant, solvebant in aqua forti, ac super oleum fundebant, ac vitrum probè inter manus mouebant, atque agitabant, vt oleum permiscerent: tùm denuò in arena collocabant super fornace, aquam fortem in tepido balneo deducentes. Tùm receptaculum demebant, ac operiebant, ac lutabant probè, vitrumque ponebãt in fornace, in tripode, aut in cineribus, ac per diem & noctem calorem addebant talem, ita vt Saturnus retineri posset liquefactus absque concretione, atque ita sinebant donec oleum fixum esset. Ita facili modo oleum con-

Oleum rubrum.

Oleũ metallorum.

fecere

fecére, ac brevi tempore vnam partẽ in 80 partes, estque melius Sole naturali.

Cap. 44.

Sciet item filius meus pro secreto, aquam fortem ad rubrum, videlicet vitrioli Romani lib. 3, cinnabaris, viridis æris, ceruſſæ. ana ℔ ß, croci " ferri, lapidis Emathitis ℥ quatuor, salnitri tantum quantus est cumulus totus, pulveriza, ac probè inter se permisce, diuide cumulum in 3 partes, atque ex vnâ parte fac aquam fortem, quam super pulverem alterius partis fundes: destilla iterùm aquam fortem, eam super tertium pulverem funde, ac aquam illam fortem superdestillato, quo facto omnia tria capita mortua pulveriza.

Aqua fortis ad rubrum. "alius codex, croci Martis.

Item aquam salis armoniaci sume, quam infrà te docebo conficere, quâ tam subtiliter prædictum pulverem contere, vt eo pictor pingere queat: tùm siccandum in tua stupha sicca pone, sicceſcere sine in patinis vitreis: siccatum contere siccè super lapide, ac ollæ vitreæ indito, atque aquam fortem superfundito, destilla primùm igni lento 24 horas, tùm auge adhuc horas 24, tùm etiamnùm augeas, donec candere incipiat: 24 horis elapsis, retine in eodem candore etiamnùm ad horas 6, pòst sinas refrigeſcere; ab igni remoueas; receptaculum probè obturans. Tùm caput mortuum pulveriza, ac contere super lapide cum aceto destillato, ac educito sal, aut elementum terræ

ex

ex fæcibus, vt alio loco bene doctum est, ac ſerua. Item tùm ſal ollæ vitreæ indito, aquam tuam fortè ſuperfunde, alembico ac receptaculo probè operto, vitrum in arenâ pone in cacabo cum aqua: deſtillato quicquid deſtillari vult balneo tepido: cùm amplius non deſtillat, ſinas balneum bullire diem ac noctẽ, ſiue ſtillet, ſiue non: tùm ſinas refrigeſcere, remoueas ab igni, ponas in cineribus: adhibe primùm ignẽ puſillum ad horas 12, tùm ignem adhuc auge horas 12. Pòſt ſinas modicè candere, atq; ita ad 6 horas ſinito: deinde refrigeſcat, remoue ab igni, ac probè operi: ac ſumptis fæcibus, aut ſale, contere ea minutim cum aceto deſtillato, inde amphoræ lapideæ, ac bonâ parte aceti deſtillati ſuperfuſâ, pone in balneo, ita faciens, vt ſuprà doctũ eſt, vide an adhuc fæces habeat, ac ſal clarũ facito: ollę vitreæ rurſum inde, iterùm aquã ſuperfunde, facito modis omnibus, vt ſuprà, ter quaqué, atq; omnis materia tua, aut terra cum aqua forti deſtillabit: tùm ab igni remoue, probè obtura, ac benè ſerua: aquã enim pretioſam habes præ omnibus aquis de quibus vnquam audiui. Ac mihi crede bona fide, de hac aquâ mira vidi, atq; etiã ipſe mira feci. Hanc aquam ad rubrum lapidem cryſtallinum reduxi, qui noctu lumen emitteret, vt frequentes conuiuę conuiuium eo peragerent. Serua benè ad vſum, ac pro ſecretiſſimâ aquâ omnium quas habes, habeto.

Item

Cap. 45.

ITEM nunc sume Mercurium à sua aquositate præparatū, vt alijs locis doctū est, & vitrioli ana ℔ 2, & per id sublima, contere rursùm super feces, iterùm sublima. Tùm id denuò bis sublima per recens vitriolum. Hoc itera ter quaterve, quò sæpius eò meliùs: tùm Mercurius tuus præparatus est. Tùm sumito marcam 1 puri Solis deducti, & in partes minutas incisi, ac immissi in aquâ forti in vitro: pone in pelui cum arena, ac pelui eâ super cacabo positâ cum aquâ, ac balneo verè calido facto, statim Sol tuus soluetur. Huic aquæ de tuo Mercurio sublimato prædicto inde, atq; etiam statim soluetur. Tùm solue etiamnum marcā 1 Mercurij sublimati, tùm adhuc marcam 1 eiusdem Mercurij sublimati. Tùm 4 marcę simul in eā solutę sunt. Hoc facto, aquā per alembicū detrahe in balneo, ac identidē denuò superfunde, donec iam non ampliùs destillet in balneo: tùm refrigescere finito, ac pone in cineribus: sinas per eos destillare, ac rursum superfunde. Id itera, quandiu destillare velit, ac mira inter destillandum videbis in alembico. Omnes colores orbis cernes, nam spiritus corpus secum sursum trahunt per alembicum, ac colores conspiciuntur in spiritibus illis, ac pòst corpus apud se spiritum retinet: ac tùm colores illi in corpore reguntur, vt in opere vegetabili ritè doceris, in quo de coloribus agitur: si de

Mercurij sublimatio ad rubrum

Colores

Cōiunctio spiritus ac corporis

si de his verũ sensum scire cupis, cap. 93 quære, ibi de coloribus plenè docetur. Cùm non amplius stillat, sinas refrigescere, ac alembico ablato vitrum tuum probè obtura; pone in tripode diem ac noctem, calorem subdens talem, vt manum tuam tenere possis, dimidio temporis spatio quo Aue Maria recitari posset, inter parietes & cõclaue, in quo vitrum tuum stat: atque intereà temporis materia tua fixa erit: ac cùm est frigida, dura est; cumque tàm calida fit vt cera liqueſceret, liqueſcet in oleũ. Isque est verus lapis compositus, nulla tamen res extranea adhibita est, quæ non sit de genere eius.

Lapis cõpositus.

Cap. 46.

Proiectio. SCIET filius meus, Lapidem istum facere proiectionẽ minimùm 1 in 1000, aut amplius, atque ipse confeci, atque ipsemet perfeci: estque lapis admodum insignis visu; lucet enim noctu, ita vt cãdelis non sit opus: verùm aliud lumen adiunctum esse non potest: ac propterea nobilis est lapis ac medicina: habe pro magno secreto.

Sequitur præparatio Salis armoniaci.

Cap. 47.

RECIPE Sal armoniacum, sublima ipsum per vitriolum Romanũ, lib. 1. Salis armoniaci in 2 lib. vitrioli: tùm contere denuò super fæces, iterùm sublima, tùm fæces abijce: tùm

tùm sublima rursum 2 lib. vitrioli recentis, fac vt suprà, ac itera novies. Istud sal armoniacum pulveriza; pulverem vitro inde; superfũde acetum destillatum, vt tantummodo solvãtur, nec amplius, quam vt sal armoniacum solũmodo aqua fiat, tam crocea quam Sol, quia sal armoniacum per vitriolum erat sublimatum, atque id tincturam producebat. Estque hæc ea aqua salis armoniaci qua, caput mortuum conteretur, cuius cõfectionem suprà pollicitus sum, me docturum.

Vulgares Regales ex aqua forti.

Cap. 48.

Item sumito vitrioli lib. 3. Salis communis lib. 1, salnitri lib. 4, sicca simul vt pulverescant, ac spiritus suos tamen contineant: & si vas tuum satis amplum est, omnia simul igni admoue: ac si non est satis capax, sume dimidium; atque tibi aquam fortem bis facito ad modum sequentem: primùm igni pusillo, ac paulatim intẽsiore, donec materia modicè cãdeat: ac in eo candore retine ad horas 45, donec omnes spiritus destillarint, vt alibi doctum est. Eam aquam fortem funde super lib. 2 salis communis præparati, ac siccati, vt pulverescat, ac destilla cum cineribus primùm igni pusillo, ac paulatim intensiore aquam tuam fortẽ destilla, atque ad extremum vas tuum ruptum reperies. Eam aquam rursum funde super 2 lib. salis communis præparati vt puluerescat:

destilla per balneum probè lutatum, destillato primùm calido balneo, pòst bulliente, cumq; non amplius destillat, sine etiamnùm 3 dies & noctes in feruenti balneo: nam etiã tunc spiritus inuisibiles destillabunt, tùm ab igni remoue, obtura, ac sal illud infrà ex olla sumito: ac eam nitidam ac siccam facito, atque calidam aquam fortem immittito in eandem, alembico probè superlutato, tùm per balneum primùm per calidũ, ac pòst per fervens destillato, donec omne destillarit. Tum sinas adhuc per diem ac noctem in ferventi balneo, donec omnes spiritus destillarint: purga iterum ollam, aquam rursum inde, destilla vt suprà: hoc itera donec nullas amplius fæces habeat, aut remaneant in olla vitrea: tum aqua tua fortis rectificata est, ac præparata ad opera tua.

Aqua fortis rectificanda.

Atque hoc pacto omnes tuas aquas fortes quibus vti in arte vis rectifica, quamvis id sigillatim non semper doceatur, ita opus tuum immundũ non fit, hæc vna ratio: altera ratio est, cùm aqua fortis non est rectificata in balneo, non potest omnes spiritus metallorum in se attrahere, fæces enim aquarum fortium impediunt, ac corrumpunt, atque immũdum reddunt. In hac aqua forti solve Mercurij ex mineris ac non ex metallis lib. 1 aut 2. Tum sumito vitrioli clarificati, ne fæces amplius relinquat, sicca vt pulverescat igni pusillo vt spiritus retineat: ac super hunc pulverem, so-

Duę rationes cur aquæ fortes sint rectificandæ.

lutum

lutum illum Mercurium simul confunde in amplam ollam vitream, ac moue spathula lignea, vt probè inter se misceantur, luta amplum alembicum ac magnum receptaculum, destilla per cineres primùm igni admodum pusillo, ac paulatim maiore, donec aqua fortis destillarit, ac videas Mercurium album in alembico sublimãdum. Tùm adhuc paulo magis ignem tuum auge, retine in sublimando idemtidem ignem augens, donec omne sursum sublimatum fuerit: denique ollam tuam infrà ad horam candere sinas, tùm sensim refrigescere. i. ignem tuum sponte interire sinito, atq; alembico dempto ac receptaculo probè obturato, Mercurium sublimatum ex alẽbico sumito. Eum Mercurium sublimatum, iterum in aqua forti solve, tàm facilè solvetur quàm priùs. Tùm rursum ollæ indito vitriolum recens clarificatum, pulveriza ac ficca vt pulverescat, ita tamẽ vt spiritus suos retineat, ac prædicto soluto Mercurio superinfuso probè agitato & misto, ac pulveri immerso ac rursum destillato, & sublimato, vt suprà. Ac istas destillationes ac sublimationes quater itera, singulis vicibus vitriolo Romano recenti. Tùm Mercurio ad eum modũ sublimato, ac ollę vitreæ nitidę immisso, alẽbico vnâ cũ receptaculo superimposito, ac sublimato cũ cineribus de more. Eas sublimationes itera, donec nullas fæces amplius in fũdo relinquat: tũ purè paratus est

Quando Mercurius purè paratus sit.

est ad opus nostrũ, serva in pyxide vitrea clausa, ad vsum.

Sumito Lunam admodum siccè in testa purgatam, ac pòst reflatam de Saturno in crucibulum bis terve, donec crucibuli non amplius inficiantur: eam Lunam redige in laminas spissitudine coronati aurei, seca in frusta quadrata: tum habe crucibulum cæmentarium quadratum ex terra forti quæ facilè ignem ferat: pone primùm sal commune præparatum in fundo spissitudine dorsi cultri, tùm stratum laminarum Lunæ, tùm iterum sal, &c. atque alterum super altero colloca, donec crucibulus plenus sit. Luta probè ex eadem materia forti operculum, sinas siccari probè: tùm igni imponito primùm pusillo ac paulatim vehementiori, donec crucibulus tuus sensim candeat, ita tamen ne sal aut Luna liquescat. In eo candore retine ad horas 24, tum refrigescere sinas, ac crucibulum confringas, ac in testa imponito cum aqua munda, ac sal omne simul solvetur super cineres, ac laminæ lunæ subsident: aquam sensim effundas, laminas exime, sicca: sunt enim fragiles vt vitrum, ac nigræ. Eas pulveriza in mortario ferreo, ac nõ in æreo; cribra, ac si quid supereſt quod nõ est calcinatum, pone denuò calcinandum, vt suprà, donec omne in pulverem redigi. Tùm pulverem cum aqua communi aut melle cum fauo intangibiliter contere: eum pulverem

Lunæ cæmentatio.

verem contritum pateris vitreis, pelvibus, aut ollis indito, atque aqua munda calida infusa, agita ac probè misce; sine subsidere; effunde calidè sensim supernè, infunde rursum aquam calidam mundam, agita, sine subsidere, sensim supernè clarè eounde: aut aquam mundam frigidam superfunde, ac sinas calefieri super cineres, fac vt suprà: confundito omnes aquas simul, idq; tandiu facito, donec aqua tam nitida defluat, quam infusa est, ac Luna munda alba & clara est instar nivis: tum fæces omnis aquæ effusæ sinito subsidere, effundito aquam sensim supernè, fæces exicca, ac in crucibulo solvito super fornace cum parte salis alcali: ac si quid tuæ Lunæ transfuderis, denuò reperis, tantò minus amittis, &c. Puram Lunam lotam sicca igni pusillo in patera vitreâ, tùm eũ pulverem solve borace, & pusillo salis alcali in crucibulo super fornace; ac funde iuxta Virgã; tum denuò in laminas, vt suprà, redige; in frusta quadrata secâ, cæmenta aut calcina, vt suprà; Laua ac munda vt priùs ex sale: id opus persequere, donec Luna tua clara, alba, ac pulchra ex sale prodeat: cùmq; nulla amplius nigredo sequitur, ac Luna clara ac munda est, Luna ab omnibus fæcibus liberata est, ac nigredine, ita vt non amplius ærugine obducatur, vt Sol, ac clara erit, ac pondere gravis, & sono surda, ac in aqua forti solui nolet, in qua Luna solvitur, ac colores retinebit. Atque ad

opus nostrum præparata est, serua in pyxide vitrea ad vsum.

Cæmentum Solis.

Cap. 49.

Sol quomodo cæmẽtandus.

SVME Solem purum instar coronati tenuem, cementa in cemento Regali ad horas 24, idque ter semper in cæmento recenti, aut toties donec in põdere tuo nihil amittis. Tùm Sol tuus præparatus est ad opus nostrum perficiendum. Nunc sume ac solve tui Solis præparati lothones 3, Lunæ lothones 9, rectifica vt solvendum in aqua clara. Tùm 8 lothones tui Mercurij præparati etiam in vitro seorsim solve in aqua nitida. Has 3 aquas confunde in



eiusmodi vitro quale hîc depictum est, ac probè inter se agita: tùm vitro leuigato ori impositò, pone in balneo tepido, donec probè coierint. i. cùm probè inter se permista fuerint, turbantur & immũda fiunt: nam Sol, Luna, ac Mercurius nolunt sese tam facilè inter se permiscere in aqua pura, quare in balneo tepido ponenda sunt, donec mista ac in aqua pura soluta fuerint, ita vt nullas fæces in fundo relinquant: cùmque ita soluta fuerint, alembi-

cum

cum vitro tuo impone, ac subtrahe balneo tepido aquam fortem, donec materia tua sicca est: tùm sinas refrigescere; pone in cineribus: leni calore quali Sol medio Martio lucet, atque ita retine, donec materia tua tam alba est quam nix: tumque ignem auge eo calore quo Sol media æstate lucet, retine in eo calore, donec materia lutea fit, vt mastix: tùm ignem auge, donec materia fit crocea instar croci: tùm adeò augebis, vt materia tua rubra fiat instar rubricæ, atque iterum, donec rubra fiat instar minij. Pòst insigniter auge, donec materia tua puniceum colorem induat aspectu cæruleum: tùm materiam ad horam aut amplius candere facias, sine refrigescere; exime, ac Sol tuus fixus est. Tùm sumito tantum tui Mercurij præparati, quantum est pondus materiæ vniversæ; liquefacito in aqua tua forti rectificata: cum Mercurium solutum infunde in vitrum tuum, ac materiæ tuæ adde, agita, ac probè inter se misce; pone in balneo roris, ac operi vitro rotundo levigato super os, ac super id pondus Saturni, ad vitrum sæpè aperiendum, si quid fortè Mercurij ascenderet ad margines, vt id rursum penna deorsum abstergas. Sinas hoc pacto in balneo ad horas 24: tùm alembico superimposito, destilla ex balneo Mariæ omnem tuam aquam fortem. Tùm rursum fornaci impone in testa cum cineribus; ignem, vt priùs, adhibens.

Calor quis adhibendus

Materia enim tua quæ prius rubra erat, denuò, subnigrè cana fiet, ac penè alba, deinde crocea, ac pòst rubra, proinde ignem vt supra adde. Sed facilè fiet: cùmque materiam tuam colore sanguineo rubere vides, tum ferream aut æream laminam candefacias, huic granũ istius pulveris impone, ac si in modum ceræ liquescat, nec fumet, ac penetret laminã illam candentem, vt oleum corium siccum, medicina tua perfecta est. Sin id non facit, iterum aqua clara paradisi perfundẽda est: tum Mercurij tui præparati inde, quantum materia tua appendebat, antequam Mercurium adderes: ac in tua aqua præparata solve: tum vitro super medicinam inde, ac pone in balneo, vt suprà: facito modis omnibus vt suprà: id faciendum tibi donec materia tua tam sit fusibilis, quam cera, ac fixa. Tum gratias Deo age. Hãbes enim medicinã omnia metalla in verum Solem transferentem, atque altitudinem proiectionis facilè te experientia docebit. Estque medicina, quandiu metallum frangibile est.

Proba.

Multiplicatio.

Cap. 50.

ITEM ad medicinam tuam multiplicandam, vnam partem ex vitro sume, eâ lucrum fac, atque alteram in eo fine, eâ facito modis omnibus, perinde ac si de integro ponere velles, scilicet: Recipe 9 lothones Lunæ, 8 lothones Mercurij, ac 3 lothones Solis, quæ 3 ad opus no-

nostrum parata sunt, vt supra, liquefacito in aqua forti rectificata singula seorsim: tùm omnia 3 simul confundito, ac in balneo ponito, donec clara sint absque fæcibus in fundo: tum infunde in vitrum in quo dimidia pars tuæ medicinæ inest, ac probè inter se permisce: tum aquam fortem destilla in balneo Mariæ, ac super fornace ponito in testa cũ cineribus, ignẽ addens vt supra, donec materia tua omnis rubra fiat, quod spatio 6 hebdomadũ fit, tùm rursum aqua paradisi vt suprà, perfunde, ac spatio 3 hebdomadum omne simul medicina est. Ac tum denuò partem dimidiam eximere potes, altera in vitro relicta, atque vt suprà, multiplicare. *Cap. 51.*

Aqua paradisi.

NVNC verò dilectus meus audiuit partem vnam magni operis, primùm circa amalgamationes: atque item paululum de alijs, ac de oleis quomodo ea ex metallis sint conficienda. Deinceps te docebo ex omnibus metallis sal conficere, quod sal est Elixir perfectum, æquè ac oleum. Sed proiectio eius nõ est tam alta. Verùm sal ex metallis extrahere non est res, quæ magnum laborem requirat: cito fit, brevi tempore. Ac tum filium meum docebo, conficere lapidem, quem pro maximo meo secreto habeo.

Transitio.

Cap. 52.

Ex omnibus metallis sal elici potest: ac id omne est Elixir.

SCIES dilecte, ex omnibus metallis sal elici posse, ac omne sal metallie st Elixir: ac tenebis

Quatuor sunt elemẽta quorum 2 extrema sunt ac fixa Ignis & terra 2 media ac Volatilia, aqua & aer.

tenebis in sale metalli, elementum terræ latere ac elementum ignis. Scies ac intelliges esse 4 elemẽta, vt ignem, aërem, aquam & terram. Ac ignis & terra sunt vtraque extrema elemẽta, aqua & aër media sunt elementa: duo illa extrema sunt fixa, videlicet, Ignis & Terra: duo media sunt volatilia, scilicet, Aqua & Aër.

Cap. 53.

In metallis oleum aut ignis à terra separari non potest

NVNC scies in omnibus rebus quæ sunt combustibiles, Ignem aut oleum earum à Terra separari posse: prẽterquam in metallis, in ijs oleum aut ignis separari à terra non potest: fixa simul in igne manent. Quare omne sal metalli est Elixir, & liquari potest. Tenebis sale ad Elixir perducto, proiectionem exiguam esse, tùm idem illud Elixir salis in oleum converti potest, ac tum interius eius foràs inuersum est, ac exterius intrò. Priùs faciebat sal proiectionem vnius in 100, ac Lunam efficiebat. Eo verò in oleum conuerso, ac interiore foràs, ac exteriore intrò inverso 1000 in proiectione facit. Ac cùm priùs Lunam efficeret, exiſtens sal, iam in oleum redactum Solem efficit. Ita, mi fili, vbi sal hoc metallorum ad Elixir perduxeris, vt nunc te docturus sum: opus persequere, vt ipsum ad oleum perducas. Id verò facilè fit, vt te sub finem huius operis sum docturus. Scies verò pro magno secre-

Sale metalorum ad Elixir perducto, opus persequendum, ipsumque ad oleum perducendum.

to,

to, non esse certiorem aut breviorem viam ac rationem, quam operari in sale metallorum. Nam in id nullum vitium incidere potest. Nulli enim hic spiritus, qui ascēdere valeant, ac non facilè per ignem negligitur: atque hic nihil fixatur, materia fixa est. Ita dilecte, omne secretum consistit in sale, & oleo metallorum. Ac ob eam causam solebant Veteres Philosophi adiurare alij alios, ne duo hæc abdita arcana cuiquam manifestarent, præterquam filijs suis, quos ad eam rem aptos cernerent: vtq; etiam eo pacto scriberent, vt nullus mortalium intelligeret, nisi soli filij scientiæ. Itaq; mi fili, omnes libros Veterum perlege, omnesque Philosophorum libros: nusquam reperies solidam ac veram rationem de sale, nec de oleo metallorum, quam tibi in opere possis proponere. Scribunt quidem omne sal ac oleum metalli certò esse Elixir: dicunt etiam in eo cōvenire omnes turbas Philosophorum, quod omne sal ac oleum metallorum sit perfectum Elixir. Scribūt item ex metallis sal facilè educi posse, per reverberationem metallorum. Item, sal ex fæcibus suis esse extrahendum, & ad lapidem crystallinum perducendum. Sed posteà nullam amplius rationē operis addunt. Scribunt vlteriùs tam obscurè ac tectè, vt nemo veram mentem eorum capere possit, nisi qui nôrunt. Hoc pacto ars salis ac olei metallorū secreta permansit supra omnes artes alias.

Omne secretum cōsistit in sale & oleo metallorum.

In Libris Philosophorū nusquā reperitur solida ac vera ratio de sale & oleo metallorum.

Ac

Ac tibi, mi fili, bona fide dico, istam artem salis ac olei nunquam ante hac palam fuisse, ante Parentis mei tempora, ac tibi iam euidenter scribo. Quare per Deum viuentem te adiuro, vt istam artem secretam nulli reueles, nisi vbi certò scias eam secretam mansuram: ob magnum malum quod indè oriri posset: ac quod nobilis ars in peccatis consumeretur, ac non in gloriam Dei, ac ad opem ferendam pauperibus, ac in inopiæ solatium, ac omnium hominum, ad liberandos captivos innocentes, & ad confirmationem fidei Christianæ. Ita probè circumspice, cuicunque Deus hanc artem largitur, is eam habiturus, nec quisquã alius. Nam provt propositum alicuius bonum aut malum fuerit, ita eam nanciscì potest, ac Deus ei est daturus: ac miraculosè eam consequetur. Dictum intelligenti sat est.

Dictũ intelligenti sat est.

Cap. 54.

SVMES Solem aut Lunam, ac solues in aquâ forti, quemadmodum soluere conuenit: ac soluta præcipitare facito, eam calcem laua aquâ communi destillata, ac sicca in sole. Tùm calx parata est ad opus tuum, vt ponas in fornace calcinatoria ad resolvendam & aperiendam, vt post Mercurium ex ea sublimes: calcem serua. Scies autem, quamvis tibi scribam de Sole & Luna, potes etiam extrahere ex Saturno, & ex Venere, ac etiã Iove, & ex Marte, æque ac ex Sole & Luna. Sed Sol ac Luna proxi-

Sol & Luna in aqua forti soluẽda, ac soluta præcipitanda. Ea calx aqua cõmuni destillata lauanda Mercurius ex ea sublimandus, calx seruãda.

proxima sunt & perfectissima, ac altiorē proiectionem faciunt, atque etiam optima sunt, ac facile ad Elixir, sal, & oleum perducuntur. Item sumes calcem illam, quam tibi servare iubebam, ac immittes pateræ vitreæ lato ac plano fundo, donec ad duos digitos calx emineat, nec amplius, nec spissius: atque hoc pacto in fornace calcinatoria pones in qua spiritus calcinantur aut Athanare, aut in tripode, ac tantum ei calorem adhibebis, vt si plumbum retinere velis liquefactum vt non concrescat, 21 dies continuè, ita vt ignem non tollas aut ipsum refrigeres: ad corpus Lunæ probè operiendum ac resolvendum: ad Mercurium pòst indè extrahendū. Ac scies quodcunq; metallum operari voles, ita faciendum esse, siue Sol fuerit, Luna, aut vllum aliud metallum. Sed vbi quodlibet prædictorum metallorum stat 21 dies: Solem 6 ponere debes hebdomadas. Sol enim solidum ac compactum corpus habet, quod Luna nō habet, nec reliqua metalla. Quare Sol tantò diutius in fornace reverberatoriâ est relinquendus.

Sol solidū ac cōpactū corpus habet.

Cap. 55.

Calce alicuius metalli apertæ ea in cineribus cribratis ponenda super fornace sublimatoria in olla vitrea latū fundū habente. Ignis pusillus primùm struendus.

Item vbi iam calx alicuius metalli aperta fuerit, ollam vitream lato fundo sumito, ac ei calcem tuam immitte, ac pone æquali spissitudine, ac alembicum suprà dictum, amplo capite, atque ita pone super fornace sublimatoriâ in cineribus cribratis, ac receptaculum luto

to affige: ac primùm ignem pusillum substrue, deinde gradatim ipsum auge, donec olla cui calx inest, candere incipiat. Ipsa verò iam candente, retine ollam hoc pacto candentem eodem statu ad dies 8 aut 10. Ac quicquid agas, ne nimium calcem tuam cãdefacias, ne liquescat. Ac 8 aut 10 illis diebus exactis, respice ad ollam vitream, an nullus amplius Mercurius ex ea ascendat. Ac si nihil amplius ascendat, sine refrigescere, ac deme alembicum, ac tùm Mercurium tuum sursum sublimatum habebis in formam niuis candidę. Hunc eximę, & probè serva.

Videndum ne nimiũ calx candefiat.

Materia frigefacta, eximendus Mercurius

Cap. 56.

ITEM sal tuum aut terram reperies in fundo ollę tuę vitreæ redactam in pulverem colore inter cinericium & album, ac intumuit in morem spongiæ, adeò apertũ est Mercurio ei detracto. Id verò omne dictum de omnibus metallis, vt Luna, Saturno, Venere, &c. Sed calx Solis facilè 16, aut 20. dies stare debet. Ac Solem fortiùs potes candefacere, quam reliqua metalla: Sol enim non tam facilè quam reliqua metalla liquescit. Atque etiam flãma vehementior Soli est adhibenda, quia Sol solidius ac magis compactum habet corpus, præ Luna aut alio quovis metallo, alioqui idem opificium est.

Sal aut terra reperitur in fũdo ollæ vitreę redacta in pulverem.

Cap. 57.

ITem sal ex ollâ vitreâ eximes, ac amphoræ lapideæ indes, ac ei bonum acetum ex vino de-

Sal prædictum ex olla eximen-

destillatum superfundes, atq; eam amphoram in balneo pone, bulliat dies nocteſq; 4, ac move amphorã quater aut sexies singulis diebus spathula lignea. Ac semper amphoram denuò tegito tegula aut scãdula leuigata quæ ori amphoræ quadret. Quatuor illis diebus exactis sine refrigescere, ac fæces in fundo subsidere: ac diffunde in aliam amphorã aut vas, ac obtura, & serua. Tùm denuò aliud acetum infunde, vt priùs, ac rursùm amphoram pone in balneo ad horas 24: ignem subde: ac moue vt priùs. Tùm sine frigefieri, ac fæces subsidere: diffunde sensim sine agitatione in aliud acetũ quod primùm effundebas, ac operi. Ac si fęces nihil valere videantur ampliùs, ac nullum sal ampliùs inesse: aufer, nihil est præter cineres.

dũ, eiq́ue acetum superinfundendum in amphorã lapideam evacuatũ.

Cap. 58.

ITem nunc sume acetum tuum defusum, in quo iam sal tuum solutũ est, luta alembicũ super amphorã, ac pone eã in balneo, receptaculo ei addito. Ac indè acetũ destilla, ita remanet sal tuũ in amphora mundũ, clarũ ac candidum: post funde super illud sal cãdidum quod inest amphorę, aquam cõmunẽ mundã destillatam, ac in balneo bulliẽte pone ad horas 24, ac sal tuum in aquã claram solvetur: tùm sinas refrigescere. Ac si quę fęces insunt, subsident: clarum superne diffunde in vas mundũ: ac aliquantum etiamnùm aquæ communis destillatæ: funde super fæces, si fortè quid salis in eo re-

Aceto destillato, remanet sal in amphora mundũ, clarum, ac candidum.

remanfisset: pone in balneo ad horas 3, vt bulliat, sine refrigescere, ac rursùm cõfunde cum primò, vti priùs faciebas, ac fæces abijce.

Cap. 59.

ITEM sume amphoram cui nunc sal tuum ineſt, ac alembicum probè lutatum superimpone, receptaculo ei luto addito: ac aquam tuam destilla, quemadmodum priùs aceto fecisti. Tùm reperis album, ac lucidum sal multo mundius & lucidius quam priùs habebas. Idque opus facito, ac itera toties, solvendo & congelando, & diffundendo, donec nullæ ampliùs fæces remaneant. Tùm sal tuum paratũ est, ad proiectionem faciendam super Mercurium. Ac sal extrahere ex Sole, Luna, aut alio metallo, idem opificium est. Scies autem metalla imperfecta qualia sunt Venus, & Mars, cum ex ijs sal extrahere volumus, admodum minutim limari, ac ponuntur reverberanda in fornace reverberatoriâ ad dies 6, mediocti calore, aut candore. Atque ita eodem modo sal extrahitur, vt priùs doctum est ex Luna, & ex reliquis.

Aqua destillanda, vti priùs acetum.

Solutio & congelatio toties iteranda, atq; item diffusio, donec nullæ amplius fæces remaneant

Cap. 60.

ITEM cum Sal ex Saturno aut Ioue habere vis, solvere ea debes in aquâ forti, ac calcem à sua salsedine abluere, vti doctus es: ac ita pones in fornace reverberatoria, vti antè dictum est. Item cum sal ex Saturno, aut Iove habere cupis, ac cum eo Mercurium eius probè sinere volare,

Quomodo Sal ex Saturno aut Iove educendum.

volare, pone in fornace reverberatoriâ in patellâ terreâ plano fundo, donec ad digitum vnum emineat, sed non amplius. Nam in morem spongiæ admodum intumescit. Ac calcinare debes ad dies ac noctes 12, temperato calore & candore, ne vitrum fiant: quemadmodùm alijs in locis satis docetur. Tùm id refrigescere sinito; ac sal eius indè educito, vt suprà satis doceris. Estque hoc sal tam probum, tamq; altam proiectionem facit super Mercurium, quam sal Solis. Item si Iovi, & Saturno Mercurium seruare vis, præparare debes sublimationibus, vt de Sole & Luna dicitur: idem modus, idem opificium est. Nisi quod Iovem & Saturnum dies viginti in fornace calcinatoriâ, aut in athanare aperiendum ponere non debes. Nam Mercurius eorum est etiamnùm crudus, ac non fixus vnâ cum corporibus, idcirco facilè à terrâ suâ, aut corpore sese separat. Scies autem primam rationem optimam esse, ad Mercurium indè sublimandum. Tùm quodque elementum virtutem suam retinet. Ac si sal cupis extrahere ex Venere aut Marte, ea subtiliter limare debes, ac limaturam ponere in patellis terreis, spissitudine vnius digiti, eamque in fornace reverberatoriâ positam vres ad dies 35, ac Martem 95 dies. Item hęc duo tandiu reverberanda sunt, quòd tam impura sint. Nam continuò vitrum fierent, eam ob causam lentè candefieri debent,

Quomodo sal ex Venere aut Marte extrahendū.

ac proinde diu ac lentè vri, antequã Mercurium ſuum à ſe dimittant, &c. Vbi verò in hunc modum vſſeris, vt ante doceris: tùm habes Sal Veneris & Martis: verùm id denuò reverberandum ponere debes, ad dies 3, in fornace reverberatoriâ: tùm denuò acetum deſtillatum ſuperinfunde, vt priùs feciſti. Cùmq; ſal tuum ita paratum eſt, facito proiectionẽ ſuper Mercurium. Nam omne ſal metallorum proiectionem ſuper Mercurium facit, ac ſuper aliud nihil, quia parũ aut nihil ſpiritus apud ſe habent. Item ſumes Mercurium in crucibulo ac calefacies donec incipiat candere, ac ſuperinijcies ſal tuum metalli præparatum, ſalis vnam partem in partes centum Mercurij: ac ignem tuum vehementem facito: ita vt materia tua fluat, vt Luna ſuper teſtam aut cupellam: ac ſinas eo pacto donec ſe in Regulũ ſtatuat, tùm extingue vt decet. Tùm habes puram Lunam. Ac omne ſal metalli ſiue rubrum, ſiue album, Lunam puram efficit. Verũ metalla perfecta altiorem proiectionem faciunt, quam imperfecta: id te ipſa proiectio facilè docebit. Cùmque inverſum fuerit interius foràs, ac exteriùs intrò, tùm omne oleũ eſt: ac tùm omne ſimul proiectionem facit ad rubrum, vbi priùs faciebat Lunã, efficit iam Solem purum in omnibus probis, ac examinibus. Ac ſi priùs proiectionem faciebat in 100, nunc facit proiectionem in 1000. Ac priùs proiectionem faciebat in

Metalla perfecta altioré faciunt proiectionem quam imperfecta.

in Mercurium, sed iam non facit proiectionem in Mercurium, sed tantùmmodò in metalla: quemadmodum infrà docebimus, cùm de proiectionibus quæ oleo fient, nobis sermo erit.

Cap. 61.

Modus cõficiendi oleũ ex metallis.

ITEM nunc te docere volo oleum ex metallis conficere, ac interius foris ponere. Estq; vnum ex nostris maximis secretis. Tùm enim solem efficiet, vbi priùs tantùmmodò Lunam efficiebat, in proiectione. Ac si priùs in proiectione centum faciebat, cum est oleum facilè 1000 in proiectione faciet.

Cap. 62.

Sumendũ docet Vitriolũ Romanum, ac soluendũ in aqua communi, ac deinde cõgelandum, donec pellicula superueniat.

SVMES magnam quantitatem vitrioli Romani, 10 aut 12 libras plus minus, quantum voles: ac solues vitriolum in aqua communi. Cumque omne solutum fuerit, sine fæces subsidere. Tùm omne clarum supernè diffunde à fæcibus: atque id congelandum pone in vase lapideo, aut alia cucurbitâ aut amphorâ, in arenâ, aut cineribus ad congelandum tuum vitriolum super quodam balneo Mariæ, donec pellicula superveniat: tùm sine refrigerari, ac stare triduum, ac vitriolum lapillabit in insignes lucidos lapillos crystallinos, claros pellucidos, colore viridi. Ac color viridis optimus hac in parte est.

Pòst vitriolũ frigefactum lapillabit in insignes lapillos crystallinos virides.

Cap. 63.

Lapilli illi eximendi, eorumque humiditas evaporãda

LApillos illos virides eximè, ac pone in pusillis pateris vitreis, ac serva, etiamnùm humiditas in ijs remansit in testa: ea evaporabitur, donec denuò vellus supervenìat: ac sines rursùm refrigescere ad dies 3: ac tùm denuò alij lapilli lapillabunt, vt priùs: eos rursùm eximè, ac pone denuò in paterâ ad priores: ac rursùm aquam evapora, vt priùs. Ac facito, vt priùs, donec omnes simul habeas in mundo vitro, aut paterâ. Ac pone in mundo balneo siccandos; ac balneum accendas eo calore, qualis est Solis mediâ æstate. Ac lapilli tui in album pulverem convertentur: quem pulverem solues in aqua communi destillata, vti priùs dictum est: finito fæces subsidere, ac clarè supernè diffundas in testam mundam, vt priùs. Ac pone denuò congelandos, vt suprà, donec pellicula quędam superveniat, vt priùs. Ac sinas refrigescere triduum, ac denuò lapilli excrescent, vt priùs, qui dimidio etiamnùm mundiores, ac lucidiores erunt, quàm primi, ac dimidio pulchrior color viridis, ita vt nunquam pulchrior color viridis visus sit. Idcircò Geber & Hermes inquiunt: viriditatem tuam probè serva: nam si eam amittis, operâ ludis. Humidum denuò evapora, donec pelliculâ operiatur: & facitò iterùm modis omnibus, vt priùs fecisti. Ac vbi rursùm omnes lapillos cõgregaueris, iterùm in balneo illo sicco pone sicut

Denuò alij lapilli excrescent: prioribus adiungendi, & aqua rursùm, vt priùs evaporanda.

Iterum lapilli excrescent dimidio mundiores ac lucidiores, quã primi, ac colore viridi pulchriore.

Humidum rursùm evaporandũ, donec pellicula operiatur.

ficut prius, donec mundus pulvis candidus fiant. Tùm solue iterùm in aqua communi destillata, vt suprà: tùm sine subsidere, ac a fæcibus diffunde: ac facito modis omnibus, vt suprà fecisti. Id toties facito, donec nullas amplius relictas fæces vides. Item vbi albū tuum pulverem hoc pacto laveris, ac operatus fueris: certus sis vitriolum tuum ritè præparatum esse. Tùm pulverē tuum album à vitriolo profectum serva, donec eo vsus fuerit. Quæras item dilecte, postquā vitriolum solveras, quare ipsum evaporare non sinebas, ita vt lapillare non sineres, id verò multum temporis exigit, antequam ad album pulverem reducas.

Vitriolum ritè præparatum.

Cap. 64.

NVNC scies vitriolum in sese habere quendam spiritum subtilissimum, quemadmodum in opere vegetabili abundè docetur, vbi agitur de subtili spiritu, qui est in parte exteriore omnium herbarum; ea est viriditas omnium earum rerum, quibus foris viriditas ineſt. Nam ea est flos earum, virtus & quinta essentia. Ac si viriditatem eam amittis: dico tibi verè, quintam essentiam amisisti. Ac omnis opera quam impendis ei rei, quæ viriditatem amisit, frustra impēditur. Animam enim eius, vitam, ac quintam essentiam amisisti. Corpus est mortuum, siue sint herbæ, folia, species, radices, ac quicquid viriditatē foris habet. Quare vide, vt eā sedulò custodias. Viriditas enim

Viriditas omnium quibus foris ea ineſt, est eorum flos, virtus & quinta essentia, qua amissa, quinta essentia amissa est.

adeò ſubtilis eſt, inviſibiliter eam amittis, quē admodum in vegetabili manifeſtè demonſtratur; vbi dicitur, quo pacto viriditas ex omnibus herbis, foliis ac radicibus, ac rebus omnibus ſuam viriditatem habentibus foràs educetur. Qua eductâ, & viriditate eâ in inſignem rubedinem converſâ, qualis vnquam viſa fuit; vide in opere vegetabili, ac facilè doceberis, quid ſit ea viriditas. Itaq;, mi fili, viriditas vitriolo conſervanda eſt. Nā ſi ipſum initio congelares, partē viriditatis ei adimeres, ita vt croceum fieret: nam viriditas eſt quinta eſſentia eius, quā ex vitriolo querimus. Dilecte ita ſenſim fieri debet lapillādo. Ac cùm iam facibus exutum eſt, ac in ſtupha ſicca pulverizatū, viriditas albedine recta eſt: ſed cum iterùm humiditatē acquireret, viriditas eius denuò foràs prodiret. Idcircò exterius eius intus, ac interius foris ponendū eſt, ad retinendā animā eius, ſpiritum, vitam ac quintam eſſentiā: idq; magnum myſteriū in arte noſtra eſt. Ac cùm vitriolū hoc pacto paratum eſt, rubrum eſt, inſtar roſæ rubræ, aut Rubini: Tùmq; in ſe 4 elementa perfectè habet. Eſtq; tùm lapis is quem Deus nobis eſt largitus.

Viriditas vitriolo eō ſeruāda eſt

Magnum myſterium

Cap. 65.

Sumēdum albū pulueré vitrioli, & quid eo agendū doceț.

IAm ſumes, mi fili, album puluerem vitrioli quem tibi ſeruare iubebam, eumque indes ollæ vitreæ oblongo collo: ac collum ſigillo Hermetis munias, ita nullus aër eſpirare aut in gredi

gredi valet: ac tùm in testâ cum cineribus cribratis pone super fornace: ac ignem subijce: & sub fornace lampadem ardentem pone: calorem addens, qualis est Solis medio Martio. Atque hoc pacto retine, donec vides materiã tuam flauescere: ac ita retine in eodem calore donec perfectè russa fuerit. Cumque hoc pacto insigni colore ruffo fuerit, ignem paululum auge. i. adhuc vnam lampadem suppone: atq; hoc pacto retine ad octo aut decem dies, ac tùm vide, an materia tua non incipiat rubere: si rubere incipiat, ignẽ tuum auge, sine hoc pacto in eo calore etiamnùm ad dies 8 aut 10. Si verò in rubedine nihil proficis, ignẽ tuũ adhuc vnâ lampade auge: ac si tùm in rubedine tua proficis, hoc pacto relinque tandiu, donec nõ amplius proficis in rubedine. Item cùm vides te octo aut 10 diebus nihil amplius in rubedine proficere, ignẽ singulis vicibus lãpade vnâ auge: atq; ita prosequere gradatim semper accensa lampade vnâ, donec materia tua tam altè rubra fuerit, quã rosa aut Rubinus. Iã vbi tàm altè rubra fuerit, vti dictũ est: sinas etiamnùm hoc pacto ad dies 8, aut 10 in eodẽ calore: ac vide an color nõ mutetur. Ac si nõ amplius in rubedine mutetur, materia inversa est, ac interius foràs versum est. Ac iam viriditatẽ nõ amittes: quippè iã in rubedinẽ conversa est, ac iã in intimis partibus eius locata est: nec iam, nec vllo vnquã tempore foràs produci potest.

Ignis substruendus qui secundum colores lampadibus erit augendus.

Cur fixa esse non possit materia.

Materia ista in æternum rubra permanebit, & nõ fixa. Nam si fixa esset omnino esset corrupta: nam in aqua soluenda & congelanda est, ac destillanda per alembicum.

Cap. 66.

SCIES autem me nunquam maius secretum tibi manifestasse quã hoc, per Deum iuro, hoc arcanum nunquam ab vllis Philosophis memoriæ proditum, quàm à me solo. Ac tibi affirmo, non esse maius secretum in arte quàm hoc. Quare te omnesque qui hoc intelligent, adiuro, vt nunquam palàm faciant, nisi vbi decet, per Deum viventem. Est enim secretum secretorum. Hac enim ipsa ratione omnia metalla in oleum reduci possunt, vbi in aquâ forti soluta fuerint: ac calx præcipitata, ac lota, vt audiuisti, ac de vitriolo satis doctus es.

Secretum secretorũ.

Cap. 67.

OMNIA metalla rubra fient in morem sanguinis, etiam Iupiter, ac Luna: nam omnibus metallis interius rubrum est, vnum magis rubrum alio. Cùm igitur ad rubedinẽ perducta fuerint, tùm solvenda tibi sunt, ac denuò congelanda, donec ab omnibus fæcibus munda sint, & tamen elementa sua simul contineant perfectè. Nam cùm eò perducta sunt, nihil præter fæces remanet. Nam Terra subtilis ac liquida effecta, ea itidẽ soluitur cũ eam subtilem effeciſti soluendo & congelando, vt nullæ fæces ampliùs remaneant. Ita destillare

Metalla ad rubedinẽ perducta soluenda sunt ac denuò cõgelanda, donec ab omnibus fecibus munda sint.

ſtillare per alembicũ potes in oleum rubrũ. Quemadmodũ hîc de vitriolo doceberis, ita etiã de omnibus metallis faciendũ erit, atque etiam Mercurio. Vbi ſolutus fuerit in aquâ forti ac præcipitatus, ac ſalſedine abluta, ſiccatus, ac tum vitro inditus, vti dictũ eſt de vitriolo: atq; ita porrò factum, vt priùs doctum eſt de vitriolo. Aut poteris Mercurium ſublimare, ac ſublimationem illam vitro indere. Ita etiam Mercuriũ illum in aquâ ſoluere potes, ac à fæcibus mũdare, retinere ipſi ſimul 4 eius elementa, ac pòſt deſtillare in rubrum oleum. Quid cenſes? nonne hoc magnũ ſecretũm eſt? Nunquam ſimile auditum fuit, nec audietur: iſto pacto interius eius foràs producere, ac exterius intrò, ac mundare ab omnibus fæcibus, abſq; elementorum ſeparatione: ac quod ampliùs eſt deſtillare in rubrum oleum, vt infrà docebimus. Ac quod hîc de metallo dictum eſt, id etiam de antimonio facere potes. Aures aperi, & auſculta, ac mentem aperi, nunquã auditũ eſt, vt tale opus tam exiguo labore factum fuerit. Nunc ad opus noſtrum revertamur.

Omnibus metallis atque etiã Mercurio idem poſſe fieri quod vitriolo.

Idem antimonio fieri poteſt

Cap. 68.

VBi videris materiã tuam eodem ſtatu permanere, exime ex teſta cum cineribus, ac vitrũ tuum aperi, materiamq; tuam in aliud vitrum forte evacua, aut in amphoram, lapideam, ac bonam quantitatem aceti deſtillati ſuper

Redit ad opus.

superfunde, ac pone in balneo, bulliat, ac mouo spathulâ ligneâ ter quaterve singulis diebus: ac identidē denuò operi: atq; hoc pacto retine ad dies nocteſq; 4, tùm sinas frigefieri: ac supernè clarū effundito de more. Ac rursum acetum destillatū infunde, modis omnibus, vt dictū est de vitriolo suprà, trib⁹ vicibus. Tùm fæces abijce. Item alembicum amphoræ impone: ac acetum destilla, donec materia omnino sicca fiat: ita in fundo amphoræ vitriolū remanebit tibi multo mūdius, quàm priùs erat: superfunde denuò acetum recens, ac facito vt priùs factum est. Idque tandiu itera, donec nullę amplius fæces in solutione remanēt.

Solutio hæc toties iteranda donec nullæ amplius fæces in solutione remanent.

Tùm congela in siccum puluerem, ac habe vitrum bonum, ac spissum; ei puluerem tuum inde: ac alembicum magno capite superimpone: ac destilla vt primùm acquiras croceos spiritus, tùm oleum rubrum: tùm albos spiritus: tùm sine frigefieri, vt antè satis doctum fuit. Item receptaculum deme, ac quod ei inest, est verò oleum illud benedictū, serua, donec eo vsus erit, ad sal tuum. Alembicū deme, ac in olla reperies materiā instar niuis candidā, ac instar crystalli lucidā. Estq; ea terra vitrioli sine fæcibus, ac rectificata. Hanc pulverizare potes, ac sinere imbibere oleum rubrū in suo corpore. Hoc ampullæ vitreæ inde, ac suspende in tripode ad dies 40, calore temperato, ac coagulabit in lapidem Philosophorum omnia

Tùm vitriolum congelandum in siccum pulverem.

metal-

metalla in verum Solem transferentē. Sed hic id ipsum eo efficere nō volumus, sed cupimus oleo vti ad opus nostrum de sale ac oleo metallorum.

Cap. 69.

Scies cùm sal metallorum ad oleum vis perducere eo modo vt de vitriolo, elementum terræ metallorum vnâ cum oleo destillabit, rubrum instar sanguinis. Id verò terra vitrioli non facit: oleum sese à terra separat. Tametsi Deus talem benedictionem concessit, vt ex eo solo lapis Philosophorum confici possit absq; additione, transferens omnia metalla in verum Solem. Sed oleum eius cum terrâ priùs fixandū est, vt priùs. Id verò ita non fit de metallis. Terra vnâ destillat per alembicum igne. Ac totum corpus in oleum convertitur, transferens omnia metalla in verum Solem. In eo omnes turbæ Philosophorum conueniunt. Idque fit, vt hîc docetur de vitriolo, & eodem modo.

Cap. 70.

Confici etiam oleum ex Mercurio, & antimonio.

Conficitvr etiam oleum ex Mercurio, & ex antimonio: ac terra eorū vnâ transit, ac totum corpus fit oleum, ac manet oleum in secula, ac isto oleo mira efficere possis, quæ hîc recensere nimis longū foret. Nosti item quid de antimonio scribatur, ac de oleo eius. Sciet tamen filius meus, oleum Mercurij multò esse præstantius in omnibus operibus in quibus oleum antimonij seruit. Hoc secretum est.

Item

Cap. 71.

Ex sale oleum conficere docet.

ITem nunc denuò ad opus nostrũ redire volumus: ex prędicto sale, quod conficere docuimus, ac proiectionem faciebat ad album, faciamus oleum quod proiectionem faciat ad rubrum. Ac quæ prius faciebãt 100 iam 1000 faciunt ope olei vitrioli, ac Mercurij sui qui ex ijs sublimatus est, quem tibi in pyxide vitrea servare iubebam. Sume istum Mercurium ac solue in aquâ forti vitrioli & salnitri ana, cũq; solutus fuerit, id quod solutum est, inde ollæ vitreæ ac alembicum superimpone: & pone in cineribus cribratis. Ac primùm ignem pusillum subde, & ei aquam fortem destillando subtrahe: tùmq; Mercurius sursum sublimabit in alembicum: cumq; amplius sublimare respuit, aufer: sume Mercurium ex alembico, ac inde vitro longo gutture, sicuti vitriolo faciebas: ac pone in testa cum cineribus cribratis. Lampadẽ tuam sub ea accende. Atque ita relinque, donec perfectè rubeat, sicuti de vitriolo dictum est: Solue, congela: cumque mundus fuerit, destilla in oleum rubrum, vt de vitriolo dictum est, sed Mercurius totus in oleũ destillat, ita vt nullam terram relinquat.

Cap. 72.

MErcurio & alijs metallis nihil aliud adhibetur, vt oleũ ex ijs conficiatur, quã id quod tibi dixi. Cumque oleũ ex Mercurio deduxisti: Sal tuũ quod Elixir est amplæ ollæ vi-

treæ

treæ inde ac super fornace pone igni pusillo subdito, vt sal tuū aut Elixir liquescat. Id verò facile fiet: nā sal istud liquescit, vt cera super igne. Cumq; liquefactū fuerit, oleū illud Mercurij superfunde, sensim stillando guttatim, ac statim simul coibunt: quemadmodum die nouissimo anima ac corpus congregabuntur: ab omnibus enim maculis pura ac mūda sunt. Nunc animam, spiritum & corpus simul cōiunxisti, quæ nullo vnquam tempore separabuntur: ibi corpus proprium spiritum suscipit: ac momento temporis fixantur.

Nunc animā, spiritus ac corpus simul coniuncta, quæ nullo vnquam tempore separabuntur.

Cap. 73.

NVnc vitrū tuū super fornace relinques ad dies 16, calore pusillo, vt si ceram retinere velles liquefactā, vt non cōcrescceret. Atque hoc spatio 16 dierum omnis materia in oleum conuertetur, in morem mellis cum favo rubrum instar purpurei cruoris: ac in æternum ita manebit. Exulta dilecte, habes secretū secretorum totius mundi. Nam oleum hoc iam 1000 in proiectione facit. Ac scies: cùm proiectionem voles facere, eam facies super aliquod corpus, ac non super Mercurium. Nam oleum hoc corpus ex Mercurio facere minimè posset. Multæ sunt rationes, breuitatis causa hoc loco omissę. Satis in opere proiectionis recitatur ac docetur. Sumenda tibi est lamina Martis, Veneris, aut Lunæ, eam cādefacito, ac super ipsam oleum illud destilla,

Secretum secretorū.

la, ac impones carbonibus calidis: ac oleum imbibetur, ac penetrabit laminam, vt aqua spongiam: ac diffundet se ac penetrabit per eam, ac convertet in optimum Solem omnia examina, ac probas transeuntem quaslibet.

In Iouē & Saturnum proiectionem non esse faciendam, ac quare.

Sed in Iouem & Saturnum proiectionem non facito: nam medicina priùs corpora, vt corpora non essent efficeret, ac ad suam naturam perduceret, quam corpus indè efficeret. Quâ de re non est hic dicendi locus, satis id alibi docetur. Quid tibi de hoc magno secreto videtur? Nunquam huius simile in Orbe repertum fuit.

Cap. 74.

Anacephaleosis.

ITem audisti quomodo, & quibus rationibus metalla solues, & quomodo ea denuò facies præcipitari in calcē, ac quopacto calci aquam fortem ablues, ac exiccabis, ac sublimanda pones, ad Mercurium eorum indè detrahendū, ac tùm sal illud quomodo solues in aceto destillato, ac sal rectificabis à fæcibus, ac perduces ad Elixir. Prætereà audisti quī, & qua ratione vitriolum clarificabis, ac à suis fæcibus rectificabis, soluendo, ac denuò sensim diffundendo, ac congelando, donec ab omnibus fæcibus mundum sit. Audisti insuper, quo pacto igni admoueatur in vase clauso calcinandum, simul retinendo quatuor eius elementa: ac doceri quomodo viriditas eius quæ foris stabat, intus, ac rubedo quæ intus, foràs

sit

sit ponenda. Ac deinde quomodo denuò soluatur in aceto destillato, vt fæces ab eo remoueantur quas in albedine interiore habebat: & quas initio à se dimittere nolebat, quandiu interius eius foràs non esset inversum. Scies res omnes habere duplices fæces, à quibus separãdæ sunt, ac rectificandæ, videlicet primùm in sua crassitie cum adhuc crudę sunt. Quemadmodũ primùm soluebatur & denuò congelabatur cum viride esset: tùm dicebam: viriditatẽ eius probè serua, aut frustrà sudas, idque est quod ei fæces detrahuntur quæ in eius exteriore sunt, eæ tùm illi detrahuntur, vt suprà. Ac cùm iã exterius intrò, ac interius foràs inversum est: tùm res iterum soluenda est, & cõgelanda, donec amplius fęces nõ relinquat. Atq; hoc pacto acquiruntur aliæ eius fæces ab ea, quę prius cùm in interioribus latebãt, acquiri non poterant.

Cap. 75.

Quæstio, cum solutione.

NVNC verò quæras. Quî fit vt natura interior fęces suas nolit dimittere, cùm tota materia aqua sit? Sciet filius meus ac intelliget: quamvis omnino aqua sit, frigiditas eius foris est, ea verò ita cogit & cõcludit caloré, vt calor qui intus est, ita sit cõclusus, vt nihil de suis fęcibus à se dimittat, antequã ipse foris ster. Ac tùm solutus semetipse aperit, ac fæces dimittit: tùm enim à frigiditate non constringitur. Ac è contrario, vbi calor alicuius rei foris stat,

ibi

ibi frigiditas ita intus retinetur ac cõcluditur, vt se aperire nolit, ac fæces apud se retineat. Imò tametsi aliquis calor ac humiditas esset in calore interiore: calor exterior foràs expelleret: quemadmodũ quotidie cernere possumus in destillationibus ex balneo, atque etiam ex igne: nam ibi ascendit aqua, aër & ignis, ac frigida sicca terra in fundo remanet, ac ibi concluditur ob calorem qui foris vasi accedit.

Cap. 76.

Bis rectificandum ei qui verè Elixir aut quintã essentiam sit facturus.

ITa bis rectificandum ei, qui verè Elixir, aut quintam essentiam sit facturus, in quacunque materia id fuerit, siue in speciebus, herbis, radicibus, saccharo, melle, & id genus alijs. Ac iuro tibi per Deum, nunquam huiusmodi secretum manifestatum esse, quàm à me solo. Ac etiam nunquã descriptum, quam mea solius manu. Prẽterea audisti quomodo, & quâ ratione vitriolum positum fuit destillandum, ac ex eo oleum eductũ instar sanguinis rubens: ac terra in fundo vasis permanebat. Ac quomodo oleum illud in terra sua imbibebatur, ac ponebatur in tripode, in ovo vitreo aut ampulla 40 dies, ac in lapidem Philosophorum mutabatur. Iubebam tibi insuper servare oleum vitrioli: ac Mercurium sublimatum in aqua forti soluere, ac præcipitare, ac aquã fortem ei abluere, ac siccare, ac vitro indere, ac super fornace ponere, donec ruber esset, ac interius eius foris. Ac deinceps facere vt cum vitrio-

vitriolo, ac oleum ex eo extrahere, ac rursum corpus eius eo imbuere: ac totum illud corpus ad oleum reducere, vt proiectionem faceret. Dixi insuper omnia metalla in oleum reduci posse eodem modo, absq; elementorum separatione, sicuti res sese habet.

Cap. 77.

NVNC tibi dico, scrutare omnia verba mea quę te in hoc opere de sale & oleo docui. Peropus tibi ritè intelligere. Nonne te etiā docui quo pacto omnia metalla per alembicum trahes, ita vt omnino destillent in oleum, vt nihil relinquant, aut quicquā remaneat. Id verò solū facit fortis spiritus aceti: ac efficit vt perfectè sint separata & rectificata à fæcibus suis intus & foris, vt te docui, ac vt interius foris stet, ac exterius intus. Ac tum adeò resoluta ac subtilia sunt, ita vt elementa à se invicem non sint separāda. Quamvis omnia media quæreres quæ in orbe reperiri possunt ad hæc elemēta separanda, non posses efficere, ob eorū subtilitatem, munditiē, ac resolutionem. Cumque tùm apud se habent subtile acetum penetrans, omne simul per alembicum cum aceto transibit. Si verò igni admoveres, ac nullus spiritus aceti adesset, statim simul fixarēt: ac quia acetum copiosè in eorum mundo, aperto, subtili corpore est, destillant in oleum, & spiritus aceti apud ipsum fixant.

Cap. 78.

Spiritus aceti præ omnibus quę in mũdo sunt, subtilis est.

SCIES spiritũ aceti præ omnibus rebus quæ in mundo sunt, subtilem esse. Imò millies subtilior est quam quinta essentia aquæ vitæ: nullis vasis contineri posset: sed facilè dimidia ex parte fixus est: ideò facilè fixat rem ad quã adhibetur. Quemadmodum in vegetabili demonstratur, vbi de vino eiusque natura sermo est, ibi satis docebere, quid acetum sit, eiusque spiritus, quomodo omnia vt solvantur, & ascẽdant, efficiat. *Cap.* 79.

Multiplicatio nobilis olei Philosophorum.

NVNC videre volumus, quo pacto nobile hoc Philosophorum oleum multiplicare poterimus. Sume nobile hoc oleum Philosophorum, ac amplæ ollæ vitreæ inde, cuiusmodi suprà figurata habetur. Ac super vnam partem 100 partes funde illius olei quod ex vitriolo eduxisti, quod te suprà conficere docui: ac ollam operculo vitreo operi leuigato, vt quadret: ac luta, & super fornacem in cineribus cribratis pone: ac ignem sub ea accende lampade, eo calore, vt si ceram liquefactam servares, vt non concresceret. Ac in eo calore retine ad 6 hebdomadas. Atq; interea temporis oleum vitrioli vnâ cum nobili oleo Philosophorum fixatũ erit. Ac tam bonam & altam projectionem faciet quam oleum priùs. Itaq; dilecte istam lectionẽ sæpius perlege, ac memoriæ manda. Nam tibi inprimis necessarium est, ac fundamentum cui tota ars innititur, est.

Lectio hęc sępius perlegẽda, ac memoriæ imprimenda.

Sed

Cap. 80.

SED si vulgare oleum ex metallis velis educere, vt de vitriolo doctum est, metallum tuum in aqua forti solues, ac facies præcipitari, ac salsedinem ei aqua communi abluе, eoque siccato, in vitro oblongo gutture, immisso, ac congelato, ac posito super fornace in cineribus cribratis: ignem subijce talē qualem vitriolo, donec metallum omnino rubeat, ac donec interius eius foris sit. Tùm solue in aceto destillato, vt vitriolum, ac congela donec nullæ fæces amplius remaneant. Tùm destillandum pone: ac metallum omninò destillabit in rubrum oleum, estque oleum perfectum Philosophorū. Verùm proiectio eius non tam alta est, quam olei, quod priùs sal fuit. Atque omnē oleum metalli oleo vitrioli multiplicabis, vt antè doctum est. Ac admodum facile oleum conficitur ad eundem modum ex Saturno, eiusque proiectio admodum alta est. Age gratias Deo, operare, ac pauperum memento, Dei dona in tuam salutem moderare.

Quomodo vulgare oleum ex metallis educendum

Oleū perfectum philosophorum.

Modus purificandi ac separandi materiam à fæcibus.

Cap. 81.

SCIES dilecte 3 esse vias ac rationes mundificandi aut separādi rem aliquam à suis fæ-

3 rationes sunt mūdificādi aut

separandi rē aliquam á suis fæcibus.

cibus. Prima ratio de qua dictum est, iuxta naturam vel per naturam. Natura enim repellit à se quicquid imperfectum est. Quemadmodum quotidie cernimus in omnib⁹ quæ in terra defodiuntur, omnia simul in terram convertuntur, quæ est ipsorum mediū. Ac intuêre quicquid quotidie aëri expositum est, siue sit ferrū, chalybs, plumbum, cuprum, lignū aut lapis: ac omne quod die nocteq; aëri expositum est, perit, ac conteritur, & cōsumitur diuturno tēpore. Propugnacula, arces quamlibet fortes, pereunt diuturnitate temporis, ac in terrā medium earum gradum calcinantur.

Omnia quæ in terrā defodiuntur in terrā conuertuntur.

Cap. 82.

Quare omnia cōuertantur in terram, ac non in aërem, aquam aut ignem, egregia explicatio.

QVæras autem: qui fit vt omnia convertantur in terram, ac nō in aërem, aquam aut ignem? Scies: quicquid hīc infrà sub circulo lunari exiſtit, id ex quatuor elementis compositum est. Ac 4 elementa omnia immunda, ac fæcibus plena sunt. Vnum elemētum alio impurius est, vt in Vegetabili opere docetur. Ac terra immundissimum est, ac maximè siccum elementum, plurimas fæces habens. Ita omnia primùm in terram convertenda sunt, antequam in aërem, aquam, aut ignem converti possint. Id ita esse debet, quod Natura operatur sine artis adminiculo. Natura enim non mouetur vlterius quàm ad operādum de gradu in gradum. Ac ideò Natura diu operatur. Pervenire enim a principio ad finem non po-

Elementū aliud alio impurius est, terra autē omnium immundissimum.

tes,

tes, nisi prius spatium intermedium transeas: neq; etiam iter 100 miliarium potes absolvere, quin prius iter intermedium transeas. Ad quartum gradum pervenire nō potes nisi primo, secundo, & tertio præteritis. Ac qui hoc non intelligit, ei vt operetur in nostrâ arte author non fuerim. Ita, mi fili, ex ratione prædictâ liquet, omnia quę cursu naturæ purgantur in terram converti; nam cùm quid in terram convertitur, tum apertum & resolutum est, vt quodque elementum sui simile ad se trahat, quemadmodum in opere vegetabili satis demonstratur. Ac vt rem ex primo gradu in alterum perducam: vt in aliam naturam converta tur necesse est: ac in aliam naturam cōverti nō potest, quin prius terra fiat: ob fæces quas in se habet. Aspice plumbum, quicquid moveatur ad ignem in olla, prius in cineres aut terram converti debet, quā figulus eo vitrificare possit. Plumbum enim vitrum fieri non potest, antequam in aliam naturam transferatur: nec in aliam naturam converti potest, quin prius terra fiat, ob fæces, quas in se habet. Nec potes ex plumbo argentum conficere vi, quin priùs vitrum sit: sicuti multis in locis ritè docetur: quamvis aliâ quidem ratione ad argētum perduci possit, sensim ei fæces adimēdo, quemadmodum suo loco docetur. Nam plumbum in exterioribus argentum est: ita plumbo nihil aliud deest vt ad argentum perducatur, quā vt

ei fæces detrahantur, ſulphur eius terreſtre, ac tùm argentum eſt. Quemadmodum Natura quotidie convertit, ſicuti videre eſt. Intuêre arces veteres quæ olim plumbo tectæ fuere, ac ſuper quibus ad annos quingentos aut ſexcentos iacuit, ita vt omne plumbum illud in terram cõvertatur, aut in ceruſſam, ſicut quotidie etiamnùm in veteribus tectis plumbeis reperitur, quod ramentis deſilit: ac ſi diutius iacere poſſet, Natura tandem in argẽtum percoqueret, ac mundaret. Quemadmodum egomet vidi, cùm huiuſmodi vetus tectũ plumbo tectum quod facilè per bis aut ter mille annos iacuerat, demeretur, tectũ illud plumbeum in micas à ſe invicẽ frãgi, perinde ac ſi fuiſſet calcinatum. Cùmq; diffringeretur micabat quaſi limatura argenti in eo fuiſſet, ac album erat ſicuti ceruſſam eſſe cõvenit: ſed apparebat quaſi ceruſſa illa argento conſperſa fuiſſet: ac plumbũ illud in teſtis ponebatur, ac aliud plumbum & purgabatur per cupellam ac omne ſimul erat pura Luna, ita Natura mundauerat longâ digeſtione. Ita conſtat per rationẽ prædictam, Naturã operari, mundare, ac fæces omnes à ſe repellere, ac in nihilum redigere ac in pulverẽ, medullam Solis. ℞. amphoram amplam capientem 10 aut 12 menſuras, eam aquâ impl[illegible], ac die nocteq; in aëre pone, vbi Sol ſplendet, ac ſolidè obtura, vt neque pluvia, neq; aër ingrediatur; aqua illa fœtida, immunda, glutinoſa,

nosa, limosa, ac mali amariq́ue saporis erit: ac progressu tẽporis fœtor ille cõsumetur, atq; abolebitur. Ac fęx aut materia terrea, quę aquæ inest separabit se à materia aqueâ, ac in fundo subsidet, atq; ibidem permanebit, ac aqua illa munda ac nitida fiet, quasi destillata esset, ac fiet dulcis ac fragrans, ac boni saporis. Aquam illam à suis fæcibus diffunde in vitrum mundũ, ac diu etiamnum stare sine, ac denuò fæces residuum facient: iterum effunde. Idq́ue itera donec nullas amplius fæces in fundo reperis. Aqua illa rectificata est per cursum Naturæ. Quamvis aqua illa staret in diem vsq; novissimum, nunquam corrumperetur, si probè eam obturatam servares. Par iudicium de oleo. Nam si quod oleum seruaretur in amphorâ lapideâ, aut vase aliquot annos, ipsum fæces suas à se repelleret in fundũ, ac fieret clarum ac tenue, sicuti de aquâ dictũ est. Ac vide vinum vetus, aut cervisiam probè seruatam, ac firmiter obturatam, quomodo fæces à se repellat in fundũ; vide vina illa vetera & clara, quæ sæpè à fæcibus clarificata sunt, quã efficacia & clara fiant: Imò si ad aliquot annos ita sinerentur ac probè obturata, ita sese mundarent, vt ad extremum nullæ fæces in ijs reperirentur, ita ad extremum rectificarentur: ac quamvis destillarentur, nullas fæces relinquerent. Tùm quod rectificatum vltra esset, rubrum foret, ac lucidum instar crystalli. Sed longo tempore

opus esset, antequam Natura vinum eò perduceret: verùm id ad extremumm fieret. Atque hoc modo se res habet in omnibus quæ fæces habent, vti prius dictum est. Ita liquet ratione iam dictâ, Naturam ipsam cursu naturæ omnes fæces à se repellere. Ac si hac de re clarius doceri cupis, quære in opere vegetabili, ibi manifestò doceberis.

Cap. 83.

2 Mundificandi ratio quæ fit arte, soluẽdo ac congelando.

EST præterea etiam alia ratio mundificandi quicquid in natura fæces habet: id verò arte fit: in eo ars naturam iuvat: ac fit solvendo & congelando: quemadmodum in magno opere partim declaratur. Quare de eo. i. de mundificatione aut separatione fæcum pfectè scribere nolo. Si de eo planè intelligere cupis, quære in opere vetetabili, vbi de rectificatione elementorum agitur, vbi elementa mundificantur ad extremum absque elementorum separatione, ibi plixè & planè de his doceberis.

Cap. 84.

2 Mundificandi ratio qnæ igni fit, vstioque dicitur.

SCIES deinceps esse aliam rectificationem, ad fæces omnium metallorum ac rerũ mineralium, quęque igni fiunt. De eâ rectificatione aliquantum agemus, ac docebimus quantum opus sit, ac si planius de ea doceri cupis, quære in vegetabili, vbi agitur de effigiandis lapidibus pretiosis, deq; pretiosis amausis cõficiendis: ibi prolixè & planè doceberis: hic de eâ neq; prolixius neq; pluribus agere volumus,

quàm

quàm necesse sit, atq; ad opus nostrum requiritur. Scies omnia metalla posse purgari à suis fæcibus igni: ac elementa perfectè simul manebunt absque separatione, ac deinde sine fixione. Ac omne fiet igni. Ista verò vstio fit variis modis. Atque aliter Sol vrendus aut cæmentandus est, quam Luna, aliter Luna, quam Saturnus, Aliter Venus vrenda est, quam Mars.

Cap. 85.

Duplex vstio in metallis adhibetur.

SCies porrò duplicem esse vstionem quæ in metallis adhibetur: vnam cæmẽtatione, de qua infrà etiamnùm nobis sermo erit, ac vna cæmentatio fit sale ac spiritibus mineralibus, absq; metallorum in vitrum conversione: atq, vna aliter fit, quam alia.

Cap. 86.

Quæstio cum solutione.

NVNC quæras: Possunt-ne omnia metalla converti in vitrum absque vllius additione, ac denuò reduci in metallum? Scies omnia metalla posse converti in vitrum absq; vllius additione, Sole vno excepto, is in vitrum converti non vult, quamvis vsq; in diem iudicij vreretur: aliquid ei addendum, quod in alijs metallis non est necesse. Sol enim natura purus est, ac tametsi aliquas fæces in se habeat, nõ tot sunt, vt corpus eius possint tegere. Ita quamlibet valdè Sol vratur, fæces vitrum non fiunt, sed potiùs comburitur præ multa & forti cõbustione, ita vt non fiat vitrũ. Id verò de alijs metallis fieri nõ potest, ea vitrum naturale fiunt.

Dicas

Dicas verò iam: cùm quid vitrum est factum, ad extremum perductum est. Nam cùm quid vitrum est, ad nullam materiam perduci potest: quia vitrum omnium extremum est, ac post iudicium quicquid sub firmaméto comprehensum est, omne in vitrum diuinâ ordinatione convertetur. Liquet igitur vitrum omnium extremum esse: ac vitrum ad nullam rem aliam arte deduci posse, quam ad vitrum, aut ad materiam combustam, aut ad fæces. Nam sæpè vidi vitrum longa, ac vehementi vstione reduci ad nigros colubros, vt carbones fabriles, ac etiamnùm longa vstione albos fieri cineres, leues in moré pulveris, ac pulverescebăt: atq; ita vitrum illud redigebatur in nihilum. Atq; hoc pacto ratione liquet, vitrum esse extremum, ac postremum omnium, neq; ad rem vllam aliam arte reduci posse. Natura enim arté non habet, sed ars sequitur & iuvat naturam. Scies proinde vitrum esse extremum ac vltimum omnium, excepto metallo, ac rebus metallicis. Ratio hæc est: In omnibus rebus combustibilibus separatur oleum, ac humor naturalis vehementi ac diuturna vstione à terra sua: nisi in metallis ac metallicis mineralibus rebus, in ijs oleum à terra non separatur; sed semper in igni terræ adhæret, quamvis in æternum vrerentur. Nam si oleum à terra metallorum separaretur, ex terra Elixir confici minimè posset, ac sal metallorum liquę-

Vitrũ omnũ extremum est, quod probatur.

Natura arte non habet: sed ars sequitur & iuuat naturam.

quefieri non posset: quomodo igitur in corpora imperfecta ingressum darent, aut tincturam?

Cap. 87.

Quæras autem: an sal tincturam metallorum dat? Scies: sume oleum metalli, id tincturam dat. Scies cùm sal extrahitur ex metallo ac præparatur vt oportet, ad proiectionem faciendam, nō fit vlla tinctura, sed proiectionem ad album facit. Atque res hæc est: Oleum inclusum eius interioribus, vt in ouo albumini vitellus. Verùm cùm rubram proiectionem facere volumus, ignis aut oleum foris ponendum est, ac sal eius aut terra intus: atque ita hoc ipsum proiectionem ad rubrum faciet, sicut priùs ad album faciebat. Priùs erat sal metallorum, ac faciebat vnum in 100: ac cùm ignis aut oleum foris positum est, tùm est metallorum oleum, ac facit 1 in 1000. Ac quamvis eadem sit materia, tamen interius eius foris positum est, ac exterius intus.

Quæstio cū responsione.

Cap. 88.

Quæras etiam: cùm sal aut terra metallorum cum oleo ipsorum sunt educta ex metallis vstione ignis, tùm Mercurius eius aut aër separatur à terra, ac ab oleo, quomodo sal illud aut oleum ingressum dare potest? Dicunt enim Philosophi; aër ingressum dat, ignis tinctu-

Alia quæstio.

Aer ingressum dat, ignis

ẽncturam, oleũ liquescere facit, terra fixat.

tincturam, oleum liquescere facit, terra fixat. Atque hîc aër avolauit, diuturnâ ignis vstione. Scies, satis aëris oleo remansisse in igne, quantum ei possit sufficere. Nam elementa ita conglutinata sunt, vt nunquam à se invicem seperare possis, quin permista inter se maneant. Non reperitur ignis absque aëre, nec aër absque igne. Hæc vna ratio: altera ratio hæc est: Terra & ignis sunt 2 elementa fixa, atque apud se retinẽt multùm fixæ partis aeris, quãtum eis satis est, vt ingressum dent.

a Rationes.

Cap. 89.

Alia item quæstio.

QVæras autem: Qui fit vt omnia metalla vitrum fiant Sole excepto? Hoc ita intelliges. Omnia metalla immũda, ac fæcibus plena sunt, ideò facilè calcinãtur. Omnia enim membra metallorum sunt plena immũdis sulphureis fæcibus, quas in mineris nacta sunt: cumque in vehemens incendium perveniunt, facilè calcinantur: atque humiditas crassæ fæcis sulphureę comburitur. Nam sulphur eorũ fixum non est, quemadmodum sulphur Solis. Ac pinguedine sulphuris cõbusta, fęx sulphuris tam sicca fit, vt totum metallum in calcem aut terram cõvertatur. Atque ideò omne metallum in calcem, aut terram convertendum est: In vitrum enim transferri non potest, nisi prius sit calx. Nulla res ex naturâ ppriâ transferri potest in aliam naturam, sine medio. Nam prius metallum erat, ac fit vitrum. Iam metal-

Nulla res ex natura ppria trãsferri potest

lum

lum & vitrum duæ naturæ ſunt: ac vt id fiat, per terram aut calcem fieri debet, quæ mediũ eſt. Ac tùm etiamnùm vehementiore vſtione ac tempore diuturno terra illa aut calx in vitrum convertitur: vt ſatis docetur, vbi lapides effigiari docentur. Lapides enim effigiati facilè decies ſpecioſiores ſunt ac lucidiores Orientalibus, atq; multo gratiores aſpectu. Vide enim amauſa quibus encauſto pingitur quàm ſpeciosè viridia ſint, cærulea flava, rubra ac alba. Ac vnum dimidio ſpecioſius eſt alio, quãvis eiuſdem ſint coloris, atque etiam facilè vigeſies præſtantius. Et tamen ex vno metallo facta ſunt.

in aliam naturam abſq; medio.

Cap. 90.

QVæras autem: Quî fit vt vnum ſit pretioſius alio, cùm ex eodem metallo ſint cõfecta? Scies, cum metallũ redactum eſt in calcem au terram, ac tùm in fornace camerata ponitur, aut in fornace reverberatoriâ, in quâ vitrum vritur: vehementiſſimum calorem habere debet, antequam mundum, clarum, ac pellucidum vitrum fieri velit, ac priuſquam fęces in vitrum converti. Scies vitrũ hoc quod ita conficitur, ſimile eſſe corpori glorioſo: quia fæces metalli vitrum fiunt, quæ priùs nigrum, immundum, impurum corpus erant. Ac ſub eo corpore latet quinta eſſentia metalli, quæ incombuſtibilis eſt, ac lucet per corpus vitreum, ſuo pretioſo colore: quemadmodum ani-

Cũ amanſa alia alijs ſint pretioſiora, cũ ex eodem metallo ſint confecta.

ma

Anima die nouissimo in corpore glorificato lucebit velut lucerna posita in laterna cry stallina.

ma die nouissimo in corpore glorificato lucebit, velut lucerna posita in laterna crystallina: ac vna anima multò clariùs lucebit quam alia, provt Deo placebit. Ac alius alio multo elegantius ac clarius corpus habet. Eodem modo se res habet in Amausis de quibus hîc nobis sermo est. Scies enim quintam essentiã metallorum, eorum oleum incombustibile aut ignem, suo pretioso colore ornatum, cum claro illo sole esse permistum, per omne illud vitrum quod ab omnibus metallis vstum est, aut fæces eorum, ac nobilis ille color olei incombustibilis lucent per corpus vitreum, quemadmodum lucerna lucet per laternã, vt prius dicebatur. Ac quod vnum pretiosius sit alio, vnum etiã speciosius sit, ac facilius liquescat, hac ratione fit.

Cap. 91.

Metallum calcinatũ, calx aut cerussa est

SCIES, cùm metallum calcinatum est, calcem aut terram esse: ac si artifex insigne amausum viride velit conficere, id ex calcibus Veneris vrere debet. Ac si tùm velit habere insignẽ viriditatẽ, quæ colore ac claritate omnẽ viriditatem superet: calces supermarmore terere debet cum aqua salsa impalpabiliter, ac tùm abluere aquâ cõmuni mundâ, donec aqua à calce munda ac pura defluat: ac terere, vt priùs, donec nullo ampliùs sordes terreæ proveniunt, indè vitrum vstum fit multo speciosius & præstantius amausum, atque etiã mul-

to

to faciliùs liqueſcit: quàm ſi ex eo vitrum cõfeciſſes abſque terendo, ac repurgando à ſuis fæcibus terreis. Atque ita ſe res habet in alijs calcibus Saturni, atque etiam Martis, eæ efficiunt vitrum fuluum. Iupiter album amauſum, Luna cæruleum, Sol rubrum: ac ſi alios colores cupiant vnum colorem cum alio miſcent.

Cap. 92.

Quæſtio de amauſis, an denuò in corpus ſuum reduci poſſint.

NVNC quærat filius meus: Amauſis iam factis ex metallis, vtrum poſſibile ſit ea denuò in corpus ſuum reducere: cùm vitrũ ſit omnium extremum, vt priùs cõmemoratum eſt? Scies rurſùm indè corpus effici poſſe, cùm iſta vſtio fiat igne vehementi, ac facilè. Nam ſpacio 12 horarum facilè cõfici poteſt, ſiue vitrũ, ſiue amauſum, ex calcibus metallorum in fornace reverberatoriâ. Et calces metallorum non ſunt reſolutę, eſt materia ſicca, in qua terreſtritas aut fæces foràs ſunt productæ, eſtque ſicca. Nam quò metallum immũdius ac impurius eſt, vt Venus, eò calces ſicciores ſunt, ac nobilitatem metallorum ſua ſiccitate foras exire compellunt, cùm calorem ingrediũtur, ac incendium flammæ, ita vt nihil aut parum eius quod metallicum ſit, avolare poſſit. Atq; etiam corpus non eſt apertum: ac ſicca illa terreſtritas calcium cõponit ſe præ vehementi incendio ad coagulandum ac liquandum in vitrum. Ita Mercurius metallorũ ad volandum

venire

venire nõ potest: antequam se ex aridis illis ac compactis fæcibus tollere possit, fæces calces factæ sunt. Quare in multis operibus, in quibus vstiones adhibentur, iubetur, vt verè candeat nec amplius. Nam si ignis vnicâ flammâ maior strueretur, omne in vitrum converteretur.

Cap. 93.

Plura de Amausis.

ITAQVE sume ac pulveriza Amausa subtilissimè, ac sume bonum acetum destillatum, in quo sal armoniacum solutum fuerit, in singulis libris aceti lothonem salis armoniaci: cum eo cõtere pulverem super lapide tam tenuiter, vt si pictor eo vteretur. Ac illum cõtritum vitro inde aut amphoræ lapideæ, ac bonâ quantitatem aceti destillati superfunde, ac pone in balneo, ac balneo ignem subde vt bulliat, ac moue quater aut quinquies de die, spathula lignea: atque hoc pacto retine 4 dies, ac noctes: tùm sinas frigefieri, ac funde fęces aceti in mundam amphoram lapideam. Ac super fæces denuò acetum recens funde, ac fac vt priùs. Idque tertiò itera: ac semper acetum primo adde. Tùm corpus illud omne solutum est ex fæcibus illis, aut ex vitro. Tum acetum euapôra, aut per alembicum destilla: ac in fũdo corpus metalli permanebit in puluere subtili: cum eo aliquantum boracis permisce, ac crucibulo inde, a- liquefacito in igne vehementi cum corpore. Si fuerit Mars aut Venus, munda ac pura sunt, ita vt non amplius situ

aut

aut rubigine infestentur, ac à suis fæcibus vacua sunt. Si verò Iupiter fuerit, fætor ac stridor ei ademptus, estq; mundus, ac fortis vt Luna. Si Luna, fixa est: si Sol, medicina, ac si Saturnus fuerit, Luna est. Sed non est vtile hoc facere, nisi ad naturam investigandam. Vidi enim ego ℥ rubri amausi venire 20 ducatis, ℥ cærulei 8 atq; aliud 2 ducatis. Itaq;, dilecte, cõmodum nõ fuerit iterum in corpus reducere. Ars insignis est, amausa facere. Nam facilè fit, cùm fiunt impolitè tãtummodo ex calcibus. Impoliti, Veneris, Martis, Iovis, Saturni libra facilè venditur ducato. Verùm cùm calces mundificantur, quemadmodum docetur in opere vegetabili, ex eo conficiũtur lapides pretiosi qui in vasis Principum ponũtur: & ex eo vasa Regum conficiuntur. Ita metalla mundificantur vrendo, aut reverberando, aut calcinando, ac calces identidem lauando, ac calces denuò in corpus reducendo: ac tùm denuò calcinando, atque iterùm abluẽdo aquâ communi: donec nullæ ampliùs fæces proveniant.

Ars insignis est amausa facere.

Cap. 94.

ITEM scito mi dilecte, esse & aliam vstionem quę Cęmẽtatio dicitur: quæ vstio altera calcinatio est. Verum est discrimen. Cùm vulgaris calcinatio instituitur, ea fit sale communi temperata: ac laminę metalli cuduntur, ac sumitur crucibulus, aut vas aliud terreum, ac ponuntur stratum super stratum, donec crucibulus

Esse ite aliam vstionem quæ cæmentatio dicitur, quęque altera calcinatio est.

Discrimen earum.

lus plenus sit. Tùm crucibulo probè lutato, aë in igne posito, ac candore naturali adhibitó: Si Venus fuerit ad 2 dies, si Mars 6 dies, si Luna horas 24, si Iupiter 8 dies, si Saturnus 2 dies: atq; ita deinceps. Hæc ratio calcinandi. Ité ratio cæmé tationis fit eodé modo, quo calcinatio. Verùm hoc est discrimen. Quòd iuvatur quibusdam spiritibus mineralibus, qui igni opitulãtur ad metallorum vstionem iuvandam, ac ea in pulverem cõminuenda, atq; etiam ad corporibus aliquam tincturam addãdam, atq; ad efficiendũ vt denuò facilius liquescant. Ac spiritus cum sale præparato commiscentur: ac parantur eodem modo, vt de calcinatione dictum fuit. Scies me hæc omnia dixisse, vt scias ac intelligas, quomodo purgatio metallorum, quæ per ignem fit, inventa fuerit. Sunt item etiamnùm plurimę rationes, metalla per ignem ad perfectionem reducendi, quæ nobis hic ad opus nostrum necessària non sunt, satis de ijs in opere vegetabili traditur, vbi docetur quid igni fieri debeat atque aquâ. Invenies hoc sexto & octavo capite, si melius & planius de eo doceri cupis, ibi quære.

De lapide Philosophorum.

Cap. 95.

Sequitur explicatio operis semel manu authoris facti.

NVnc dilectum meum docere volo opus quoddã quod semel manu meâ feci: estque opus facilè factu sine cura ac multa sollicitudine: estque vnum ex maximis meis secretis.

tis: Nam qui hoc opus præparare non novit, nunquam quicquam in arte proficiet. Hîc enim docetur, qué Mercurium Philosophi putent, ac quomodo ex corporibus sit extrahendus, ac multa alia secreta quæ in opere cõmemorabuntur. Item quomodo Soli ac Lunæ omnes fæces adimentur, ac fixabuntur, ac ponentur cum Mercurio in amalgamatione, ac cogemus in vnum brevi tempore in lapidem Philosophorum. Ac primùm Solem ac Lunã parare docebimus in opere, ac Mercurium ex corporibus extrahere, ac deinde simul in opere coniungere.

Luna fixa.

Cap. 96.

Sumẽdam primũ Lunam purã cupellatã, ac purum Solem.

SVmes primùm Lunam puram cupellatã, ac purum Solem provt libebit, eaq; in tenues laminas contundes spissitudine ducati, ac latitudine 1 palmi. Ac Lunæ tuæ addes sal commune prẽparatũ, ac arsenicũ ad albũ sublimatum. ℥i per calces corticum ovorum, ac lapidis calaminaris singulorum ana: ac per ʒ libras istorum libra 1 arsenici sublima ter quaterve, semper super fẽces conterens: tùm arsenicum paratum est. Tùm sume lib. 1 salis prẽparati, ℥ij prædicti arsenici, ac ij ℥ tartari albi calcinati probè clari ac pellucidi: ac tartarũ & arsenicũ probè inter se misce cũ sale: tũm habe crucibulũ ac cæmẽtanda pone stratũ super stratũ, vt nosti, spissitudine digiti. Cũ crucibulũ plenũ est,

Lapis calaminaris Plinio Cadmia.

id firmiter luta, ac sinas benè siccescere, ac pone cæmentandum, moderatam flammam adhibens, ita vt Luna tua non liquescat. Ac sinas leniter candere ad horas 36: tùm sinas refrigescere. Tùm crucibulum tuum effringe, ac Luna tua calcinata erit, eritq; Luna tua nigra ac fragilis, in morem vitri. Tùm aquâ communem mundam habe, destilla, ac Lunę tuę omnem salsedinem ablue, ac sine siccescere. Tùm subtiliter in mortario contunde, eumq; pulverem super marmore contere cum aquâ cómuni destillatâ, subtilissimè. Tùm pateram vitream habe, eiq; Lunam tuam contritam inde, atque aquam mundam destillatam superadde: ac pulverem tuū laua, ac sine subsidere. Id quod bonum est, fúdum petet; atq; id quod nihil valet, in aquâ manebit. Id verò leniter diffunde in aliam pateram vitream, super pulverem iterùm aquam mundam destillatā funde, ac move, ac denuò laua, ac rursùm sine subsidere, ac aquam denuò leniter super effunde in aliam pateram ad primā aquam. Tùm denuò aquam destillatam super pulverem funde, laua, ac fac vt priùs. Hoc opificium tandiu itera, donec aqua tua omnino clara à pulvere redeat, sicuti eam infundebas. Tùm probè ablutus est, ac instar niuis candidus. Tum vapora omnem aquam tuam, quam à pulvere tuo fudisti, si fortè quid tui pulveris diffusum esset, vt nullum damnum feras, ac liquefacito, quod in

in fundo reperis: si quod ineſt corpus, facilè liqueſcet, ita nihil damni accipis. Tùm ſume Lunam tuam candidè ablutam, ac reducito cũ borace, ac denuò in tenues laminas tunde. Ac cæmẽra, pulveriza, laua, ac liquefacito, vt priùs. Atq; id itera, donec Luna ex ſale munda ac candida prodeat, imò candore nivali: ac cùm eam lauas aquâ deſtillatâ, nullæ ſordes indè veniant, ac aqua tua munda ac pura defluat: quemadmodũ eam ſuperfũdebas. Tùm Luna tua mũda eſt, ac à fæcibus ſuis omnibus exonerata: atq; elemẽta abſq; ſeparatione rectificata ſunt. Proba: ſolve partẽ 1 de iſto pulvere albo in aqua vitę rectificata, aut aceto deſtillato, ac denuò congela, atq; iterùm ſolue: fęces nullas reperies, quãvis id centies faceres. Ipſemet ſum expertus. Quid cenſes de hoc ſecreto? Magnum myſterium in arte eſt, maius quam ritè comprehendi poſſit. Quia elemẽta rectificantur abſque ſeparatione. Profectò bonâ fide tibi dico, eſt maximum perfectum myſteriũ quod ſit in arte, ad elixir ex ſolo metallo conficiendum. Habet enim propriam ponderis proportionem. Cùm elementa purgãtur ſolvendo ac congelãdo, optimum eſt. Sed iſtud multò certius eſt: Nam cum ſolvendo ac congelãdo fit, aut geritur, elementum terræ ſeparatur cùm fæcibus à tribus elementis reliquis. Bonum eſt cùm rectè fit, ac ſedulò cauetur vt fæces benè ſerventur, vt nihil ex ijs pereat: igniſq; regatur

Proba.

Magnum myſterium.

in reverberando eo quo decet modo. Et in rectificanda terra trahere ex fæcibus, ignem, aquam & aërem, est valdè periculosum, nimis enim strictè cavendũ est: semper aliquid amittitur, ac si quid amittitur aut negligitur, iustam proportionem ponderis tui nõ habes, ac quod de elementis tuis habere debes. Atq; ita nunquam voti cõpos fies. Istud benè memoriæ imprime, vt nũquã obliviscaris: nullus enim defectus esse potest. Elemẽta propriam ꝓportionem habere debent. Quare admodum periculosum est facere opera in quibus vlla elementa separantur: bonum est cùm ritè fit: atq; etiam infinitam proiectionem facit, multò altiorem, quam vbi elementa non separantur. Itaq; dilecte, nostri Maiores multum errârunt, ac multum temporis frustrà impendêrunt, antequam de elementis rectificandis absque separatione cognitionẽ habuêre. Istud verò hic apertè indicatur. Quare ne cõmittas te periculo, vt quicquã facias, in quo vlla elemẽta à se invicẽ sint separanda. Timeo ne errares, ac quicquã elementi terræ amitteres: ac tùm omnis impensa, ac opera perijsset: sicuti ad extremũ facilè comperires. Quare dilecte hęc serva, ita errare minimè poteris. Potes quidẽ aliquãtulũ tui pulveris in lavãdo amittere, sed quicquid remanet, perfectum est: Natura enim non errat. Elementa ibi simul colligata manent, nam in opere etiãnũm fortiùs colligantur, quã prius. Cum enim à suis fæcibus pura ac munda sunt, ac tùm eti-

amnùm 3 dierum ſpatio, cęmẽtãda ponũtur, ita tùm ſimul fixantur, vt Luna fixa fiat. In aquâ forti probatur, nec ſolvitur: Colores retinet, eſtq; ſono ſurda, omnẽ enim ſonum amiſit: ac antimonium tranſit. Itaque fixa eſt. Ac quicquid factum eſt de calcinatione aut cæmentatione, id omne quidem ſale communi prępărato fieri poteſt, ſine arſenico aut tartaro. Sed diutius durat. Nam cum ſolo ſale cõmuni calcinatur, laminæ Lunæ nolunt denuò tam facilè calcinari. Aliquando facilè bis terve imponendę ſunt, antequam omninò calcinentur ad pulverizãdum: hæc vna cauſa eſt, quòd arſenicum & tartarum admiſceantur: ſunt enim tam ſęva & acria cum ſale, facilè laminas corrodunt, ita vt prima vice facilè pulverizari poſſint. Deinde fæces conſumunt, ita vt calcinationem ſæpiùs repetere, opus non ſit. Tertiò albam tincturam dant, cũ in opere albo ijs vti volumus. Sed ſi opus rubrum foret, præſtaret loco arſenici ſumere Mercurium ad rubrum ſublimatum, quemadmodum fit in cæmentatione Solis. Ea ratio eſt, quare hæc adhibeantur. Sed cùm quis vellet, ſolo ſale prăparato id facere poſſet. Egomet ſæpè expertus ſum. Scies inter cæmentationem Solis ac Lunæ non eſſe aliud diſcrimen, quam hoc, ſumes loco arſenici Mercurium ad rubrum ſublimatum: Ac Solem in pulverm contundere non debes, nec lauare, vt de Luna dictum eſt.

Cur arſenicum & tartarum adhibeantur.

Inter cæmentationem Solis ac Lunæ quod diſcrimen.

Nam Sol nigredinem non habet in se quæ ei sit abluenda. Mercurius, sal ac tartarum omnes eius fæces exedunt. Ac non diutius cæmentare debes, quam donec in pulvere non amplius amittis. Tùm Sol à fæcibus suis exoneratus est. Ac si ipsum melius cæmentare vis: cæmenta ipsum spatio trium dierum, vt Lunam. Mi dilecte, nullam aliam præparationem, aut mũdificationem adhibe, quam ego adhibeo per ignem, vt hîc te docui. Ipse vide, vt elemẽta tua simul perfectè habeas: quamvis altera illa ratio solvendo ac congelãdo optima est, ac quãvis elementa multò subtiliora fiant, ac proiectio multò altior, nihil refert tantum cõmodi accipere. Hæc mundificatio est via certa, ac sine curâ. Nunc Sol tuus & Luna ad opus nostrum parata sunt, quod operabimur.

Cap. 97.

Quomodo Mercurius Philosophorũ extrahendus.

NVNC, mi fili, docere volumus, quomodò extrahemus Mercurium Philosophorũ. Scies primùm me multa opera tibi dixisse quę alij artifices fecêre, ac ab alijs fieri ipse vidi: quædam perfecta & quædam imperfecta sunt. Siue verò perfecta, aut imperfecta sint, Mercurius Philosophorum habendus est, vt ad finem perveniatur. Nam Mercurius ex mineris veniens, nihil aliud est quam crudum sperma, nondum satis in mineris excoctum: fortassè facilè adhuc ducentos aut trecentos annos iaceret, antequam congelaret. Cumq; iam omnino

ninò cõgelatum esset: ad annos aliquot etiamnùm iacere deberet, antequã materia in pulverem subtilem converteretur: cùmq; iam in pulverem conversum esset diuturna coctione caloris naturalis, etiamnùm rubrum fieri deberet. Nam cùm Mercurius primùm in exhalationem convertitur, evaporat per aperturam mineræ, ac si tùm sulphur Philosophorum reperit cum sua spirituali natura, ita vt vnũ corpus fiat: ac si tùm sulphur ritè separatum fuerit à sua pinguedine cõbustibili, fit corpus perfectum siue album, siue rubrum. Ac sulphur illud ignorantibus est spuma, & fæces, ac pinguedo combustibilis vitrioli: atque ea ab illo separatur, quia res omnes naturâ sese à fæcib⁹ exonerare cupiunt. Ita crudum est sulphur, spuma vitrioli: ex crudo vitriolo provenit sulphur rubrum, atque ex albo, sulphur album: vt in vegetabili docetur, vbi agitur de sulphuribus quę omnibus rebus insunt. In rebus omnibus in quibus 4 elementa insunt, in ijs sulphur cõbustibile, ac incombustibile inest: sicut ibi manifestò ostẽditur. Cumq; tùm prædictus vapor congregatus est cùm sulphure Philosophorũ, ac vnũ corpus factũ est: multo tempore coqui debet in vẽtre minerarũ calore temperato, antequã iste Mercurius ac sulphur fixa fiant: idq; fit ab hinc 1000 annos, vt Deus & Natura ista operantur. Itaque dilecte, Mercurius ex mineris veniens, crudus sanguis ex quo

In rebus omnib. in quibus 4 elemẽta insunt, sulphur combustibile ac incombustibile est,

ope

ope naturæ ſperma metallorum coquitur, antequam vapor ſiat. Ac ob eam cauſam non reperitur metallum in Mineris Mercurij: nec reperitur Mercurius in mineris metallicis. Cruda eſt materia, nec arti noſtræ vtilis eſt. Sed eſt inſtrumentum ac malleus ad operandum in noſtrâ arte. Inſtrumentum eſt ad omnes colores eliciẽdos ex omnibus rebus metallicis. Sed vt eo vtamur in arte, cruda eſt materia, ac prorſus invtilis eſt, per rationem prædictam. Quare hæc dilecte dixi? vt ſcias omnes illos errare qui tali Mercurio operantur.

Mercurius eſt inſtrumẽtum, ac malleus ad operãdum in noſtra arte.

Extractio Mercurij è Luna, &c.

Cap. 98.

NVNC diſcet filius meus Mercuriũ ex corporibus extrahere. Principio aquam fortem ex vitriolo & ſalnitro ana conficies, ac in ea Lunam de more ſolves. Tùm facito præcipitari cum aqua communi. Tùm calci tuæ aqua munda ſalſedinem aquæ fortis ablue. Tùm calcem ſicca, ac inde vitro plano, fundum planum habenti. Tùm pone in tripode, aut athanare, ac pone calcinandum in fornace in qua ſpiritus tuos calcinas: ac ignẽ temperatum ſubde, perinde ac ſi plumbum retinere velis liquefactum, abſque concretione. Atque in eo calore retine ad hebdomadas 6; ac intereà temporis Luna tua ita reſolvetur, vt Mercurius eius à terra ſeparetur, ac ab oleo quod

Ignis temperatus adhibendus.

quod apud terram manet. Atque eodẽ modo Sole facere poteris. Sed calx eius facilè ad 18 hebdomadas ſtare debet, aut 24, aut interdum 32, antequam Sol Mercurium ſuum ſinat ſeparari à terra, ac oleo, quæ ſemper coniuncta manent. Nam oleum & terra metallorum à ſe invicem ſeparari nõ poſſunt, vt antè dictum eſt. Ac quia Sol vnitum ac ſolidum corpus habet, calx eiux tandiu ſtare debet ad aperiendum, antequam Mercurium à ſe dimittere velit. Itaque præſtat ſinere 32, aut 40 hebdomadas, in fornace. Nam quò diutius in fornace tenetur calore temperato, vt oportet, eò corpus fit apertius in morem ſpongiæ, ac intumeſcit, atque adeò leuis fit, vt ſit incredibile ijs qui non vidêre. Item ſume ℥ 1 calcis Solis, ac pateræ vitreæ inde tres quartarios liquidi continentem. Paterà tam plena fiet, ita vt calx facilè latitudine 2 aut 3 digitorum ſupra margines pateræ ſtet, adeo corpus illud aperitur. Sed facilè per annum ſtare debet, vt vſq; adeò aperiatur. Ac ſi ita reſolutum eſſet, Mercurius facilè ex eo ſublimaretur, exiguo igni, quẽadmodum ſal armoniacum ſublimaret. Atque hoc pacto omnia metalla aperire potes, vt ex ijs poſſis habere aut trahere Mercurium eorum, ſublimando. Quemadmodum docetur, vbi agitur de ſale. Ac ſcies, cum Mercurius ex metallis educitur ſublimatione, Mercurium tùm aſcendere, vt dictum eſt.

Clari-

Clarificatio Mercurij.

Cap. 99.

AC si ipsum denuò sublimas etiamnùm ter quaterve per vitriolum aut arsenicum, ascendet clarè instar crystalli, qua de re non est quod hic plura tradamus. Scies cùm Sol & Luna ad eum modum resoluta sunt in fornace calcinatoria, aut in athanare, aut in tripode: subtiliter cõteres super lapide cum sale armoniaco, in calcis Lunæ lib. 1, quartam partem libræ salis armoniaci, quod clarum ac pellucidum sit tanquam crystallus, absque humore, ac ita contrita amphoræ lapideæ inde. Tùm acetum sume destillatum quinquies aut sexies à suo phlegmate, ita vt nullas amplius fæces relinquat. Ac acetum in aliam amphoram lapideam evacua, ac alembico superimposito in balneo colloca. Ac amphoram cui calx contrita inest, luta probè ad rostrum alembici, ac sine lutamentum benè siccari. Tùm ignẽ sub balneo strue, ac acetum sensim destilla super calces Lunæ. Ac quot libras calcis Lunæ habes, tot 4 lib. aceti super eam destilla. Cumque acetum omne destillatum fuerit: sinas facilè per 3 dies refrigescere, antequam amphoram removeas. Nam si citius removeres acetum, Luna & sal armoniacum tibi elaberentur, ac nihil retineres, tàm vehemens illa est materia: nam frigidum & calidum simul veniũt. Cùmque removere vis, operculum vitreũ habe paratum,

Quare tam diu refrigescere fiendum.

ratum,ad os amphoræ, levigatũ, quod illi ſtatim luto agglutinabis, ne virtus illa tibi elabatur. Tùm amphoram in balneo pone: nec calidiorem ignem adhibe, quam manus tua cõmodè ferre poſſit in aqua vſque ad condylos, aut quam bibi poſſit abſque vſtionis periculo. Atque hoc pacto retine ad hebdomadas 6. Tùm ſine frigefieri: Ac effringe,ac alembicum luto ſtatim affige amphoræ admodum ſolidè: ac receptaculum ad roſtrum pone. Ac deſtilla balneo temperatè calido, quicquid deſtillare vult. Cùmque iam non amplius deſtillat,tùm exime,ac in teſta cum cineribus pone. Ac iterùm receptaculum ad roſtrum luta: ac initio puſillum ignem adhibe: pòſt vehementiorem aliquoties,donec Mercurius tuus cum ſale armoniaco ſurſum ſublimare incipiat,tam candidus quam nix: ac claris fibris ad albam materiam pendens:ac tùm ita retine, donec videas non ſublimare,in eodem candore, ad Mercurium probè ex terra extrahẽdum. Pòſt ſinas frigefieri,ac alembico ablato,Mercuriũ ſublimatum exime, cũ ſale armoniaco, quæ ſimul ſurſum ſublimata ſunt,in maſſam: ac maſſam tuam pondera,ita ſcire poteris quantum Mercurij ex calcibus Lunæ ſublimâris: noſti enim quantum ſalis armoniaci amphoræ indideras. Tùm ſublimatum iterùm vitro inde,ac denuò ſublima etiam ſemel,vt videas, num quæ fæces remaneãt: nam ſiquæ fæces remanent, toties

ties tibi sublimandum est, donec nullæ fæces remaneant. Serua istum Mercurium, donec ego te doceam, quid eo sis acturus.

Cap. 100.

SCIES in illâ amphorâ, ex quâ Mercurium cum sale armoniaco sublimasti, esse corpus aut elementum terræ cum suo oleo aut igni. Hoc exime, ac pondera, ita etiamnùm melius scire poteris, quantum Mercurij ex eo sublimaris: sciebas enim quantùm calcis Lunæ in amphorâ habebas. Ita certò sciri potest, quantum ex eo habeas. Tùm sal tuum aut terram vitro inde, ac superfunde acetum destillatum, ac solve in aquâ pura, ac vide an vllas fæces ponat: ac si quas ponat fæces, sensim supernè effunde, ac denuò congela tandiu donec nullas fæces amplius relinquat. Tùm rursum cõgela. Tùm habes sal tuum præparatum à terra tua clarum instar crystalli. Tùm Mercurium tuum sublimatum, & sal armoniacum, & clarum tuum sal accipe, ac simul super marmore siccè contere. Tùm omne cõtritum pateræ vitreæ inde, ac pone in tripode, aut fornace calcinatoria, ac ad sex hebdomadas ibidem stare sine: ac calorem adhibe, perinde ac si plũbum retineres liquefactum absque concretione. Ac sex hebdomadis illis exactis, sine refrigescere, ac tùm in cella frigida colloca, ac pannum lineum superimpone, ne quis pulvis incidat. Spatio 6 aut 8 dierum omnino in aquâ claram solvetur.

Qualis calor adhibendus.

Ace-

Acetum Philosophorum.

Cap. 101.

SCies autem istud esse Philosophorũ clarum acetũ. Nam cum scribunt, nostrũ acetum, aquam istam volunt. Cumq; dicunt Mercuriũ Philosophorum, aquam istam volunt. Estq; eorum acetum, ac est illud de quo tam mirabiliter scribũt, aut loquuntur, qua de re nihil hîc cõmemorare opus est. Scies quòd aquam istam ollæ vitreæ indes, ac sumes 3 partes Lunæ in igni præparatæ, vt te hîc docui, atq; vnã partẽ Solis etiam in igne præparati, vt te etiam antè docui, ac singula in aqua forti solue, ac facito præcipitari, ac ijs salsedinẽ ablue, atq; exicca. Ac sufficientẽ quantitatẽ solues, non enim scis quãta tibi opus erit. Cumque duas istas calces habes, tùm dilecte vitrum cum aceto Philosophorũ prædicto pones in testa cum cineribus cribratis. Ac ei ignẽ pusillum subdes, qualis ad Solem, aut Lunam soluendam adhiberi solet.

Mercurius prædictus, acetũ Philosophorũ.

Mixtio.

Cap. 102.

TVm R 3 partes calcis Lunæ, ac vnam calcis Solis, ac miscebis inter se, ac in ista aqua pones 1 ℥ aut ij ℥, provt multum aquæ habes; aut provt opus tuum magnum habere vis. Ac vitrum subere aut alio operculo quod solidum sit, obtura: ac sinas solui ac aliquando reline, ac solui sine: ac vbi fere solutum fuerit, aliquantũ amplius adde, 1 ℥ aut minus, provt tibi

Prędicta quomodo misceãda.

tibi videbitur in eo soluturum. Cùmque denuò ferè solutum fuerit: aliud rursùm adde. Idq; itera, donec nihil ampliùs in eo solvi velit vt in eo remaneat. Tùm sufficit, ac aqua tua suo ipsius pabulo satiata est: ac lacte matris pota est.

Cap. 103.

SCies item hanc esse optimam solutionem quæ vnquã in orbe reperta fuit, in hac nullus error, proportionis, ponderis. Natura enim non errat. Nam cum Mercurius solutus est, alia metalla porrò soluit, vt alijs in locis ritè docetur. Nec amplius soluet, quam possit, nec plus corporis in se recipiet, quam natura eius ferre possit. Nam quicquid ei opus nõ est, soluere minimè pòtest. Estq; optima amalgamatio quæ reperiri possit. Tùm aliud vitrum in

Natura nõ errat.



hunc modum constructum sumes, ac in illud infunde sensim materiam solutam à pulvere, qui in fundo non solutus iacet. Tùm vitrum istud super fornace pone, in testâ cum cineribus cribratis tam profundè, quam materia alta est, ac non profundiùs. Ac calorem tantùm adde talem, qualis est Solis meridiani splendentis in Ariete, nec maiorem. Ac duplicem panniculum lineum vitro superimpone, ac congelatur in pulverem cinericium, aut massam. Cumque congelatum est, pusillũ vitrum rotundũ habe, quod

quod ritè ori vitri quadret, ac vtraq; ad os levigata sint, eaq; simul luta lutamento forti. Ac in eo calore retine, donec pulverem tuum cinericium albescere videas: Tùm ignem tuum auge paululum, perinde ac Sol lucet in Iunio. Atq; ita igné in eo calore retine, donec pulvis tuus tam sit candidus quam nix. Tùm ignem tuum auge tantũ, vt Sol lucet in Leone, ac per eum caloré ex tua materia aut pulvere nascuntur exiguę fibræ crystallinæ, perinde ac si vitrũ foret, aut acus, ac resplendent instar crystalli. Ac retine ignẽ in eo calore, donec videas nullas amplius exiguas fibras enasci. Tùm materia tua fixa est.

Cap. 104.

SCies item exiguas illas fibras sese interdũ non manifestare. Cùmq; sese non amplius manifestant, materia fixa facta est, prędcedenti calore. Hoc te nihil moveat. Præstat opus fixũ fieri exiguo calore, quam magno. Si initio calorem adderes, qualis est Solis media æstate splendentis, exiguę fibrę exoritẽtur latitudine manus: sed hoc vtile non esset. Præstat lapidem coctum esse tali exiguo calore, ac nullę exiguæ fibræ exoriantur. Nam cùm fibræ enascuntur, si tùm maiorem calorem adhiberes, tùm omnis spiritus ascenderet, ac in morem fumi albi in superiorem partem vitri subvolaret. Ac si fortè id contingeret, vitrum aperi, ac in vitro materiam albam infrà absterge, ac denuò vi-

Commendat ignem pusillum.

trum obtura. Ac caue ne amplius tantũ calorẽ adhibeas, alioqui materia tua nigra, aut rubra fieret, in morẽ pulveris lateritij. Ac tùm corrupta esset, ac denuò ab integro tibi incipiendũ esset. Itaq; vide, vt ignẽ tuum ita moderetis, ne colorẽ croceũ loco albedinis acquiras: nec rubedinẽ pro colore croceo. Præstat ignẽ esse nimis paruũ, quã si nimis magnus esset. Cùmq; iam perfectè albũ est, ac eo calore nullę exiguę fibræ exoriuntur, materia tua fixa est. Tũ materiã in 2 partes partiri poteris, vt vnã partẽ ad rubrum coquas, ac alterã ad album. Tùm alteram partẽ in aliud vitrum evacua: ac compressè luto obtura, ac in eãdẽ fornace pone, in cineribus, ac ad rubrum trahes. Ac quod ad albũ trahere vis aquã paradisi pfundes, ac pones in eãdem testã cum cineribus, eodẽ calore, donec lapis ad album perfectus sit: antequam rubro plus ignis adhibeas, albus facilè perfectus est. Iam scies ac probè intelliges aquam istam paradisi ex Luna debere esse eductam, quam super lapidem album fundes: 9 partes aquæ super vnam partem materiæ fixæ. Ac in ea lapis lixabitur, donec satis sit.

Præstat errare in paucitate quã in vehemẽtia ignis.

Extractio Mercurij viui.

Cap. 105.

Modus extrahendi aquam Paradisi ex Luna.

NVnc discES extrahere ex Lunã aquam paradisi. Ac scies duobus modis Mercuriũ ex Lunã educi: rationẽ te in opere docui. Sed istam aquã paradisi alio modo educere debes. Nam

Nam Mercurius iste vivus transcendere debet. Ac scies eodē modo fieri, nisi quod loco salis armoniaci sumes, album, clarū, ac pellucidum tartarum calcinatum, eodem pondere quo Sal armoniacum. Ac vbi calces Lunæ contriveris cum tartaro; non multum opus habes materiam resolvendā in fornace ponere. Verum amphorę inde aut vitro, ac super id acetū, vt antè, ac modis omnibus vt antè doctum est, facito. Ac Mercurius per rostrum alembici destillabit viuus: atq; id efficit natura Tartari, quam in se habet. Istum Mercurium ollæ vitreæ inde, ac phlegma ei subtrahe, vt alio loco te satis docui

Inceratio.

Cap. 106.

Quomodò inceratio instituenda.

TVm exime, ac super lapidem tuum fixum funde ad album, 9 partes super vnam, ac strictè obtura: ac pusillum tuum vitrum luta super os vitri maioris; ac rursum in testā illâ cum cineribus pone, iuxta alterum vitrum, in quo lapis ad rubrum coquitur: ignem subijciens paulò maiorem, quam Solis media æstate lucentis est calor, aut si aqua rosarum destillaretur. Idq; tandiu facito, donec lapis tuus satis coctus ac lixatus sit, in suo ipsius succo .i. cum suum ipsius sudorem imbiberit: ita vt in æternum non sitiat: hoc est, cum lapis omnem illam aquam paradisi imbiberit, vt omnino pulvis sit. Tùm ignem exauge paulum, donec lapis tuus albescere incipiat.

Nam cùm aqua illa paradisi imbibita coagulata est ac in lapide cõsumpta: pulvis est colore inter cinericium ac nigrum, adeò aqua paradisi album lapidem fixum transmutauit. Ita lapis augmentatione ignis paulatim magis magisq; albescere debet per gradus: ac aliquoties ignis paululum augendus, donec lapis ad perfectam albedinẽ perveniat, adeò vt eius albedo splendida candorem nivis superet: imò vt magis cœlestis albedo, quam mundana videatur. Eâ verò albedine cõspectâ, gaude, ac Deo de suis donis naturalibus gratias age, quæ naturæ concessit. Sume igitur in nomine Dei, v. nam partem ex vitro, eamq; crucibulo inde: ac super ignem pone; ac materia tua, ac lapis liquescet in morem ceræ. Ac simulatq; liquefactum videris, in vas ligneum funde, axũgia ovilla illitum: eritque in eo clarus, durus ac pellucidus in morem crystalli. Ac 1 pars eius proiecta super 2000 partes Iovis, convertitur in optimam Lunam, quam vnquam oculi hominum viderunt. Age gratias Deo, ac pauperibus propitius esto.

Multiplicatio alba.

Cap. 107.

Multiplicatio quomodo instituenda.

IAM partem in vitro relictam in hunc modum multiplicabis. Medicinã tuam eximes, ac ponderabis, ac addes vni parti centum partium tuæ Lunæ præparatæ, quæ in igni præparata fuit, ac soluta in aquâ forti. Eam calcem

nitidè lotam ac siccatam, ac cũ medicina contritam super lapide aridè, tùm rursùm vitro immitte: ac super partem illius contriti, funde 9 partes illius aquæ paradisi, ex Luna eductæ, vt nuper doctum est: ac vitrum tuũ strictè ac solidè sigillo muni: ac rege ignem tuum eodem modo, quo regebas cum primùm aquam paradisi superfunderes. Ac persequere solùm, donec omnis aqua paradisi in lapide tuo fixa est, ac candore nivem superat, vt suprà dictum est. Tùm iterùm dimidiam partẽ eximere potes, ac eâ lucrum facere: ac rursùm alteram illam partem multiplicandam ponere, vt antè doctum est. Atque ita poteris semper 2 vitra retinere ad multiplicandum, vnum ad album, alterum ad rubrum. Sed vtraque super vnâ fornacem stare non debẽt. Lapis enim ruber ignẽ vehementiorẽ habere debet, quam albus. Sed idem opificium est. Verum aliud discrimen est in aquâ paradisi educenda. Aqua paradisi ad album è Luna educta est: ac aqua paradisi qua ruber lapis perfunditur, ex Sole educenda est. Alioqui idem opificium est. Sed singuli super singulas fornaces stare debent, quia non codẽ modo accenduntur. Ita dilectus meus semper duobus vitris multiplicare poterit ad album & ad rubrum, ad finem vsq; vitæ eius: ac cõmoda quæ inde proveniunt, conferre poterit in gloriam Dei, atque ad opem pauperibus ferẽdam.

Lapis ruber vehemẽtiorem ignem habere debet quã albus.

Rubificatio Lapidis.

Cap. 108.

Lapis quomodo rubificandus

SCies, cùm te iuberé sumere partem dimidiam ex vitro, vndè primam tuam medicinã confeciſti, me tùm tibi dixiſſe: ſerva alteram partẽ dimidiam ad rubrum. Tùm ſumebas illam partẽ dimidiam, eamq; aqua paradiſi perfundebas: ac ponebas iuxta vitrũ illud, in quo lapis ad rubrum ſtabat. Ac dabas vnum igné, donec lapis albus perfectus eſſet: atq; interea materia crocea fiebat. Cùmque vides, mi fili, materiam croceam fieri, inſtar pulveris croci, ignem tuum augere debes paululum, 8 aut 10 dies. Ac videan color tuus non fiat obſcurior. Id indicium eſt, lapidem ad ignem illum nolle progredi, ac ignem tuum ſatis vehementé non eſſe. Itaq; ignem tuum etiamnùm paululum auge: ac vide an nondum etiam quicquã in colore proficias. Itaq; ignẽ tuum adhuc paululũ auge. Idq; tandiu facito donec in colore proficias. Atque id facito gradatim tandiu, donec lapis tuus omnino rubere incipiat. Tùm igné tuum ſingulis 5 aut 6 diebus augebis, donec lapis perfectè ruber ſit, vt Rubinus, ac radiet in vitro, vt oculi piſcium: tùm ignem nimis augere non potes: tametſi lapidem omnino candefaceres: nam cùm hoc ſignum conſpicitur, lapis confectus, ac fixus eſt. Hæc tibi dixi, vt modum in igne ſtruendo adhibeas. Nam ſi nimis feruentem ignem adhiberes, vt rubrum

Ignis ſecundũ colores eſt augendus.

colorem

colorē acquireres pro croceo aut albo: rursùm ab integro incipiendum esset: Aut albedinem loco nigredinis, de integro incipiendum esset. Quare præstat ignem initio, ac semper, minorem quam maiorem struere: ac vt eum persequamur gradatim, quemadmodum per gradus colores mutantur, ac magis magisque alti fiunt: ita ignis augebitur. Ac modus ignis non tantum in hoc opere servandus est, sed in omnibus operibus quæ in opere fiunt. Nam regimen ignis ritè moderari, est altera pars nostræ artis. Cùm proportiones ponderum non ritè in opus introducuntur, omnis opera, & impensa perijt. Itaque modum in struendo igne serua, potiusque in defectu quam excessu pecca. Nunc porrò cùm materia tam fixa ac rubra est, quam vllus Rubinus, ac resplendet instar oculorum piscium: ab igni remove, ac aquâ mundâ paradisi incerabis: quam ex Sole extrahes, quemadmodum de Luna doctus es. Tùm 9 partes aquæ funde super vnam partem lapidis rubri fixi: ac vitrum tuum sub limo forti sigillabis: ac denuò super fornacem in cineribus pone, ignem adhibens talem, vt si plumbum retineretur liquefactum, sine concretione: donec omnem suam aquam paradisi imbiberit. Ac tùm reperies pulverem cinericium, magis ad cinericium quam ad nigrum colorem tendentem. Ac tùm ignē etiamnùm in eodē calore retine, donec pulvis

Modus ignis non tantum hîc sed in omnibus operibus chymicis seruandus.

ille verè albescat. Cumq; tũ perfectus sit, ignẽ tuum auge paululum, donec videas pulverem tuum subcroceum apparere. Tùm auge ignẽ tuum etiamnùm paululum, donec ruffus sit, per gradus. Cumque pulvis tuus omnino fuscus est instar croci, vt altior color croceus esse non possit: ignem tuum insigniter auge, donec videbis colorem rubrum foràs sese prodere: tùm augmentationẽ persequere, donec pulvis tuus perfectè rubeat, in morem Rubini. Tùm gaude, lapis ad rubrũ perfectus est. Tùm sinas frigefieri: ac partem dimidiã exime, ac alteram partẽ dimidiã in vitro relinque ad multiplicandum: atque alteram medietatẽ crucibulo vitreo inde, ac liquefacito, ac instar ceræ liquefiet. Tùm sume vitrũ pusillum ac axungia ovilla invnge, eiq; infunde, ac in morẽ vitri durus erit, ac vt Rubinus ruber erit, ac instar crystalli pellucidus. Item partẽ huius sume, ac 1 partẽ super 2000 partes Saturni liquefacti proijce, in optimũ Solem transmutabitur qui vnquã visus sit: tam alti coloris. Ac patietur omnes probas & examina, quę in orbe ferre possit. Age gratias Deo de donis suis quæ in amicum suum dilectum confert.

Multiplicatio.

Cap. 109.

Multiplicatio alterius medietatis

TVm alteram medietatem multiplicandam pone, sumes in vnam partẽ lapidis tui 200 partes Solis tui cæmẽtati. Ac sine solvi, lavari, ac

ac siccari. Tùm contere cum pulvere tui lapidis siccam. Ac rursùm vitro inde, ac superfunde aquæ tuæ paradisi ex Sole educti nouies tãtum, quantum tua materia contrita est. Ac vitrum tuum strictè luta, ignem addens, vt si plũbum retineretur liquefactũ, vt priùs doctum est, modis omnibus vt priùs. Ac ne quid erres vide, alioqui omne perditur. Hoc fac modis omnibus, donec lapis tuus perfectus sit. Gratias age Deo. Ac rursum medietatem sumere potes, eâque vti: atq; alteram denuò multiplicandam pone, vt prædictum est. Hoc facere poteris, ac pauperibus impartiri.

Aliud opus in labore 12 mensium in expensis 100 Florenorum, proiectio infinita.

Cap. 110.

NVNC te fundamentum artis, ac omnium operum perfectorum docebo. Quamvis vnus artifex ita operatur, alius ita: ac tametsi quisque habet opus peculiare quo occupatur; secundum libros Veterum, & quisque habet opinionem peculiarem, ac opificium peculiare. Ac omne ad bonum finem pervenient. Verùm vnum breve, aliud longum est: atque aliud alio altiorem proiectionem facit. Ac omne bonum est. Alind facilè, absque multo labore geritur, ac aliud magno labore, pro subtilitate artificis. Quare te docebo verum fundamentũ omnis

Subtilitas in operando.

omnis operis, vno opere præcipuo, ac multâ ratione, quam in opere commemorabo. Ac scies quod ego Isaac pater tuus ipse hoc opus meâ manu egi, ac plura alia. Ac multa etiam vidi, ac plura adhuc audiui. Et inter omnia nunquam feci, nec vidi, nec audiui, cui tã firmiter fidam, quam huic, & in quo tàm altam proiectionem reperi. Itaq; opus hoc funditùs intellige.

Cap. III.

Incerare.

SCies sine magno labore ad magnam artem perueniri posse, vt te antè docui, amalgamationib⁹, Mercurio viuente, Sole & Luna simul coniungendis, ac tùm vitro indendis, & longo tempore coquendis, ita vt simul cõmoriantur in pulverem impalpabilem, ac fixentur simul: ac tùm aquâ paradisi perfundendis, ad incerãdum, ac liquefaciendũ. Ac tibi ratione ostendi, quomodo omnes fæces eorum consumantur verâ naturâ: coctione cõmoda exigui caloris. Id tãtundẽ revera absq; dubio valet. Natura enim per Naturã operatur, vt suprà satis demõstratum est. Ac si pleniorem demonstrationem desideras, quære in vegetabili, vbi de operibus naturæ sermo est. Scies porrò Naturam facilè iuvari posse, subtilibus opificijs, secundum captum artificis, ac tempus abbreviari, ac opus sui similibus confirmari; atque opus adduci ad tàm altam proiectionẽ, vt infinita sit. Itaque scies omnia metalla ac spiritus, absque elementorum separatione, rectificari posse, ac

Natura per naturam operatur.

Opificij subtilitas tẽpus abbreuiat.

omnia

omnia inferiora in quibus 4 elementa insunt, omnia facilè rectificari possunt, ac elementum terræ ex ijs acquiri, ac etiam quodque elementum particulatim, ac effici dura ac clara, instar crystalli pellucida: idque omne absque destillatione & alembico, omne fieri potest in vase aperto, duplici panno lineo suprà tecto. Vas apertum.

Ac si id planè intelligere cupis, & quo pacto omnia elementa separentur à metallis, herbis, animalibus, ac quicquid hic in terris est, ac id omne in vase vno fiat, quære in capite 312 operis vegetabilis, ibi perfectè doceberis, quo pacto quodque elementum in lapidem crystallinũ perducatur. Sed in hoc opere tantummodo fæces cũ terra sublatas volumus, ita vt elementa reliqua 3 perfectè à suis fæcibus rectificentur, ac in lapidé crystallinũ perducantur. Id verò non fit nisi solvendo & cõgelando. Separatio elementorum. Lapis crystallinus.

Cap. 112.

SCies: cùm corpora nuda sunt ab omnibus fæcibus suis, ac mundata sunt ab ijs, ac separata ab omni sua terrestritate, ac omni sulphure combustibili, & ad lapidé crystallinum sunt perducta, ita vt nullas fæces amplius relinquant, ritè præparata sunt ad spiritus recipiendos: cumque spiritus vicissim ab omnibus sordibus mundi sunt, sicuti de corpore dictum est, & ad lapidem crystallinum perducti sunt, spiritus itidem parati sunt, vt descendant in corpora. Ac cùm fermentũ etiã est mundatum Corpora nuda. Recapitulatio operis prædicti suprà dicti.

Spiritus, anima & corpus.

tum, & in lapidem crystallinum redactum, ita vt fæces non relinquat, paratum est, ad descendum in corpus præparatũ cum spiritu illo, vt anima ad corpori vitam impertiendam cum spiritu, & ad naturam suam perducendum. Ac quæ prius 3 erant in natura, vnũ fiunt. Id verò quî fiet, hîc docebimus illudq; opus perfectè quomodo fiat, ac quo pacto meâ ipsius manu operatus sum ope Dei omnipotentis, absq; elementorum separatione. Ac meo opificio subtili tempus multũ abbreviavi, ac proiectionem infinitam reddidi. Nam quò opus fervétius, subtilius, ac altioris tincturæ est, eò proiectio eius nobilior, ac altior est.

Cap. 113.

RÉcipe igitur in nomine Dei ac omniũ turbarum cœlestium 4 libras vitrioli Romani cærulei, optimi, ac clarissimi, ac 4 libras salnitri: ac simul vapora tam sicca vt pulverescant, movendo ligno quodã in patella terrea. Tùm sume vnam ℔ Mercurij, cui humiditas superflua subtracta est. Ac sume dimidium materię quam siccasti, ac Mercurium cum eo contere siccum quam subtilissimè poteris. Ac commodissimè fiet in stupha sicca, ac lapide & pistillo paululum calefactis, ne qua humiditas materię accedat. Tùm magnę ollæ vitreæ inde, amplo alembico superimposito ad aquam fortem indè extrahendam. Ac magnum alembicum luto ollæ affige, ac receptaculum alembico, ac

Aqua nubium.

sinas

sinas probè exiccari. Strue initio ignem pusillum, eum aliquoties magis magisque augēdo, vt nosti, singulis 4 horis, donec materia candeat. Atq; hoc pacto candentem retine ad horas 4, tùm sine frigefieri. Iam scies quòd aqua fortis transcendet spatio 16 horarum, aut 20, aut amplius, prout ignem tuum regere nôris. Ac prestat horas 36 aut 40 eo opere occupari, quā si accelerares, ac spiritus non benè transcenderent: atque etiam ob nimium periculum vasorum, quod ea minus calore temperato findantur.

Cap. 114.

ITaque vulgarem regulam sequere ad aquā conficiendam: cùmq; omnis aqua fortis destillauit Mercurius sursum sublimabit in alembico, atque etiam duriusculè: ac secum rapiet omnem tincturam vitrioli. Cùmque non amplius sublimat, sine frigefieri, ac receptaculo ablato, aquam tuam forté vasi vitreo inde, atq; arctè obtura. Ac tùm Mercurium tuum sublimatum accipe ex alembico, ac contere denuò cum altero dimidio materiæ. Cumque omne ritè permistum fuerit, vt priùs, rursùm olle vitreæ inde, ac denuò destilla vt priùs, ijsq; omnibus peractis, remove: ac sume etiamnùm 4 lb vitrioli, ac salnitri ana, ac facito vt priùs. Ac tùm satis aquę fortis habes: ac Mercurius quater sublimatus est, totumque corpus plenum tincturis habes.

Sublimatio Mercurij.

Tinctura vitrioli.

Nunc

Proportiones.

Cap. 115.

NVNC scies ac intelliges pondera Solis, Lunæ ac Mercurij. ℞. 8 lothones puræ Lunæ cupellatæ, 4 lothones puri Solis cæmentati, efficiunt 12 lothones. Ac 6 lothones Mercurij quem sublimasti, faciunt simul 18 lothones. Hæc vera proportio ponderum. Quæstio: Quare bis tantũ corporis datur quãtũ spiritus? Scies cùm corpus est fortius ac subtilius quam spiritꝰ atq; igni admouentur, tùm corpus optimã ac subtilissimã spiritus partẽ apud se retinebit: ac convertet, ac perducet ad sui simile, ac ad suam naturam: & tùm partes crassas aut fæces exedet, expuet, ac in nihilum rediget. Ac si spiritus est in maiori quantitate, ac subtiliot quam corpus: spiritus ascendet ac secum rapiet optimam partem corporis: ac partes crassas aut fæces relinquet in fundo: non enim sunt naturæ eius. Ea est ratio vna. Altera ratio est: si plus esset spiritus quam corporis, aut vtriusque ana, cùm poneretur fixandum, ægrè fixari vellet: ac tempus valde longum esset. Itaque ob 2 istas causas factum est. Spiritibus vero ac corporibus iam simul fixis, tùm satis spiritus addi potest. Nam quicquid cum eo ponitur, facile fixatur. Nam cum corpora ac spiritus simul fixata sunt, Elixir sunt. Ac si multa pondera spiritus apponantur, facilè fixatur. Hæc est tertia ratio. Quarta ratio est, si plus detur

Vera ponderũ proportio.

2 Ratio. Nota de proportio-ne.

3 Ratio.

4 Ratio.

detur spiritus quam corporis, aut etiam ana: spiritus aquarum fortium manent apud illos in opere: ac illi sunt admodum pingues volatiles spiritus, tales etiam sunt spiritus aquæ vitæ, ac admodum difficulter fixantur: atque isti maiore ex parte apud opus manent. Nam tantummodo ex tepido balneo educitur in congelando. Ac si iam tantum spiritus esset quantum corporis, quoniam omnes alij illi spiritus apud opus manerent, fixari minimè posset: aut tempus nimis longum foret. Iam proportio ponderum ratione demonstrata est.

Spiritus aquæ vitæ.

Solutio Solis, Lunæ, & Mercurij.

Cap. 116.

RECipe tria receptacula, vni Lunam, alteri Solem, tertio Mercurium inde. Ac super Lunã 16 lothones tuæ aquæ fortis fundes, quã antè parasti: super Solem 12 lothones funde: ac inter eos lothonem salis armoniaci pulveriza: ac super Mercurium tuum aut spiritum fundes 6 lothones aquæ fortis, aut ana. Hæc vera proportio aquæ fortis, ad materiam soluendam. Quæras verò iam, mi fili, super 8 lothones Lunæ fudisti 16 lothones aquæ fortis, & super 4 lothones Solis, 12 lothones aquæ fortis, ac super 6 lothones Mercurij, 6 lothones aquæ fortis, ea mihi inæqualis proportio videtur. Scies singula suam proportionem habere. Super 8 lothones Lunæ fudisti 16 lothones aquæ fortis, atq; hæc eius proportio.

Demõstratio à proportione. Luna quid

Nam

Nam Luna est crudum ac frigidū, & apertum corpus: ideò facilè solvitur in duplo pondere. Idque Sol facere non potest, is ter tātum ponderis aquæ habere debet, quam sit gravis. Nā corpus eius nimis graue & solidum est, ac partes eius in mineris solidè in vnum compressæ sunt, sulphurque eius fixum est. Ideò in vulgari aqua forti solvi non vult, vt Luna, sed sal armoniacum aquæ eius addendum est. Ergo ter tantum aquæ habere debet, quam sit gravis. Nunc Mercurius spiritus est, eiusq; natura in sublimatione resoluta est: atque apud se spiritum vitrioli ac salnitri habet. Ergo non plus aquæ exigit, quam sit eius pondus. Nam spiritus vitrioli, ac salnitri efficiunt, vt facilè solvatur. Ita liquet singula propriam proportionē aquæ habere. Item porrò 3 ista vitra in pelvi cum cineribus cribratis pone, super balneum, ac solvi sine, vitra parte corticis obturans, vt aqua aliquantulum aëris habeat spōgiositate. Aliquid aëris habere debet. Ac aliquoties operculum aperiendum est, singulis 2 aut 3 horis semel, vt spiritus aërem habeant, ac tùm continuò denuò obturandum.

Mercurius quid.

Cap. 117.

Cōfert aquā fortem cū struthio camelo ferrū ac chalybē cōcoquente.

SCies in solutione hac latere magnū secretum, ac præcipuum artis. Nam aqua fortis cum suis spiritibus est velut struthiocamelus, qui in ventriculo ferrum, ac chalybem concoquit: ita deglutit quicquid in eam immittitur, ac

ac omne in nihilum consumit. Quare aquam istam cum materia eius nutrire debes bono alimento, quemadmodũ infans in vtero matris nutritur. Nam si infans in vtero matris nutrimentum non haberet, postquã vitam accepit, moreretur, ac redigeretur in nihilum. Ita etiã ista materia quæ in aqua forti est, nisi nutriretur: aqua suo ardenti calore materiam consumeret, ac deglutiret, ita vt in limosam materiã conuerteretur, vt nunquam vllum cõmodum indè rediret. Nam Lunã proba in aquâ forti, ac in ea 10 aut 12 dies sine, facito tùm præcipitari, aut vapora aquam illam, ac calcẽ tuam aqua recẽti laua: ac eam de more liquefacito: indè nunquã denuò Luna fiet: adeò aqua fortis illam corrosit ac consumpsit. Sed remanebit tibi quasi esset sulphur liquefactum: sæpè expertus sum. Aut est materia quasi esset sal vitri. Atque eo falluntur multi, qui aquâ forti operantur. Nam cùm diu multumque operati sunt, materia eorum exesa est, estque velut sulphur, aut pinguedo vitri. Fit quidem rubra, crocea aut alba, sed nihil inest, est fimus, nec reperiunt id quod quærunt. Nunc scies quod materiam bono alimento ales, i. ad album alimento sui simili naturâ. Ac de hac nutritione Philosophi mirè locuti sunt parabolis artis, ignorantibus ũimis reconditis. Id quod nunc omitto, vt in proposito maneam. Satis in Vegetabili opere demonstratur.

Aqua fortis cũ materia nutriẽda, est velut infans in vtero matris. Ratio.

Nutritio.

Cap. 118.

Nutrimenta quæ sumenda.

SVMES mi dilecte, puram Lunam tenuiter contusam, vt manu lacerari possit. Ac purũ Solem etiam eodem modo contusum: ac de tuo Mercurio sublimato, eo omnia tria pasces, quodque suo ipsius alimento, in vitro suo, donec satiata sint, videlicet, cùm vides Lunam tuam, Solem ac Mercuriũ ferè soluta esse. Tùm pasces vnumquodque suo ipsius alimento. i. in vitro in quo Luna tua stat, 2 aut 3 frustula Lunæ frange, ac denuò vitrum citò obtura. Atque itidem Sole tuo facito, ei adde de tuo contuso tenui Sole. Ac de tuo Mercurio sublimato similiter interdũ aliquid immitte, cùm vides frusta penè soluta esse: sine denuò alia incidere, vt priùs. Atque id persequere, donec frustula tua integra maneant ad 10, aut 12 dies, nec ampliùs solvantur: ac vides aquam tuam fortem ampliùs vim non habere ad solvẽdum. Tùm satis nutrita est: ac rene semper super cineres calidos, quemadmodum solvi solet. Ac tùm ei omnis vis corrosiua adempta est, nam ampliùs solvendi vim non habet. Est-

Omnis vis corrosiua aquæ. forti adempta. Secretum magnum.

que hoc vnum ex maximis secretis, quæ in arte sint. Iam cùm ad eum modum nutrita est, fundes seorsim de eius frustulis in ollã vitream. Nam singula seorsim ac per se fixari debent, ac separari à sua terrestritate. Ac in vi-

tro

tro Lunæ tuæ in fundo eius reperies infrà apud frustula reliqua pulverem nigrum, isque est Sol. Nam in omni Lunâ soluta, pulvis Solis reperitur. Nam omnis Luna Solem continet, parùm aut multùm. Hunc serva. Ac vbi hoc pacto singula in ollam vitream fuderis, singulis alembicum superimpone, ac in pelvi cum arena in balneo colloca, ac cuique rostro receptaculum luto agglutina, ac destilla aquam tepida sensim omnem humiditatē, donec tam siccum fiat vt pulverizari posset. Cumque tam siccum est, bonam aquam vitæ rectificatam superfunde, donec aqua emineat tres digitos latos supra materiam. Atque ita omnibus 3 vitris facito. Dixi vt alembicum singulis vitris imponeres. Sed præstaret te vitra in ventre rostra habentia habere: ac cōmoda essent suprà cum exiguo foramine, ac pusillo vitro rotundo ad id levigato. Ita singulis vicibus alembicum imponere, nec deponere opus esset: sed tantummodò materia soluta ex vno in aliud evacuaretur, ad nimium de spiritu amittendum, atque itidem est minimum negotium. Itaque huiusmodi vitra tibi compara duodecim aut plura, parua & magna. Nam quāvis in fornace stent, aut super cineres, nō multum destillat. Nam quicquid ascendit, rursum in fundum subsidit, ac non multum per rostrum destillat. Nam nullus est delapsus, quo humiditas congregari possit.

In omni Luna soluta pulvis solis reperitur.

Ita hæc vitra admodum bona sunt ad solvendum, congelandum, ac rectificandum. Nam lutare nihil opus est: tantum modò ex vitro in vitrum transfunditur, ac suprà subere obturatur, aut pusillo vitro rotundo, quod ei quadret, ac levigatum sit. Itaque suadeo tibi vt opus tuum in eiusmodi opere operaris, donec congreges. Tùm vitro fixatorio indi debet. Ac inde tùm materiam vitro, quamque per se, ac quamque in peculiari fornace, aut balneo, in pelvi cum arena, aut cineribus cribratis, ac aquam tuam vitæ superfunde, vt ad 4 digitos emineat suprà materiam, ac luta receptaculum ad rostrum receptaculi, ac sine solvi calore exiguo, ita vt manum tuam in balneo tenere possis. Ac solvetur: ac infrà in fundo vitri fæx quædam remanebit. Tùm alia 3 vitra habe eiusdem compositionis: ac funde clarum ex omnibus 3 vitris, quodque in vitrum peculiare: ac strictè obtura. Ac denuò aquam vitæ super fæces cuiusque vitri funde, tantùm videlicet, vt rursum ad 4 digitos tectę sint: occlude, ac rursùm in balneo pone, vt suprà, receptaculo ad rostrum lutato: ac vbi ad tres aut quatuor dies in balneo steterit, siquid etiamnùm in fæcibus esset, vt solvi posset. Tùm sinas refrigescere, ac tùm rursum clarum supernè diffundas è fæcibus, in eadem vitra in quæ prima infudisti, quodq; in suum vitrum. Tùm 3 ollas vitreas habe, in eas fæces evacua, singu-

las

las in vitrum peculiare, aut ollam; ac depone donec plures fæces confundes. Tum omnia 3 vitra in quibus materia est soluta quodq; sup balneum suum pone, vt priùs doctũ est: ac rursum aquã vitę destilla, donec materia tua omninò sicca sit. Tùm denuò recentẽ aquam vitę superfunde, vt priùs à te factum est. Ac aquam illam vitæ deductã effũde, nihil amplius valet. Luta vitra vt priùs, ac denuò materiã vt suprà solve. Cumq; omne solutũ fuerit, quod quatriduo fiet, rursum fęces in vitro remanebunt. Funde denuò solutũ in vasa peculiaria, vt priùs. Ac funde rursùm super singulas fæces recẽtẽ aquam vitę 4 digitos supra materiã, vt priùs feciſti, ac pone iterũ super balneũ, ac sine tũ de nuò stare ad 3 aut 4 dies, si quid adhuc in fęcibus nõ solutũ esset, vt solvi posset: ad omnino ex fæcibus solvendum. Tùm sine frigefieri: ac clarum à fæcibus supernè diffunde, quodq; in suum vitrũ: ac adde fæces singulas suis, pprijs, quas prius in singulis ollis servaveras. Materiã tuam solutam denuò congelandam pone, ac humiditatẽ ei vt suprà detrahe, donec materia sicca sit, ita vt puluerizari posset. Istudq; opificium repete toties, donec nullæ àmpliùs fęces tibi remaneant, ex nullo horum 3, sed omnia tria solvantur, ita vt fæces non relinquant. Ac saltẽ fæces semper eidẽ ollæ inde, singulas per se, nam in illis fęcibus elemẽtũ terrę ineſt. Istas fæces omnes tres adhuc calcinabis: ac terram

Opificium prædictum repetendũ donec nullæ fæces amplius remaneant.

extrahes ex singulis fæcibus, ac singulas ad propriam materiam adduces, antequam congregabuntur.

Cap. 119.

Quomodo terra calcinanda.

IAm scies, mi fili, 3 materias tuas subtiles esse, ac rectificatas, 3 nempè elementa: ac elémetum terræ adhuc in fæcib⁹ iacet, quodq; in suo vitro. Nunc 3 materias tuas serua solidè obturatas, donec fæces calcinatæ fuerint. Ac post calcinationem omnium trium terrarum ex ijs eductarum ac rectificatarũ: ac tum quaque terra in suam ipsius naturam perducta: Tùm opus cõferemus ac fixandum ponemus, vt pòst docebimus.

Calcinatio terræ.

Cap. 120.

REcipe dilecte 3 ollas tuas vitreas quibus fæces insunt, ac vaporabis, vt omnino siccæ sint. Tùm habe super singulas ollas vitrũ rotundum, ac olla suprà æqualiter levigata erit, atque etiam operculum, vt sibi invicem quadrent. Tùm operculum super ollam luta, ac pone singulas in pelvi cum cineribus, singulas super fornacem peculiarem. Nam Sol diutius calcinari debet quam Luna, Fæces Solis facilè spatio 6 refectionum calcinari debent, ac Luna facilè calcinatur 30 horis. Ac fæces Mercurij facilè 18 horis calcinantur. Ergo quodque vitrum super fornacem peculiarem stare debet: ac singulis tantum ignem addes, vt fæces

Sol diutius calcinãdus quam luna

com-

communi candore candeant. Fæces Solis retinebis 6 dies in candore naturali, tùm sine frigefieri: ac fæces Lunæ 30 aut 32 horas in vno candore: Ac Mercurij 18 aut 20 horas in vno cãdore: tùm sine frigefieri. Tùm remove omnia 3 vitra: ac si quid in operculo aut ad margines ollæ sursùm sublimatũ est, id penna absterge. Tùm super singulas fæces aquam communem destillatam superfunde, atq; ollas super fornacem in testa cum cineribus pone: ac aqua bulliat per horã, tùm sine frigefieri. Tùm habe alias 3 ollas vitreas, ac funde quamq; aquam per se sensim a suis fæcibus, aut per philtrum destilla. Tùm rursum aliam aquam cõmunem super fæces funde quæ in olla remansere, ac rursum per horam facito: tùm denuò sinas refrigescere: ac tursùm subtiliter effũde singulas in suam aquam, vt priùs. Tùm iterum aquã recẽtem superfunde. Ita elemẽtum terræ ex fæcibus eduxisti. Tùm fæces abijce, prorsus enim inutiles. Tùm 3 ollas tuas congelandas pone, ac in quoque ollæ fũdo reperies sal quod est inter albũ ac cinericium: aquam destillatã super id funde, ac denuò per horam bulliãt: tũ sinas frigefieri, ac subsidere, ac à suis fæcib⁹ diffũde, & fæces abijce. Tùm aquã tuã ex singulis ollis evapora, ac denuò tibi in quaq; ollâ sal remanebit, idq; iam paulò cãdidius erit. Fundo denuò aquam super sal tuum, vt priùs, ac facito, vt prius. Idq; opificium itera toties, donec

Extractio Salis.

sal tuum non amplius fæces relinquat. Tùm terra tua rectificata est, ac mundificata ab omni immunditie: ac sunt terræ Philosophorum.

Terra rectificata ac mundata.

Coniunctio terræ cum elementis.

Cap. 121.

IAm adde omnem terram suis ipsius elemẽtis rectificatis. Ea iam probè simul rectificata sunt ac subtilia effecta, absque elemẽtorum separatione: atque hactenus ea perduxisti, vt iam medicina sint præ magnâ eorum subtilitate: nam exterius eorum intus posuisti, & interius foràs, atque ab omni immunditie nudasti. Ideo Morienus Philosophus ait: Nisi corpora immunda pura & munda efficias ab omnibus fæcibus, nihil in arte nostra inuenisti. Hermes inquit: Corpus solutum est aquâ ęterna, atque ea aqua Mercurium æternum cõgelatione coagulat. Aristoteles inquit: Præpara corpora ac solue, ac deinde ea cum spiritibus lotis, ac mundatis coniunge, ac fit æterna congelatio ac fixatio. Geber ait, Pòst cõiunge ei animam pręparatam, ita ei imprimitur æternus color, quem in æternum retinebit. Rasis ait: Converte corpora in aquam, atque aquam illam ab omni sua immunditie mundifica, atque ex ea denuò terram facito, & ex terra aquam: ac tùm ei spiritum adiunge, ac animam, tùm rectè fecisti in nostra arte. Danthynus ait: Purga corpora, ac albifica, ac ijs spiritum præparatum adiunge, atque eis vitam

Medicina.

Morienus.

Hermes.

Aristoteles

Rasis.

Danthynus.

tam siue animam infunde: ita fit æterna conglutinatio ac fixatio æterna. Ac Plato: Corpus imperfectum destrue ac in aquâ redige, ac lepram ei ablue, ac mũdifica, atq; spiritum preparatum ei adiunge, ita ignis ea non separabit: ac tùm ei animam præparatam adiunge, ita omni examini resistent, ac transibunt. Hermes prætereà ait: Solue corpora ac albifica, ac nuda ab omni immunditie, spiritus ablutos ad corpora adducito, ita separari non possunt. Tùm fermentum illis adde: ita illis æterna tinctura imprimitur, vt ignis ea separare non possit. Kalid Morienum interrgobat: Quænam optima congregatio est? Morienus respondebat: Perfectum corpus fixum solutum in aquam æternam, ac spiritus præparatus ei immersus, est opus perfectum ac firma coniunctio, ita vt postea ab igni minimè separentur.

Plato. Hermes. Kalid ad Moriczũ.

Recapitulatio.

Cap. 122.

NVNC oculos & aures aperi, ausculta, ac speculum artis inspice. Mentem aperi, ac intellige, quomodo, ac quà ratione hæc coniunctio fiet. Dixi tibi in opere minerali multa opera diversa, quædam cum separatione elementorum, ac etiam alia opera in quibus elementa non separantur. Quædam aquis fortibus fiebant, alia aquâ nostrâ ardente benedictâ: alia ad oleum conficiendum: ac omnia simul Elixir sunt. Demonstraui etiam tibi multis

Anacephaleosis.

tis rationib⁹, ita debere fieri. Præterea te etiã in magnis operibus docui, quomodo Solẽ ac Lunã amalgamabis cũ Mercurio viuo præparato; ac quomodo igni admovebis. Ac quo pacto pusillo regimine ignis ignẽ tuum moderareris, vt simul mórerẽtur ac fixarentur: ac quomodo omnes eorum fæces consumerentur, ignis pusilli constanti directione. Ac quo pacto Natura adminiculo ignis exigui operaretur, vt omnes fæces consumeret, ac in nihilum redigeret, ac ad extremũ perfecta fieret. Nam Natura aliquantulum iuvatur arte artificis, ac constanti decoctione. Idque manifestis rationibus demonstraui, ita esse debere: quemadmodum in veritate ita est: sicuti etiam in vtroq; opere demõstratum est. Dilecte est etiamnum aliud secretum in arte ac firma cognitio, ac pręcipua notitia huius coniunctionis operis, in quo nunc versamur, ac de quo loquimur.

De coniunctione operis recapitulati.

Cap. 123.

DOCVI te præparare ac rectificare corpus imperfectum, quod est Luna, ac spiritum qui Mercurius est, ac fæces aut terram ab ijs separare: quod fit perfectè soluendo, ac denuò congelando. Idcircò Morienus ait: Ars nostra nihil aliud est, quam perfectè soluere, ac congelare. Ideò Hermes inquit: Ars nostra nihil aliud est, quam opus mulierum, ac puerorum ludus. Ita Lunam tuam, Solem, ac Mercurium per-

Morienus.

Hermes.

perfectè rectificásti, ac eius elementum Terræ cum fæcibus separásti à se invicem: solummodò solvendo & congelando. Ac terram tuam calcinásti, ac præterea terram tuam ex fæcibus eius eduxisti soluendo, ac congelando. Ita vt terra tua etiam probè rectificata sit, vt nullæ fæces relinquantur.

Cap. 124.

Iam omnia simul nudasti ab omni redundantia corruptionum, absque elementorũ separatione, vt antè ostensum est. Iam cuique terram elemento suo addidisti: Terram Lunæ, Lunæ, terram Solis, Soli, terrã Mercurij, Mercurio, quamq; in suo vitro. Nunc quærat F.M. Quid iam faciendũ est, ac quomodo iam cõiungentur? *Cap.* 125.

Scies in istâ coniunctione maximũ secretum latere, quod sit in arte vniuersâ. Verũ quidé est perveniri quidé tandem ad perfectionẽ diuturnitate temporis, ab ijs qui operantur amalgamationib⁹, corporibus vt Lunæ ac Mercurij coniungendis in vitro vno, ac coquendis super igni pusillo, donec perfecta fiant. Scies ac ritè intelliges, omnes qui ita operantur stultos esse, amalgamationibus Lunæ ac Mercurij: aut qui aquâ forti ea destillant, aut partem destillant, ac partem manere sinunt: ac breui tempore ex ijs medicinam conficere putant, stulti sunt, nec artem intelligunt, nec etiam se ipsos. Ac quamvis materia fortè ad extremũ perfecta esset,

Maximum secretum in coniunctione latet.

Amalgamatio Lunæ cum Mercurio.

esset, sicuti esset, vt suprà multis in locis ostensum est: tempus adeò longum esset, vt pigeret ipsos tã diu expectare, ac opus desererent.

Ratio. Ratio: Luna est frigida & humida, non fixa, sordida, immunda, ac volatilis: ac Mercurius etiamnùm magis. Hæc duo iungunt: vtrũ alterum perfectum efficiet? vtraq; enim imperfecta sunt. Dico tibi, multos viros doctos in opere sedentes vidi, qui huiusmodi opera facerent: ac multos annos eiusmodi operibus occupati fuerant: ac nunquam quenquã eorum perfectionẽ habere vidi. Quamvis ad extremũ perfectio sit expectanda, tempus expectare nõ poterant: tùm opus suum igni corrumpebant, aut aliquod mirum consilium quærebant, vt ad finem pervenirent: ac quamcunq; rationem inirent, ad extremum omnia corrumpebant. Sed si ad aliquot annos stare siuissent, ac persequuti fuissent die nocteque igni pusillo, tandem perfectum euasisset, vt ipsi vel eorũ posteri artem eius videre potuissent. Ratio, dilecte, cur multos annos stare debeat, est hec: Natura non operatur nisi per naturam, quamvis paululum igni pusillo iuuetur, qui illi die nocteq; cõtinue additur. Luna est imperfecta, ac Mercurius etiamnùm imperfectior, vtrum alterũ perfectum faciet? Neutrum eam vim habet. Quomodo vestis immunda lauari mundariq; posset in aqua sordida? Profectò nemo id potest. Ita se etiã res in Luna, & Mercurio habet,

cum

cum coniuncta sunt, neutrum horum iuvandi alterum potestatem habet. Sed Natura fæces consumit, ope constantis decoctionis ignis exigui. Ac iam omnibus fæcibus consumptis, etiamnùm vtraq; non fixa sunt, vtrum alterum fixabit? Natura igni pusillo ac constanti decoctione Lunã fixat: ac etiam post longum tempus, ac cõstanti decoctione fit Luna medicina. Atq; ita longo tempore, ac continuâ decoctione exigui ignis, Luna Mercurium in suam naturam pertrahit, atque alterum cum altero fixat: ac etiam longiore tempore ac constanti decoctione, Mercurius cũ Luna perfecta medicina fit. Sed antequam id fieret isthoc pacto, fortasse tempus 17 aut 20 annorum dilaberetur. Quare illi qui ad hunc modum operantur amalgamationibus, corporibus imperfectis & amalgamationibus & Mercurio cõiungendis, artem non intelligunt, nec seipsos. Quemadmodum etiam omnes illi, qui aquis fortibus operantur, ad Lunam & Mercurium coniungenda. Nam si artem intelligerent aut seipsos, facilè perciperent, ac intelligerent, debere inprimis Lunam ab omni impuritate mundificari: Eaq; mundificatâ, subtilis efficienda est .i. ascendens ac descendens debet retineri in vitro fixatorio. Ita tam subtilis fit, vt post medicina fiat. Nam 3 illa elementa quæ in se habet, ascendunt sursum, ac descendunt infrà, ac terram adeò subtilem reddunt, vt vna ascendat

dat in caput vitri fixatorij, ac rursùm descendit cum aëre, aqua & igni. Ac tùm elementa ita congregantur simul, atq; ita maritantur, vt in æternũ separari nequeant. Atq; vbi hoc pacto congregata fuerint, cõstanti ascensu ac descensu fiunt paulatim crassiora, ac simul fixari incipiunt. Ac quæ antè quatuor erant in naturâ, vnum fiunt; ac simul fixa manent in fundo vitri fixatorij. Ideo Hermes ait: Facito inferius ita vt superius, ac superius vt inferius, tùm rectè operatus es. Ac Luna quæ corpus imperfectum erat, iam fixa est, ac medicina. Cumq; hoc pacto parata est, corpus paratũ est ad spiritum paratum recipiendum. Ideo Plato & Aristoteles inquiunt: Para imperfectum ac albifica, ac cõtinuò spititum paratum illi adiunge. Ac Ignorantes verba ista non capiunt. Ac tùm debet spiritus paratus in parato fixo poni, vt simul fixentur, ac deinde illis adiungere debes fermentum præparatũ, quod etiam parari debet: vt partim doctum est, atq; etiamnùm docebitur. Quod fermentum vtriſque vitam donabit, ac trahet & perducet in suam naturam. Ac talis congregatio fieri debet, si alioqui ad magnum lapidem perveniemus, spatio vnius anni, aut breviore, provt artifex acutus est. Si Naturam nossent, atq; hoc intelligerẽt, quod hic docetur, atque etiamnùm docebitur, circa eiusmodi amalgamationes non operarentur, nec aquâ forti, ad Lunã & Mercurium in sua

Hermes.

Plato, Aristoteles.

Naturam nosse.

crass-

craſſitudine coniungenda. Quamvis ad extremum lapis indè aliquando proveniat, vt oſtenſum eſt. *Cap.* 126.

PErlege hoc ſæpius ac benè memoriæ infige, vt nunquā cōgregationē facias, corpore imperfecto, ac ſpiritu parato, quin priùs corpus mūdifices, ac albifices, fixum ac medicinale efficias: antequā ſpiritum paratum ponas, ac ſpiritū apud corpus fixum effice, antequam illi addas præparatā animam viventē, ne aberres à rectā viā. Nā in ponderibus, ac in cōiunctione, ac in ignis conſtructione, omnis noſtra ars cōſiſtit.

In ponderibus, coniunctione ac ignis conſtructione omnis ars chymica cōſiſtit.

Congelatio, ſiue Coagulatio.

Cap. 127.

NUnc ad opus noſtrū reuerti volumus. Meminiſti cùm terrā tuā rectificaſſes, vt nullas amplius fæces relinqueret, mē tibi præcepiſſe, vt vnamquamq; terrā adderes elemento ſuo proprio, quamq; in ſuo vitro. Nunc omnia 3 vitra pones ſuper fornacem, ac lutabis probè ſingula, ac ſingulis receptaculū ad alembicū: ac deſtillabis puſillo tepido igni, aquā illā vitę, ita vt paululū incipiat tantū ſpiſſeſcere: ſed ſiccè minimè deſtilla: vt tantū ſoluta maneat, Idque facilè videbis. Cū materia ferè deſtillauit, fit aliquāto obſcurior quàm priùs erat, ac ſpiſſior ac aſpectu aliquantū oleū referens. Tum ſinas refrigeſcere: ac materiā ex ſingulis vitris in paterā vitreā effūde: interim quòd etiānùm calida eſt, alioqui omnino evacuare nō poſſes, nam

Ratio, cur materia effundenda, dum calida eſt.

nam cũ omnino frigida est, melle est spissior. Tùm singulas pateras solidè operculo vitreo operi. Aut pateras ad id confectas habe, quæ arctè ijs quadrent: nam sedulò tibi cauendum est, ne quæ sordes ab aëre accedãt. Ac cùm pateræ illę vitreę admodum arctè opertæ sunt, pone ad dies 4 in loco mũdo frigido, aut cella. Ac interea temporis in fundo paterę reperies exiguos lapillos excretos in morem crystalli.

Lapilli excreti in morem crystalli.

Tum etiam 3 alias pateras habe, quę etiam arctè claudi possunt ac super illos lapillos excretos stabit etiamnũ de aqua vitæ, eam superne in alia illa vitra effundes; ac lapillos illos tribus distinctis vitris inde, quæ tegi possunt. Tùm sume tres illas patereas quib⁹ aqua vitæ deducta ineſt, ac pone denuò vaporãdas, donec spissescat, vt suprà, ac ne isthinc discedas, (nam eo spatio quo decies, aut duodecies oratio dominica recitari posset, fit) ne siccescat, ac ne spiritũ aquę vitę amittas. Sed cùm aliquãto spissius est quam oleum, sinas refrigescere: ac rursùm pateras tuas arctè operi; ac denuò ad dies 4 in cella frigidâ pone: ac sine rursùm lapillare, atq; iterùm singulas lapillis sui similibus adde: ac rursùm evapõra vt priùs: atq; id repete, donec nihil amplius aquæ vitæ super lapillos reperis, ac mãteria tua omnis congelata est. Tùm 3 materiæ tuæ crystallus sunt, Sol tuus, Luna, Mercurius, ac præparatæ sunt & subtiles effectæ. Quærat filius: Quare in lapillos redegisti, ac

ac non in pulverem. Scies spiritum aquæ vitæ esse mediatorem inter corpus & Mercurium, æquè ac lapis quem nobis Deus gratis dat. Ac si aquam vitæ omnino deduxissem, vt pulvis fuisset: tùm spiritum aquæ vitæ iterùm addere potuissem: ac si pòst in vitrum fixatorium fudissem, quomodo proportionem scire potuissem: si quid nimis multũ infudissem, tùm spiritus aquæ vitæ opus impedijsset, quominus fixaretur. Est enim pinguis volatilis spiritus, qui ægrè fixari vult, nisi longo tempore. Ac si quid nimium infudissem, tempus admodũ longum fuisset. Prætereà si nimis parum infudissem, opus nimis siccum evasisset: ita vt ingressum dare noluisset. Spiritus enim vini eandem habet naturam, quã habet spiritus antimonij. Nam vbicunq; spiritus antimonij ad opus adducitur, opus amabile ac fusibile efficit, vt ingressum det, vt facit aqua paradisi, aut spiritus arsenici aut sulphuris: Imò magis quàm omnia simul præstare possent; quamvis omnia simul in suâ quinta essent essentiâ.

Spiritus vini eandem naturam habet cum spiritu antimonij.

Cap. 128.

HOc animo imprime pro maximo tuo secreto. Quærat autẽ filius meus, Quomodo iusta proportio scietur? Cùm in opere aquæ vitæ aut spiritus vini satis est, id scies: vbi perfectè ab omnibus fæcibus eius repurgatũ fuerit. Tùm spiritum vini superfundes, ac destillabis, donec incipiat spissescere, in morẽ olei. Ac

tùm desines, ac sines omne excrescere in lapillos, vt priùs doctum est. Ac materia illa rectificata, siue spiritus sit, siue corpus, non amplius in se attrahet, quam fixari possit, quamque ei ad dandum ingressum opus sit. Atque hoc Natura operatur. Ità dilecte lapillos omnes excrescere siui, ac permisi in se attrahere tãtum spiritus vini, quam ijs opus esset. Nam proportionem vini dare, id captum hominis superaret. Natura supra captum hominis operatur. Nam Deus potentiam suam in primis rebus ostendit: vt Creatorẽ nostrum cognoscere discere-mus. Ac Deus in naturâ supra captum hominum operatur. Ac scito non multos Philosophorum perveniisse ad intelligentiam spiritus vini. Id tibi suprà ostendi: Maius secretum non habeo, quam spiritus vini, in opere vegetabili vbi sermo est de Elixire, vbi mira traduntur de spiritu vini. Vix tres fuêre qui ad veram intelligentiam spiritus vini pervenêrunt. Itaque dilecte hoc ostendi, quare lapillos illos simul excrescere siuerim.

Proportionem vini dare captum hominis superat.

Pauci Philosophi pervenerunt ad intelligentiam spiritus vini.

Coniunctio operis, fixando.

Cap. 129.

NVnc sumes vitrum fixatoriũ, eiq; lapillos illos Lunę indes, ac sigillo Hermetis obsignabis, ac pones super fornacẽ in cineribus, ac ignem adde tàm calidũ, vt tantum modo digitum tuum tenere possis in cineribus absq; cõbustione. Cùmq; vitrũ caloré sentit, statim lapilli illi liquescent in morẽ olei, ac ascendent

facilè 1000 exiguis fibris: ac denuò deorsum descendent. Ac in dies singulos magis spissescent, quo materia magis fixa fit. Ac ad extremũ tàm spissæ fiunt, vt vix denuò reverti possint. Ac cùm priùs facilè 1000 videbãtur esse, vix iam sunt 15 aut 16. Eo signo conspecto, ignẽ tuum auge tantum, vt digitum tuum vix spatio, quo auc Maria recitari posset, in cineribus tenere possis. Cumq; iam vides nullos amplius lapillos ascẽdere ac descendere, ignẽ tuũ auge, ita vt digitũ tuum in cineribus nullâ ratione ferre possis. Atq; hoc pacto retine ad horas 24: ac si intereâ temporis nihil amplius ascendere ac descendere cõspicis, materia tua fixa est. Atq; id 40 diebus fiet: ac tùm perfectũ corpus tuum paratum est, absolutum, ac medicina: hic iam nõ amplius corpus imperfectũ est: sed corpus glorificatum, atq; alta medicina: vim enim habet omnia corpora imperfecta in Lunam perfectam cõvertendi. Ac quod plus est, proijce super purum Solem, convertet ex naturâ propriâ in veram Lunam. Quare Hermes ait: Qui ex Sole Lunam conficere nequit, is ex Luna Solem conficere non potest. Geber ait: Qui ex rubro album nescit conficere, is nec ex albo rubrum novit cõficere. Ac scies hac ipsâ ratione, ex omnibus metallis imperfectis Elixir posse fieri: ac deinceps scies lapides crystallinos Solis etiã vitro fixatorio indi debere, ac fixãdos poni, vt de Lunâ dictum est.

Luna fixa.

Medicina.

Corpus glorificatum.

Hermes.

Geber.

Confectio Elixiris.

Idem opificium, eadem cõstructio fornacis, i-
dem vitrum fixatoriũ est. Ac si fornax tua satis
ampla fuerit, omnia illa 3 vitra simul super eã-
dem fornace ponito: ac omnibus idem regimẽ
ignis da. Scies itẽ Mercuriũ coquẽdum vbi ab
omni immunditie clarificatus fuerit, antequã
corpori præparato apponatur. Nam etiamnum
spiritum vini apud se habet, quem assumpsit,
atq; etiam spiritum vitrioli, ac salnitri, quẽ in
sublimatione subvexit: atque etiam suam ter-
ram rectificatam: atque omnia hæc fixa non
sunt, ac congregata in rem vnam, ac nondum
res simplex sunt, sed composita. Itaq; Mercu-
rius etiã coqui debet, donec simplex sit, vna pars
fixa in naturâ: atque etiam vna pars non fixa.
Id ita accipies. Multa audisti de Lunâ, cùm non
amplius lapilli ascẽdunt, tùm satis esse, ac Lu-
nam fixam esse. Ac cùm nulli amplius lapilli in
Mercurij vitro ascendunt, tùm itidem satis est.
Ac tùm partim fixus, ac partim non fixus est.
Hoc ita accipies, spiritus vitrioli, ac terra, Mer-
curij partem 1 fixarunt, ita vt calore vim non
habeat ascendendi, ac lapillos conficiendi. At
si in testa cum cineribus poneretur, ac magnus
calor ei adderetur, partim quidẽ adhuc ascen-
deret, aut sublimaret: sed non totus: maxima
pars in fundo fixa remanẽret. Ita cùm Mercu-
rius non amplius ascendit in vitro fixatorio,
aut lapillos non conficit, per talem calorem
quem de Lunâ diximus; partim fixus, partim
non

non fixus est, iuxta rationem prædictam. Ac cùm talis est, paratus est vt Lunæ apponatur. Ait enim Aristoteles: Præpara corpus, donec perfectum sit, tum ei spiritum præparatū adiunge: ac simul vnum fiunt, vt ignis separare non possit. *Cap.* 130. Aristoteles

SCies istos lapillos Solis etiam parari debere, antequam corpori apponi possint. Nam habet etiam apud se spiritum vini, ac terram suam, ea nondum fixata sunt apud 3 elementa. Atque hoc pacto nondum fermentum est, nec anima, etiamnùm compositùm est. Ideo lapilli Solis etiam in vitro fixatorio indi debent, ac fixari, vt Luna facta est. Cùm Sol fixus est, etiam perfecta medicina est, vt Luna, atque etiamnùm multò perfectior. Nam quantò Sol Lunam superat, tantò medicina perfectior est. Tùm hæc medicina vim habet omnia metalla imperfecta in Solem transferendi. Sol multò perfectior medicina, quam luna

Cap. 131.

NVNC scies: Cùm Luna, Mercurius ac Sol in hunc modum præparata sunt: tùm demùm parata sunt vt simul ponantur, & vt lapis ex ijs conficiatur. Atque omnes illi qui alias vias quærunt, fallentur: ac omne illud corrumpent quod ponunt ad lapidem ex eo cõficiendum. Multę sunt fixationes, ac alia exigua opera, ex quibus quidēad extremũ fructus aliquis redire posset, cũ attingunt ac lõgum tempus ritè possunt expectare: sed similes sunt co- Luna, Mercurius ac Sol in hunc modum præparata, demũ parata sunt, vt simul ponantur, & lapis ex ijs conficiatur.

Similitudo coqui omnia genera ciborũ in vna olla coquere volentis.

quo qui omnia genera ciborũ in vnâ olla coquere vult, vt olus, lardũ, pisces, &c. Hoc fordidum pulmentarium fieret. Tale fieret si quis Lunã, Mercr:, Solẽ, cũ alijs spiritibus & aquis fortibus, simul conferret: ac id putaret omne simul coquere in vno vitro, ei idem quod coquo accideret. Nam aliud quidẽ naturâ frigidum est, aliud calidum, tertium humidũ, quartum siccum, quintum fixum: aliud mundum, aliud immundũ, aliud cõbustibile, aliud incõbustibile. Atq; omnes istæ materiæ sunt simul in vno vase. Atq; istud putant stulti perducere ad rem vnam, aut ad lapidem, aut ad aliã bonã medicinam, breui tempore. Ipsis impossibile est. Materias limosas coquunt. Verba obscura Philosophorum nõ capiunt, omne eorum inceptum, delirium est. Itaque dilecte, istam lectionem sæpè perlege, ne in eiusmodi errorem incidas. *Cap.* 132.

NVnc ad opus nostrũ redire volumus. Dilecte, cùm Luna tua Mercurius, ac Sol ad eum modum præparata sunt: vitrum fixatorium aperies, cui corpus Lunæ tuę ineſt, ac Mercurũ in id infundes, dum adhuc calet: nam si frigidus esset, nimis spissus foret. Atq; eodem modo Sole faciendum est: vbi iam spiritus supfusus corpori, vitrum tuũ forti luto obtura, ac pone denuò in cineribꝰ, atq; ignẽ adde dies 7 tam calidum, vt vix digitum in cineribus tenere possis, ad spiritum cum corpore probè cõ-

gregan-

gregãdum, ac cõmiscendum, atq; vniendum. Tùm sinas frigefieri: Tùm corpus cum spiritu paratum est, ad animam recipiendam, aut fermentum. *Cap.* 133.

Corpus & spiritus parata ad animam recipiendã.

TVm sume in nomine Dei fermentũ, ac calidum in vitrum cum Luna & Mercurio infunde, ac forti luto operi, ac super fornace pone, ignem addens ad dies 7, vt suprà, vt cum aliis probè incorporetur. Ac quæ prius tria fuerant, iam vnum sunt. Tùm sine vt refrigescat, ac calidum etiamnùm in ampullam vitreã effunde, aut in ouum vitreum, ac sigilla: ac pone in fornace secreta, athanare, aut tripode dies 40, ignem addens tam calidum, vt manũ tuã commodè tenere possis, orat. domin. spatio inter conclaue, in quo lapis stat, ac parietes fornacis exterioris. Diebus verò 40 exactis exime ac reperis medicinam tuam coagulatam in lapidem lucidum instar crystalli, rubrum in morem Rubini obscuri. Age gratias Deo, thesaurum terrenũ habes: vide vt istum ita regas, vt tibi in gloriã Dei cedat, ac animæ tuæ salutẽ: Sin aliter feceris, scire debes te hìc in terris hæreditatẽ cœlestẽ habere: ac postremũ esse donũ quod à Deo accipies. Iste lapis infinitã, piectionem facit, ob magnã eius munditiẽ, ac subtilitatem. Ac proiectionẽ non facies nisi in Lunam, aut Saturnum: super ea altissimã proiectionẽ facit. Ac pulcherrimũ Solẽ efficit, quem vnquã vllus homo vidit, tã grati coloris.

Regimen ignis.

Thesaurus terrenus.

Multiplicatio.

Cap. 134.

Mercurius parandus.

ITem para Mercurium tuum ad eundē modum, vt in hoc opere doctum est, vsq; in lapillos crystallinos: atq; huius adde 100 partes ad vnam lapidis tui pulverizati, ac simul vitro fixatorio inde, ac firmiter obtura, & pone super fornacem, ignem addens talem, vt vix digitum tuum in cineribus tenere possis. Ac in eo calore stare sine 15 dies: tùm in ampullā vitreā aut ovum evacua: ac sigillo Hermetis obsigna, ac pone in tripode ad dies 40, calorem addens talem, vt manum tuam illic tenere possis, aut durare orationis dominicę spatio, à pariete interiore fornacis vsq; ad exteriorē. Diebus verò 40 exactis, exime, ac vitrum confringe. Nobilem lapidem exime: atq; hic tam altam proiectionem facit quam prior. Gratias age Deo de omnibus suis mirificis donis, quæ in seruos suos, & filios contulit.

Aliud opus.

Cap. 135.

SCies dilecte pro secreto: cùm fixationem aliquam, aut multiplicationem vis perficere, vt citò fructum percipias & ad finem perveniās: primū spiritus mūdificare debes sublimatione: ac corpora siue Sol aut Luna priùs mūdificari debebāt. Sol cę mētādo ac luna calcinādo, vt infrà docebo. Nulla etiā cōgregatio fieri po-

test

teſt animę &corporis, vt ſimul maneant: quam diu vlla immũdities eſt in anima, aut corpore. Ac anima nulla ratione in corpore manere poterit abſq; ſpiritu. Ac ſcies ſpiritũ eſſe mediatorem inter animam & corpus, qui vtraq; ſimul nectit, vnit, ac ita miſcet ſeipſum cũ illis duobus, vt tam firmum vinculum amoris ſit inter hæc 3, vt neq; iam, neque vllo vnquam tempore ſeparari poſſint: ac quæ priùs 3 fuerant, iam niſi vnum ſunt. Sed quãdiu vlla immundities eſt, nulla congregatio accidere poteſt vlla arte. Ac ignorantia huius efficit, vt omnes errent. Si eam cognitionem haberent, omnia eorum opera benè ſuccederent, nec errarent. Nam ſi fixationem ponerent, citò fixarent. Ac ſi multiplicationem ponerent, Mercurius ſeſe cito in corpus vniret. Ac quamlibet parũ Mercurij apud corpus manet, cum iterùm amplius apponitur, citò cum eo fixatur: nam vna pars aliam porrò fixat; ac ſingulis vicibus magis magiſque, ac citius. Spiritus enim ſemper in corpore creſcit: nã quò corpus magis magiſq; augeſcit, eo ſubtilis ſpiritus magis accreſcit, ac fit fortior, ac plus Mercurij apud ſe retinet, ac citò. Imò facilè tandiu multiplicatio ponerẽtur, atq; in igni haberetur, vt materia tam ſubtilis eſſet, vt in morem ceræ liqueſceret, ac vitrum penetraret, non ſecus quam oleum corium penetrat: ac perfectũ Elixir fieret ad tranſferenda metalla in Solẽ aut in Lunam. Idque omne

Spiritus mediator inter animam & corpus.

Spiritus ſemper in corpore creſcit.

omne efficit spiritus subtilis, qui mediator est inter animam & corpus. Nam spiritus subtilis tam copiosè in corpore crescit, vt omne medicinam faciat. Ac crescit in metallis, quemadmodum aër crescit in malo. Pone malum in mundo, aëri exposito, ac sicco loco, cùm primùm ex arbore decerpis, ac sinas ibidē iacere per annum integrum, quò diutius iacuerit eò fragrantius est. Quâ ratione hoc fit? Pomum vnum aut duo magna non sunt, ac tamen per totum cubiculum odorē emittunt. Odor iste à nobili spiritu provenit, qui pomum in sua essentia retinet, qui quotidie magis in eo crescit: imò donec corpus corrūpi incipit, tùm spiritus nobilis ex eo excedit: ac pomū prutefit ac putescit: quomodo igitur nobilis spiritus crescit in opere vbi spiritus & corpus omnino munda sunt? Itaq; dilecte omninò animam ac corpus mundifica, antequā spiritum eis apponas, aut adiungas. *Cap. 136.*

Comparatio mali.

Pondera omnium multiplicationum ac fixationum tenenda.

SCies porrò pondera omnium multiplicationum ac fixationū: Ac in eo multi errant. Nam si nimium materiæ volatilis fixæ addideris, pars volatilis optimū fixę partis secum subvehet. Ac si pars fixa fortior est volatili, apud ipsam optima pars volatilis permanet. Ac in eo omnes Alchymistæ errāt. Scies igitur porrò, tibi in ponendis multiplicationibus aut fixationibus, sumendas 3 partes corporis, atq; vnam animæ, ac vnam partē spiritus, ac misce bis, pbē

inter

inter se, ac talem igné addes, vt corpus animam ad se trahat, ac spiritus vtriusq; horum particeps fiat. Ac spiritus & corp⁹ spissa ac crassa fiant, ac corpus subtile, ita opus tuum probum erit. Sed si igné addis vt spiritus & anima subtiliora fiant, quã priùs erant, ac corpus crassius atq; obscurius, omne corruptum est. Id ita accipies. Igné lentum adhibe, vt corpus animam ad se trahat, ac spiritus vtrisq; participet, penetrans per corpus ac animam, ac vtraque calefaciat, vt vtraque vnum corpus fiant.

Cap. 137.

SCIES quare spiritus animæ ac corpori adiungatur: ratio hæc est. Luna est corpus, Mercurius anima, vtraque frigida & humida in exterioribus, ac in interioribus calida & sicca. Ac cum simul cõponuntur quomodo coniunctio fieri posset? Contrariũ adesse oportet, si generatio aliqua fieret: id verò stulti capere nequeunt. Turbę tamẽ Philosophorũ dicunt naturã esse sequendam, vt infans in matre concipitur: manifeste loquuntur absq; verbis rectis. Tamẽ percipere nec intelligere queunt. Ponũt Lunã & Merc: simul amalgamãtes, ac putãt illa duo simul fixare: nec animaduertere possunt vtraq; eiusdẽ naturę esse frigida, ac humida, ac ea sine medio simul maritare volunt. Citius ignis igni extingueretur, quod impossibile est. Ita se res habet cũ Luna & Mercurio: antequã ea simul fixares, priùs vtraq; volatilia efficeres.

Vt generatio fiat cõtrarium adesse debet.

Nam

Nam Luna est adeò frigida, & humida cum non est fixa, vt Mercurius eius à terra trahi possit sublimãdo, ita vt nihil prẹter terram, ac sal reliquum sit. Ac cùm tùm magna quantitas Mercurij ei additur, ac tùm aliquis ignis vehementior adhibetur, vnum cum altero volatile fit. Partes volatiles terram, aut sal secum subuehunt, ac nihil prætẹr fẹces in fundo vasis relinquunt. Stulti verò eam rationẽ capere nequeunt, nec animaduertere 2 similia coniungi non posse sine medio, qui spiritus est. Spiritus est extremè calidus & siccus: Mercurius & Luna in exteriorib⁹ frigida & humida sunt. Cum verò iam spiritus proportione his apponitur, frigus vtriusque horum calefacit suo calore, ac sua siccitate humiditatem temperat, ita vt per ipsum alterum in alterum ingrediantur: ac spiritus fit vnum cum vtrisq; corpus: atq; etiam his addi debet proportione. Si enim nimium spiritus esset, vt nimis calida aut sicca efficeret, generatio etiam non fieret. Nam intus calida ac sicca sunt: ac si etiam extrà calida ac sicca efficerentur, vtraque ruber pulvis fierent, in morem terræ quæ humiditate exuta est. Ac si nimis magnum ignẽ adhiberes, etiam corruptum esset. Etiam dilecte hoc pacto regere debes, vt quietè inter se quiescere absque separatione possint: ita vt in se inuicem ingredi possint, quiescendo absque separatione. Ignẽ non magis augebis quam vt digitum Aue Maria

Quid spiritus efficiat corpori & animæ adiunctus.

spatio

ſpatio durare poſſis. Si Alchymiſtæ hanc rationem funditus intelligerent, omnia eorum opera ſine obſtaculo procederent, ſiue amalgamationes, fixationes, multiplicationes, aut in lapide aut alijs medicinis, omnia bonum ſucceſſum haberent, ſine magno labore, ac ſine magno ſumptu. Iſtud memoriæ imprime, ac ſæpè perlege, ac quodq; verbum funditus intellige, antequam vlla opera incipias, ita nec errabis, nec falleris.

De Sulphuribus.

Cap. 138.

Tam multa ſulphura ſunt quæ metalla.

NVNC tenebit dilectus meus loco magni ſecreti, tam multa eſſe Sulphura quæ metalla. Ac quodque provt mundum, ac purum eſt, etiam metalla pura ſunt. Ita fit, vt plumbum, ferrum, cuprum tam immunda ſint: nam eorum ſulphura immunda, pinguia, ac fœtida ſunt. Quare immunda, æruginoſa, nigra, fœtentia, ac plena ſulphuris ſunt combuſtibilis. Ac ſcies in omni re eſſe ignem combuſtibilé, vt pluribus in locis doctum eſt, atque is corrumpit omnes res quæ in rerum natura ſunt. Nam cuicunq; pinguedo combuſtibilis ineſt, id imperfectum eſt, ac citò perire debet, ac in nihilum redigi. Spiritus enim in eo diutius requieſcere nequit: locum enim mundum ibi non reperit, in quo requieſcere poſſit. Quare metalla immunda imperfecta ſunt: nam in iis tàm eſt ſulphur cõbuſtibile aut oleum, quàm

in

in omnibus crescentibus, siue in vegetabili, siue in animali. Imò in Luna est sulphur combustibile, aut oleum. Idcireò nullum cæmentum tenet, nec colores, nec antimoniũ: Id facit sulphur cõbustibile, aut oleum, quod ei inest. Ac cùm Luna repurgata est à suo sulphure cõbustibili, Luna fixa est, colores tenet, ac cæmẽtum patitur, ac per antimonium transit, atque est albus Sol. Itẽ Sol in se nullum sulphur cõbustibile habet, ideò fixus ac purus est, ac omnes probas transit. Itaq; sciet dilectus meus, vbicunq; sulphur combustibile est, spiritum requiescere nõ posse. Quare errant omnes qui sulphure combustibili operantur. Ideò Morienus inquit: Nostrum sulphur vulgare sulphur non est: nostrũ sulphur incõbustibile ac mundum est.

Morienus.

Cap. 139.

Multa genera sulphurum.

SCies esse multa genera sulphurum, vt sulphur cõmune, ex quo pulvis tormentarius conficitur, id ad opus nostrum prorsus inutile est, ob odorẽ eius, ac redundantem pinguedinem: tamen in eo nobilis est spiritus nostro operi prorsus vtilis, sed is arte ex eo esset educendus, vt sublimatione, per res quæ infrà dicentur. Est præterea & aliud sulphur multum olei cõbustibilis in se habens, ac auripigmentum dicitur: estq; melius priore. Hoc vero in se nobilẽ habet spiritum, qui itidem sublimatione extrahendus foret. Est & aliud, estq; melius

lius illis duobus, ac arsenicum rubrũ vocatur, ac habet itidé in se spiritum valdè nobilẽ. Est item etiam aliud sulphur, ac arsenicum album dicitur: estque optimum omnium nostrorum operum: verùm etiam melius sublimatione mundificandum est, vt postea docebitur.

Cap. 140.

NIhil porrò est à Deo cõditum quin ei sulphur insit, in quo sulphure nobilis est spiritus, qui seruit in animali aut vegetabili, vbi ex oleo combustibili aut igni eductus fuerit. Ac sine eo spiritu nullus lapis vegetabilis aut animalis perfici potest, nec opus vllum. Ita sulphura nosse discres. Nam si sulphur accipis crudum, ac cõbustibilitatẽ in se habens, opus tuum corrumpet. Aut si sumis in tuis operibus albis rubrum spiritum ex auripigmento venientem, aut ex rubro croceo arsenico, opus tuum corrumperes. Ac si etiam sumis in opere tuo rubro album spiritũ ex arsenico albo profectum, aut ex lapide calaminari, aut ex vitriolo albo, quæ omnia sulphur album in se habent, etiã opus tuum corrumpes. Ideò Geber ait: Ne permiscas rubrum spiritum cum albo corpore: alioqui cõbures, ac nimis fervens efficies. Ac si misces spiritum album cum rubro corpore, omne vastabis. Ideò prudẽs ac circũspectus esto. Ac porrò cum lapidem parare vis, aut vllas fixationes, aut multiplicationes, vt saltem spiritus tuos, cuius sint generis

Omnibus à Deo creatis sulphur inest.

cognos-

cognoscas. Itaque omnes illi errant qui arcana Philosophorum non intelligunt.

Alia mixtio ad fixandum & multiplicandum.

Cap. 141.

Ratio proportionis.

RECIPE 6 partes corporis, animæ & spiritus singulorum partem 1. Ratio hæc est: Luna non est fixa, ac multum Mercurii in se habet, qui vnum est corpus cum corpore Lunæ: ac vnum corpus non libenter separatur, quamvis super testam purgatur, apud ipsam manet. Sed in cemento aut antimonio ibi evolat cum antimonio, qui spiritus est, ac vrendo corpus Lunæ in nihilum redigit. Quare nimium de spiritu sumunt, ac vnam partem animæ, quæ Mercurius est, atq; 1 parte spiritus. Ac parum est, quod volatile sit. Nam simulatque Mercurius ad Lunã accedit, Mercurius qui in Luna est, se miscet cum Mercurio, qui nunquã corpus fuit. Ac inter se permiscentur: ac spiritus qui inter hæc 3 mediator est. i. inter Mercuriũ ac corpus Lunæ, sese cum illis permiscet. Si iam multum Mercurii ac spiritus ad Lunam adductum esset: ac ea se simul miscerent, atq; igni admouerentur, simul avolarent: ac secum optimam partẽ corporis raperent, ac nihil prẽter fæces relinquerent. Ideo 6 partes Lunæ sume & animę & spiritus singulorũ partẽ vnam, vt corpus forte sit, ac animam & corpus in se fugat. Idcirco Danthynus Philosophus ait:

Danthynus.

Cum

Cùm corpus animam & ſpiritum ſecum, aut in ſe trahit, exulta: nam opus tuũ ad optatum finẽ perveniet. Sed cùm anima, & ſpiritus corpus trahunt, nihil præter cineres retines. Nam cùm Mercurius Lunę tuę apponitur, ambo illi iam dicti Mercurij congregantur, atq; vnum fiunt. Tùm venit ſpiritus, qui mediator eſt, inter duos illos Mercurios & corpus, ac miſcet ſe cum illis tribus, vt priùs. Mercurius Lunæ vnum corpus fuit, ac iam cõgregatus eſt cum Mercurio qui nunquam corpus fuit. Atq; hoc illud eſt, quod Hermes ait: Cũ Mercurius corpus eſt, porrò corporat, cum ſolutus eſt, porrò ſoluit: cũ fixus eſt, porrò fixat. Quare Mercurius Lunę pertrahit ad ſuam naturã Mercurium qui ei apponitur ac crud⁹ eſt, nunquam enim corpus fuit. Luna ex eo corpus efficit. Tùm accedit ſpiritus, ac miſcet ſe cum duobus ſui ſimilibus, ac cum corporè: eſtq; medium inter animã & corpus, ac ſimul retinet, ita vt vnum cum altero fixetur. Ac Luna fixa evadit, quod Natura operari nequit, ad tale enim opus non præparatur. Quare hîc ars Naturã ſuperat. Sed ſi Natura ad tale opus præpararetur: artẽ ſuperaret diuturnitate temporis. Verùm ars brevi tẽpore operatur, quod Natura minimè poteſt. Quare duo diſſimilia cõgregari non poſſunt, ſine medio. A primo enim gradu ad tertium pervenire nõ potes, niſi ſecundo præterito, qui medium inter primũ ac tertium eſt. Atq; hoc

Hermes.

Duo diſſimilia coniungi non poſſunt ſine medio.

ſtulti intelligere nequeunt. Quomodo rẽ duram mollẽ reddes, atq; è ſua natura perduces in aliam naturam? Id per medium fieri debet. Vt aliquid quod durum ſit ſoluere in aquam, fieri debet per frigidam humiditatem: ac rem frigidam humidã efficere duram, per calidam ac frigidam ſiccitatem fieri debet. Scies porrò quomodò ſpiritus tuos aut ſulphura, animam tuam aut Mercurium, corpus tuum ac tuam aquam ſiccam, ad opus tuum præparabis.

Cap. 142.

RECipe principio Mercurium vt ex fodinis venit, ac non adulteratus eſt, ac quem ad album operari vis, atque ipſum ſublima per hæc infrà ſcripta. Recipe primùm lapidem calaminarem, alumẽ rupeum, vitriolum album, ovorum cortices, calcem ana ſingulorum libram 1. Salis marini lib 2, ſimul inter ſe contunde. Tùm ℞ Mercurij ℔ 2, ac ſimul ſuper lapide cõtere cum ſalis marini aqua tenuiſſimè. Tùm vaſi terreo inde; ac alembico ſuperimpoſito, pone ſuper fornacẽ ſublimatoriam receptaculo addito ſimul benè ſolidè claudente ac lutato. Ac pone ſublimandũ primùm igni puſillo, ac deinde magis magiſque aucto, vti decet, auctiore ad horas 12. Ac 12 horis exactis, paulatim materiam tuam cãdefacito, atq; ita retine ad horas 4: omniſque aquoſitas in receptaculum tranſibit, ac Mercurius tuus in alembicum ſublimabitur: ac maiore ex parte

Vulgo alumen de roca.

viuus ascendet. Exime ac denuò cum materia recenti contere, ac cum aqua illa quæ in ceceptaculum destillauit. Atque ipsum iterùm sublimandum pone modis omnibus, vt priùs factum est. Atque istam sublimationem itera, donec omnis Mercurius mortuus fuerit: ac 4 lothones in tuo pondere viceris. Tùm Mercurius tuus paratus est, ad tuum opus album: serua ipsum donec eo vsus erit. Mercurius paratus.

Cap. 143.

RECIPE iam Arsenici albi vt ex mineris venit libras 2, ac contunde in pulverem, ac contere in pulverē super lapide cum simili materia, ac pondere, vt de Mercurio dictum est. Ac sublima per se, donec itidem 4 lothones viceris. Nam omnes albæ materiæ iam dictæ habent sulphur album. Item porrò aquam tuam siccam para eodem modo, ac pondere, donec itidem 4 lothones lucrifeceris super duas libras, vt de Mercurio ac Arsenico doctum est. Tùm recipe sal armoniacum quale Venetijs adfertur, clarum ac pellucidum arte ex operibus animalibus effectum, ac serua in vsum. Prætereà corpus tuum præparabis in hunc modum.

Præparatio.

Cap. 144.

RECipe Lunā cupellatā admodum siccè purgatam, ac tùm etiamnùm in crucibulum à plumbo reflatā: ac tùm in laminas contusam,

Regimen ignis.

ac tùm cæmentatam cum sale cõmuni stratum super stratũ, ac lutatã ac tùm calcinatã, sicuti nosti: primùm igni pusillo, deinde aliquanto auctiore, vt crucibulus rubescat, ita vt Luna nõ liquescat. Ac ita relinq; ad horas 24 in vnõ candore, aut calore. Tùm crucibulum aperi, ac sal à laminis tuis ablue, donec tota munda ac pura sit. Ac laminas tuas super lapide contere, ac laua, vti conuenit. Tùm Lunã tuam denuò in corp⁹ reducito, ac rursum laminas, vt priùs effice, ac cęmenta vt priùs. Idq; facito, atq; itera tandiu donec Luna tua munda ac clara ex cæmento prodeat: Ita vt aqua superfusa munda ac clara indè defluat, sicuti infusa fuerat. Tùm sepone, donec eá tibi opus erit.

Cap. 145.

NVnc te docui Lunã tuam, Mercurium, arsenicum, ac sal armoniacum præparare, ad lapidẽ albũ, aut fixationẽ. Scies, mi dilecte, si quas fixationes velis ponere, te debere omnes istas materias præparare, ac ponere ijsdẽ ponderibus, vt priùs, ac fixabis semel: ac vna fixatione factâ, semper Mercurium viuum apponere debes, ac denuò fixabis semper breui tẽpore, eximens & imponẽs. Sed si semper Mercurium apponeres, nec quicquã eximeres, fixatio tua fusibilis fieret vt cera, ac medicina: ac faceret proiectionem super Mercurium viram habentẽ, vt in proiectione dictum est, ac pòst docebitur.

Ad

Ad rubeum.

Cap. 146.

REcipe salis communis partē vnam, vitrioli Romani partē 1, ac 3 partes tegularum, ea inter se contunde, ac lamina Solem tuum tam tenuem quam ducati aut coronati sunt, ac cæmenta stratum super stratum, vti nosti, horas 24 vti conuenit cæmentare. Hoc quater itera, semper per cæmentum recens: tùm reducito, ac subtiliter lima, ac contere super lapide impalpabiliter, cum melle aut gummj, ac ablue tātummodo mundè & clarè: idq; ad opus tuum serua. Tùm ℞. 2 libras boni Mercurij, atq; in hunc modum sublima. ℞. salis communis partē 1, aut ℔ 1, vitrioli Romani ℔ 2, contunde & sicca simul, vt pulverescant. Tùm misce, ac super lapide cōtere cum Mercurio illo cum aceto destillato tenuissimè. Tùm vasi inde terteo, vt in albo docetur, ac omnis humiditas in receptaculum destillabit: ac Mercurius sursum sublimabitur in alembicū in morē niuis candidus: ac in se spiritū vitrioli habebit, & salis. Tùm denuò contere bis, tantū recentis materiæ sumens, cum aqua quæ in receptaculū destillauit: Id que denuò sublima. Hoc facito ac iterato septē aut octo vicibus, identidē per recentē materiam: aut donec in quamq; libra 2 lothones lucrifecerit, vt prius. Tùm sume 2 ℔ arsenici rubri, vt ex mineris prodit, ac sublima ipsum vt hic de Mercurio docetur. Tùm accipe

2 libras salis armoniaci, aut aquæ tuæ siccæ, ac itidem sublima, vt de Mercurio doctum est, ac serua. Iam te præparare docui omne, quod tibi ad opus tuum necessarium est.

Cap. 147.

Modus cõiũgendi animã, corpus ac spiritum.

NVnc docere volumus quomodo, & qua ratione, animam, corpus ac spiritum simul coniungemus, vt in se inuicem ingrediantur. Nam contrariorũ congregatio esse non potest, vt simul maneant sine, medio, de quo suprà doctũ est aliquid & post aliquid docebitur, cùm de herbis in vegetabili sermo erit.

Cap. 148.

Exempli tinctorum.

CApe exemplum à tinctoribus qui pannos tingunt. Habent rubram, ac pannum quem rubra imbutum cuperent, ac habent alumẽ. Pannus corpus est, rubra anima, ac alumen spiritus, qui intermedius est inter vtrumque. Nam si alumen non accederet, rubra in pannum non ingrederetur, ac fixa maneret: Inuisibiliter avolaret, ac pannus pallesceret. Nam color rubræ, spiritus est: alumẽ vtriusq; particeps est, adeò vt congregata alterũ in alterum ingrediantur. Aut aquã nubium habere debes in qua hæc 3 omnia bulliãt, cùmq; bulliendo alterũ in alterũ ingressum est, ac probè congregata sunt: pannus siccãdus suspenditur, atq; aqua recedit, ac color fixus in pãno remanet. Ità se res cũ nostro lapide habet. Quamvis corpora ritè præparauim⁹, & animã, & spiritũ: nisi

nisi in se invicé ingrediantur, neq; iam neque vllo vnquã tempore simul manebunt sine medio aquæ. *Cap.* 149.

ITem iam dilecte vbi nam nunc aquã illam reperiemus? Nam Geber ait: Aqua nostra nõ est aqua nubium. Aristoteles inquit: Aqua nostra est aqua sicca. Hermes ait: Aqua nostra ex sordida ac fœtida méstruali materia colligitur. Danthynus dicit: Aqua nostra inuenitur in veteribus stabulis & latrinis ac fœtidis cloacis. Ac Morienus: Aqua nostra crescit in montibus ac vallibus. Ac stolidi verba ista non intelligunt: ac putant Mercurium esse: Non est Mercurius, est aqua sicca, quæ ingredi facit ac cõgregare omnes spiritus minerales, animam & corpus. Atq; vbi ea congregauit, recedit ab illis, ac fixa simul manere sinit. Atq; hæc aqua reperitur in omnibus rebus quæ in mundo sunt. Nam nisi hæc aqua esset, frustrà lapide efficere niteremur. Nam quo pacto efficeremus vt nostræ materiæ præparatę alia in aliam ingrederetur? Quemadmodum Pharmacopolæ herbas suas simul congregant. Atq; eodem modo facere debemus, siue in vegetabili, aut animali, aut minerali, ad opus perfectum faciendum, aut quintam essentiam, ex rebus singulis distinctis aquam siccam habere debemus. Itaque in rebus omnibus aqua sicca inest, vt seipsæ perfectas efficiant. Ideò Galenus ait: res omnes suam propriam habent

Geber.
Aristoteles
Hermes.
Dãthynus.
Morienus.
Rebus omnibus aqua sicca ineſt.
Galenus.

medicinam ad lapidē conficiendū, siue in minerali, animali aut vegetabili, absq; vllarū rerū peregrinarum additione. Quare cùm lapidem conficere volumus, aut vllam fixationē, coniunctionē illam aqua nostra sicca facere debemus, sicuti de tinctore & Pharmacopœla dictū est. Ideo fit, mi dilecte, vt tam multi in errores incidant, quòd naturam nō intelligant, nec sequantur. Idcircò tibi de tinctore & Pharmacopœla mentionē feci: vt per eam rationē rudem, naturam intelligas, vt tua ipsius mente capias, nullam coniunctionē absq; medio fieri posse. Quare omnia opera quę suprà habētur, probata sunt. Sed duo illa ibi non nominantur spiritus videlicet atq; aqua sicca, pondera, ac congregatio, in quibus ars nostra tota cōsistit. Quare te adiuro, vt secretum istud nunquam patefacias, nam huic omnis ars quæ in orbe sit, inclusa est, ad brevi tempore ac exiguo labore opus perfectum faciendum.

Coniunctio albi operis.

Cap. 150.

RECipe 6 partes tuæ Lunæ præparatæ, atque spiritū tui sublimati & animæ, singulorum partē vnam, ac aquæ tuę siccę partē dimidiam. Hoc ita intelligendum est 18 lothones Lunæ, Mercurij, Arsenici, singulorū lothones 3, salis armoniaci lothonem cum dimidio: faciunt simul 25 lothones ½. Hæc omnia dilecte simul sicca miscebis super lapide, ac paterę vitreæ indes,

des, ac cauebis ne qua humiditas aëris accedat. Præstaret in stupha sicca fieri. Tùm habebis dilecte aquã vitæ probè à phlegmate liberatam, vt nullum sal armoniacum pulverizatũ in eâ solui velit, ac cum eâ materiã tuam tenuissimè super lapide contere. Ac munias te aduersùs aërẽ, nocere tibi posset. Atq; vbi cõtritum fuerit, inde eiusmodi vitro Venetico, ac operi vitro quod illi quadret: ac firmiter luto bono obducito; tùm in fornace secreta ponito, aut tripode, atq; igne adde tãtũmodo eo tepore quo est halitus hominis 25 annos nati. Atq; hoc pacto relinq; ad dies 16: ea eius putrefactio est. Tùm ex fornace remoue, ac ad stupham siccam accede, eam eo calore accẽde quo Sol in Ariete splendet, ac ollam in ea pone patentẽ: atq; ita positam relinque ad dies 3. Ac tribus diebus, spiritus sylueſtres pingues ex materia extrahentur, tùm denuò operculũ ollæ impone absq; lutatione: ac pone rursum in tripode aut fornace, in quâ vnâ lãpade accẽdi possit. Ac talẽ calorẽ adde, vt exterius manus tuæ durare possis ad vas in quo opus est, sine combustione. Atq; ita positum relinque 21 dies. Tùm vide numquid sursum sublimatum sit, nec ne. Si quid est sursum sublimatũ, infrà absterge, ac misce eiusmodi spathula o lignea inter se. Ac si quid sublimatum est, persequere eundẽ calorẽ etiamnùm ad dies 6 aut 8: donec videas

Aqua vitæ probè à phlegmate liberata.



Regimen ignis.



videas, eo calore nihil ampliùs ſurſum ſublimare. Cumque non ampliùs ſurſum ſublimat, ignem auge aliquantulum ſingulis octo diebus, donec materia tua fixa ſit. Tùm igné vehementem adhibe. Ac ſal armoniacũ ſublimando deme, ac pondera. Si iuſtum tuum pondus habes, quemadmodum primùm apponebas, nec amplius, materia tua fixa eſt. At ſi ampliùs reperis quam initio apponebas: materia nondum fixa eſt. Miſce iterùm cum materia, ac adde ignem procedendo, donec fixa ſit. Tùm ſublimando denuò aquam tuã, ſubtrahe ſiccam, ac materiam tuam exime, ac pondera an omne põdus tuum habeas. Ac ſi tum indè medicinam facere vis, dimidium tantum Mercurij viui adde, quàm materia gravis eſt, atque etiam dimidium tantùm aquę ſiccæ: videlicet vbi 2 partes fuerant, etiam vnam adde, cæ efficiunt 3, ac ſimul ſuper lapide contere cum aquâ vitæ, vt priùs dictum eſt: ac rurſùm ollæ vitreæ inde, omnibus modis, vt ſuprà, donec materia tua fixa ſit. Ac denuò aquam tuam ſiccam ſublimando ſubtrahe, ac materiam tuam pondera. Ac ſume dimidium tantum Mercurii quàm materia tua gravis eſt, ac 5 lothones aquæ tuæ ſiccæ: contere denuò ſuper lapide cũ aqua vitæ, vt priùs. Ac facito vt priùs, donec materiæ tua fixa ſit. Sublimatione denuò aquam tuam ſiccam ſubtrahe, ac tertiò materiã tuam pondera: ac dimidium Mercurii

Ignis vehemẽs adhibendus.

vivi

vivi accipe: & 6 lothones aquæ ſiccæ: miſce & cõtere cũ aquâ vitę, atq; facito vt priùs, donec materia tua fixa ſit. Ac ſit fuſibilis vt cera, antequã omnino fixa fiat. Ac tũ non amplius aquã tuam ſiccam ſublimatione ſubtrahere potes. Nam cùm lapis in aliquẽ magnum calorẽ devenit, liqueſcit, ac in ſe aquam illam includit, vt amplius ſubvolare nequeat. Tamẽ aqua illa ſicca fixa non eſt, nec fixari poteſt. Atque ita medicinam partim fixam, partim nõ fixam eſſe oportet. Sed ignorãtes id intelligere nequeũt. Semper nituntur materiã ſuam fixam reddere. Cumq; iam fixam habent, æquè ac prius profecerunt: cùm enim iam proiectionẽ facerent, nihil ꝓficiebant. Ac omnis eorũ opera perierat: verba enim Philoſophorũ nõ intelligebãt. Opus omittebant, vbi de integro erat incipiẽdum: vt ſuprà demonſtratum eſt. Nunc igitur poſtquam dilecte medicinam tuam fuſibilẽ effeciſti, medicinã tuam vitreo crucibulo ex vitro Venetico conflato indes, ac liquefacies. Ac medicina tua iã liquefacta: lapis eſt clarus, albus & pellucidus in morem cryſtalli, in ſe retinens aquam illam ſiccã quę fixa nõ eſt, ac ita eſſe debet. Nam ſi aquã illam ſiccam in ſe non haberet, ꝓiectionẽ nõ faceret. Nã cũ proijceretur ſuper Merc. viuum factũ, aut ſuper mortua, immũda, impura metalla etiam vivificata, ꝓiectionẽ nullã faceret. Nã nihil eſſet quod medicinam aut Mercur. congregaret, ſicuti antè

de

Aqua sicca in lapide non fixa ac volatilis esse debet.

de tinctore & pharmacopóla ostēsum est. Itaque dilecte, aqua sicca in lapide nō fixa, ac volatilis esse debet, si proiectio sit futura.

Cap. 151.

Quid efficiat aqua sicca.

SCies mi dilecte, cùm proiectionē facis aqua illa in lapide est, ac cùm lapis liquescere incipit super Mercur. aut super metalla immunda, tùm aqua illa sicca medicinā & metalla in vnum contrahit, ac vt alterū in alterum ingrediatur efficit. Ac cum ea coniunxit, avolat in fluxione. Nam in ꝓiectione medicina cū Mercurio aut metallis impuris fluere debet, in quę ꝓiectio fit. Ac tum opus perfectum est. Quid censes dilecte? Nónne magnum secretum est cunctis hominibus absconditum? Scies porró opus ad rubrum idem esse cum albo, quoad opificium: nisi quod fornax, ac pondera, ac tempus aliquāto longius sit. Ac qui alias vias quērit ad lapidē mineralē conficiendum, errabit. Multæ ac variæ sunt viæ, sed firmæ non sunt, multa vitia in eas incidunt. Tamen hic modus adesse debet, vt opus perfectum evādat.

Modus fixandi & multiplicandi.

Cap. 152.

FIxationem facito vt priùs, atq; ex vase exime, ac pondera. Est exēpli gratia libra tuæ materiæ fixæ: sume itaq; libram 1 tuæ Lunæ calcinatæ, vt priùs, facit 2 libras. Tùm sume ℔ 1 Mercurij calcinati, vt priùs, facit 3 ℔. His adde 3 lothones aquæ siccæ sublimatæ, vt priùs:

ac

ac simul tere super lapide cũ aqua vitæ. Ac facito modis omnibus, vt priùs doctum est, donec materia tua fixa sit. Tùm sublimando aquã tuam siccam subtrahe, ac pondera materiam tuam. Si tum 3 ℔ fixi habes: sume denuò 3 ℔ Lunæ tuæ iam dictæ, & 2 lib. tui Mercurij præ dicti. Facit 8 lib. simul. Tùm sume 8 lib. aquæ tuæ siccæ iam dictæ, ac cõgrega, ac fixa vt priùs. Tùm aquam tuam siccam sublimãdo subtrahe denuò. Tùm 8 lib. materiæ fixæ habes. Item si 4 lib. demere vis, licet: Habes album Solem, ac facere aquam rubram, ac tingere, ac commodum eâ facere: Ac ex alijs 4 lib. medicinam facere, modis omnib⁹, vt priùs doctum est. Sed in duobus vitris pone, in singulis 2 ℔. Nam si in vno vitro poneres, materia nimis magna esset: nam aquam paradisi ei addis. Ac si ex 8 lib. omnibus medicinam facere voles, in quatuor vitris pone, ac medicinam para, vt antè doctum est. Ac scies, te in singulas libras quas congregabis additurum libram vnam aquæ siccæ.

Aqua Rubificans.

Cap. 153.

REcipe crocum Martis, antimonium, vt ex mineris venit, arsenicum rubrum singulorum vnam libram, auripigmenti lib. 1. vitrioli Romani 3, Salnitri, quantum est pondus reliquorum omnium. Contunde omnia simul, & sicca vt pulverent. Ac libram 1 Salis armo-

nia-

niaci immisce. Cùmque probè permistum fuerit, inde vasi terreo, quod ignem facilè ferre possit, nec intus vitrificatũ sit. Ei alembicum superimpone, ac firmiter luta super id, ac compresse, pone super fornace, receptaculo addito, atque aquam fortem, vt oportet, destilla: primùm igni pusillo, ac semper ipsum augendo. Ac tibi aqua alba destillabit, quæ vbi destillârit, alembicus rubere incipiet, aut croceus fieri. Tùm receptaculum citò aufer, ac aliud adde: ac solidè luto operi: ac ignem tuum auge, donec spiritus albus transeat, is est sal armoniacum, quod vltimum omnium transit: ac tandiu ignem strue, donec alembicus omnino lucidus fiat. Cùm iã ruber spiritus transit, nihil cum eo transit. Ac simulatque transierit, spiritus atque aqua simul transeunt. Tùm alẽbicus intus albus fit, quasi niue plenus esset. Ac tùm ignem strue tandiu, donec spiritus ac aqua exhalatione per rostrum educta sunt: quemadmodum homo vi halitum exhalat: ita spiritus ac aqua sicca per fistulam expirant alembici, in receptaculum, ac ignem augent. Cùmque spiritus & aqua sicca transiere: alembicus fit mũdus, clarus & albus, ac pellucidus. Tùm sinas frigefieri, ac remoue ab igni, atque aquam vitro inde: ac arctè obtura. Ac sume caput mortuum, ac tenuissimè in pulverem cõtunde, ac in aquâ mundâ clarâ pone ad horas 2: sine subsidere, ac clarum supernè diffun-

Regimen ignis.

Aqua alba

Similitudo hominis halitum exhalantis.

de?

de: ac denuò aquam mundam claram superfunde, vt priùs. Ac sine etiamnùm per horam bulliat, vt priùs. Tùm sine denuò subsidere, ac rursùm priori adde. Tùm fæces abijce. Atque id quod effudisti evapora: ac pulvis croceus tibi remanebit, eum pondera, ac tùm tantundem salnitri adde, ac inter se misce, ac ollæ vitreę inde: atque aquam tuam destillatam superfunde, ac alembicum superimpone, ac solidè luto operi, ac pone super fornacem, receptaculo addito, ac per dies 3 super fornacem relinquito, antequam ignem subijcias. Tùm ignem tuum accende, ac primùm igni pusillo destilla, ac post interdùm auctiore, donec spiritus albus transierit. Tùm desine, atq; aquam rubram habes interdiu ac noctu lucentẽ, quæ Lunam fixam solvit, sicuti Luna solvi solet, ac tincturam assumet perinde ac Sol mundissimus, qui vnquam visus sit: imò omnia metalla alba colore Solis tingit.

Aqua rubra interdiu ac noctu lucens.

FINIS.

Empius nonaginta gaulis—290

BIBLIOTEKA * KÓRNICKA *